



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
12 E
9 /1





TRACTATVS DE SOCIETATIBVS, QVÆ FIVNT SVPER OFFICIIS ROMANÆ CVRIÆ.

FRANCISCI CASTRACANII
Iuriſconſulti Clariſsimi Fanenſis.

Nunc denuo in lucem editus per Iacobum Maſcardum.








ROMÆ,
Ex Typographia Iacobi Maſcardi. M. DC. IX.
SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, Cæſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur.
Fr. Thomas Pallauicinus Magiſter, & Socius Reuerendiſſimi P.
Fr. Ludouici Yſtella Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri.



PERILLVSTRI, ATQ. EXCELL. D. D.

DIOMEDI VARESIO ROMANO

SACRÆ CONSISTORIALIS AVLÆ ADVOCATO.





CVM mutuæ pecuniæ ratio facilis, in primisq. expedita multis ante annis excogitata, atque adinuenta frequentari in dies magis, ac magis videretur, ad eam rem Tractatum de Officiorum Societatibus superioribus annis Franciſcus Caſtracanius Iuris vtriuſque cognitione ornatiſſimus valde vtilem compoſuit, & Sixto V. Pont. Max. dedicatum edidit. Nihil ad controuerſias, quæ inde exorirentur, decidendas, nihil ad obſeruandum, prouidendumq. nequid detrimenti acciperetur, ſubtilius, verius, vtiliusq. fieri potuit. Quanto autem omnium ſtudio, & cupiditate receptus ſit, ex eo intelligi poteſt, quod nullum apud Bibliopolas eius exemplum exſtet. Quamobrem mihi faciendum eſſe duxi, vt quod alij

monuiſſent, librum eum typis meis imprimerem. Singularis vero tua in me humanitas effecit, vt in tuæ ſpem gratiæ tibi potiſſimum inſcriberem, & ſub tui nominis ſplendore vulgarem. Spero fore vt officium hoc meum non iniucundum tibi accidat. Vale. Kal. Februar. M. DC. IX.

Perilluſt. & Excell. Dominationis V.

Humilis Seruus

Iacobus Maſcardus.



TRACTATVS
DE SOCIETATIBVS
QVÆ FIVNT SVPER OFFICIIS ROMANAE CVRIAE.
FRANCISCI CASTRACANII
Iuriſconſulti Clariſſimi Fanenſis.



SVMMARIVM.

1 *LEX quare neceſſaria.*
2 *Legiſlator facta hominum pro cauſa materiali aſſumit in legibus condendis.*
3 *Legum conditores conati fuerunt omnibus caſibus prouidere.*
4 *Legum conditores non omnibus caſibus prouidere potuerunt.*
5 *Lex vbi deficit, qualiter procedendum ſit.*
6 *Societates, quæ fiunt ſuper officijs Romanæ Curiæ ab alijs ſocietatibus differunt.*
7 *Deus ſæpe paruulo reuelat, quod maioribus non reuelauit.*
8 *Diuiſio operis tria operatur.*

PRÆFATIO.



ACTVS humani potiſſimã cauſam prębuerunt, vt leges
1 conditæ fuerint: niſi enim actiones humanæ dirigēdæ fuiſſent, iuris ſcientia non eſſet inuenta, cum in tantum homines poſſent ratione regi, vt legum inſtitutis ſubijciendi non eſſent, ideſt exercitio legis, vt dicũt Abb. & Fely. in Procem. Rex pacificus: nam iura ex factis orta fuere, l. ſi ex plagijs. §. in cliuio. ff. ad l. Aquil. & propter tranſgreſſores lex facta eſt diſtin. 4. per totam.
2 Hinc legiſta pro cauſa materiali facta hominum aſſumit, vt illa bene diſponat, ad bonum, & æquum temperet, & reducat, vt in l. 1. C. de Vet. Iur. enucl. & latè declarat Bald. poſt
3 Azo. in rub. de Iuſt. & Iure. Cum igitur legum conditores caſibus vrgentibus leges aptauerint, & cum eorum maxima prouidentia conati fuerint ſuper omnibus caſibus præteritis, & futuris prouidere, l. cum lex. ff. de legibus. c. 2. & c. fin de conſt. vbi Doct. attamen ob magnã caſuum varietatem, cum plura ſint negocia, quàm vocabula, & cum conditio humana continuis exercitijs ſuſcipiat incrementum, l. legatis. §. ornamẽtis. ff. de
4 leg. 1. Non omnes caſus commodè diffinire potuerunt, hinc à Iuliano in l. neque leges, & in l. non poſſunt. ff.

de legibus, scriptum est; non potuisse omnia lege comprehendi, & Imperat. in l. 2. C. de Iur. Vet. enucl. inquit: non desperamus quædã postea emergi negocia, quæ adhuc legũ laqueis non sunt innodata: vnde ea, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, & nouis negocijs noua remedia
5 reperiri debent. Et ideo cum Iurisconsulti de societatibus, quæ modo fiunt super officijs Ro. Cu. nil penitus statuerint, quia tempore quo leges conditæ fuerunt, penitus incogniti erant, & leges situatę sub titulo. ff. & C. pro soc. quæ de societatibus lo-
6 quuntur, nihil cõmune fere habeant cum his societatibus; non inutile fore existimaui aliqua super ijs societatibus, quæ quotidie in Ro. Cu. & forsan alibi fiunt, adnotare, procedẽdo per rationes, similia argumenta, & alios varios modos; vt docet Iurisconsultus in d. l. Neque leges, cũ sequen. & in l. de quibus, vbi Cyn. ff. eo. tit. & vbi hęc deficerent per opiniones, & sententias nostrorum maiorũ; iux. tex. egregium in l. si idem cum eodem in fin. & ibi Angel. ff. de iurisdict. om. iud. & in c. 1. vbi Abb. de decim.

Materia est practicabilis, quia quotidie in foro versatur, & noua; & omnia noua placere solent.

Sed quia rem nouam aggredior, ac labores multa correctione forte indigebũt: quia, vt inquit Imperator, omnia à princ. promulgata, maxima
7 postea indigent correctione. Rogo igitur benignum Lectorem, vt si quid boni inueniat, nõ mihi, sed Deo Opt. Max. tribuat, qui sæpe numero reuelat paruulo, quod maioribus nõ reuelauit; vt dicit tex. in l. 1. §. sed nãque. C. de Vet. Iur. enucl. Si quid vero imperfectum inueniat, benigneq. corrigat, ac emendet; satis enim mihi erit, si occasionem forte, præbuero vt alij aptius, ac diffusius has quæstiones collectas, & alias insuper pertra-
8 ctent, & resoluant. Et quia, vt dicit Gloss. in procem. instit. §. igitur, in verbo easdem partitiõ, seu diuisio opera tũ animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam reformat. Ideo hunc nostrum tractatum in duas partes principales diuisimus: in 1. parte videbitur, an officia Ro. Cu. vendi, ac alienari possint, & qualiter societas super dictis officijs contrahatur.

In secunda parte tractabitur, qualiter societas super dictis officijs cõtracta dissoluatur; & qualiter, & quãdo pecuniæ societatis nomine sumptæ, ipsi officiali acquirantur, & singulę partes suas habebunt quæstiones; & declarationes accommodatas.

SVMMARIVM.

1 *Officium sumitur pro omni administratione, siue ministerio.*
2 *Officij nomen est generale, & multis sumitur modis.*
3 *Officiorum collatio ad Principem spectat.*
4 *Officia, quæ accepto pretio in Romana Curia concedi solent.*
5 *Officium Auditoris Cameræ pro pretio conceditur.*
6 *Officium Thesaurariæ antiquitus pro pretio concedebatur.*
7 *Officia multa in Romana Curia.*
8 *Officiu militum Sancti Petri, & Sancti Pauli, & aliorum militum.*

PRO-

PROOEMIVM.



IVINO subsidio ex
corde semper inuo-
cato.
Cum de societati-
bus,quę fiunt in Ro.
Curia super officijs,
tractaturus sim: sciendum est, quod
in Cu. Ro. diuersa sunt officia, su-
1 mendo nomen officij pro omni ad-
ministratione, aut ministerio, siue
habeat iurisdictionem annexam,siue
non, vt in l. legatis. §. si ex officio
de leg. 3. & ibi Glos. & per Ancha.
in c. 1. de consuet. Bal. in rub. de
ope. liber.Docto.in rub. de offi.eius,
nu. 6.& Scriben. in rub.de officio de-
2 legat. vbi Dec. dicit, quod officium
est nomen generale, & multis modis
sumitur, Abb. & Fely. in c. post ces-
sionem,de probat. Bar. in d.§.ex of-
ficio. Corn.consil.76.lib.3.Boer. de-
cis.149.Paul.Roma.in tracta.de pen-
sio.cap.7. vbi dicit,quod in Romana
Cu.sunt diuersa officia, aliqua tem-
poralia, aliqua perpetua, scilicet ad
vitam officialis.
3 Quæ officia à Summo Pontifice cō
ceduntur, cum collatio officiorum
ad Principem spectet, c. 1. quæ sint
regal.& ibi Bal.Et aliqua gratiose,&
libere, aliqua ad tempus, nonnulla
ad beneplacitum, multa vero aliquo
pretio recepto ad vitam officialis cō
cedit,vt etiam per obitum Pontificis
non vacent, vt in Clemen.ne Roma-
ni.§.eo tamē,de elect. Spec.in tit.de
officio ordi.de quibus officijs, & po-
testatibus plura habentur per Card.
Zabarel. in d.§.eo tamen;& per Go-
mes.in procem.reg.cancell.& in com
4 pendio vtriusque signaturæ: Hæc
vero sunt,officiū camerariatus,quod
pro pretio, Illustrissimo,& Reueren-
dissimo Cornario datum, ac conces-
5 sum fuit: officium quoque Thesau-
rariæ, de quo per Dec.cons.135. post
num.4.quod etiam antiquitus vendi
solebat,vt textatur Cornel.tacit.lib.
11.annal.vbi inquit P.Dolobella cen
suit spectaculum gladiatorū per om-
nes annos celebrari pecunia eorum,
qui quæsturam adipiscerentur; & sic
officium Quæstoris ex sententia Do-
6 lobellæ vendebatur. Officium etiam
Auditoris Camerę, de quo habetur,
in d.§.eo tamen, vbi Glos. & per Ro-
tam decis.336.in no. & per Egid.de-
cis.210. & 196. & 305. & 308. & per
Cassa. in Cathal. glo.mund.in 4.par.
consid.14.
7 In super officium Clericorum Ca-
meræ de quibus per Dec. cons.404.
Protonotariorum, Secretariorum,
Cubiculariorū, Contradictarū,Sum-
mistæ, Abbreuiatorum, Correctorū,
Præsidentis, Collectorū, Iannizzaro-
rum,Plumbi,Notariorum, Cursorū,
& quam plura etiā officia sunt in Cu
ria Ro.quæ sunt notissima omnibus,
qui in ea versantur,& multa enume-
rantur in extrauag. ad regimen de
prætend. in Pragmat. sact. in tit. de
causis.§.Romani,in verbo officiales;
Cassa.in d.tracta.in 4.par.consid.29.
Gomes.in Procem. reg. Cancell.& in
reg. de publi. resignat. q.12.Paul. de
Roma. in tracta. de pensio. fol. 21.
nu.11. Octau.Vestr.in Rom.aul.act.
8 Sunt etiam alia officia, vt sunt mi-
lites sancti Petri, de quibus loquitur
Rolan. à Valle cons.11. lib.1. sancti
Pauli,sancti Georgij,Pij,& Gilij.Me-
noch.cons.112.nu.55.lib.2.

Quæ ómnia officia à Summis Pon
tificibus Romanæ Ecclesiæ necessa-

rijs sumptibus magnopere vrgentibus, recepto pretio, ad vitam officialium vendita, ac concessa fueruut. Syxtus Quartus fortè primus fuit omnium Pontificum, qui non nulla officia erexit, ac illa vendere excogitauit, ac alia ab Innoc. 8. alia à Leone 10. & successiue à suis successoribus officia vendita fuerunt, vt Platin. & alij in eorum vitis tradiderunt, ac etiam quando vacant pretio conceduntur, ac venduntur ad vitam officialis ementis.

SVMMARIVM.

1 *Papæ potestas potestati legum subiecta non est.*
2 *Papa potest legibus positiuis derogare.*
3 *Papa potest officia etiam iurisdictionalia ex causa vendere.*
4 *Papa Simoniam cõmittere non potest.*
5 *Papa non potest vendere spiritualia.*
6 *Papa potest vendere officia temporalia.*
7 *Officium emens à Papa Simoniam, nec ambitum committit.*
8 *Lex Iulia de ambitu cessat in Romana Cur.*
9 *Angelus parum honeste loquutus fuit de Cur. Rom.*
10 *Simonia non est dare palam pecuniam Papæ pro officio.*
11 *Pœna dantium pecuniam alijs personis pro officio consequendo.*
12 *Officiorum dispositio est de regalibus.*
13 *Regalia possunt per Principem supremum alienari.*
14 *Papa potest non solum alienare officia, sed etiam magnas ciuitates ex causa necessaria.*
15 *Misera esset fortuna Principum, si nihil alienare possent.*
16 *Officia Rom. Cur. vendi solent.*
17 *Papa potest alienare illa, quæ sunt solita alienari.*

CAP. PRIMVM.



NEc aliqua dubitatio cadere potest, Papam non posse de suis officijs ad libitum disponere, cum notissimum sit in Iure, supremam potestatem Papæ legum ipsarũ
1 necessitati non subijci, c. nemo, c. cũcta. 9. q. 3. l. digna vox. C. de legibus. & propterea posse pro libito voluntatis suę, & etiam sine causa leges positiuas tollere, & derogare, c. 2. de con-
2 stitut. lib. 6. cum illis non subijciatur, sed illæ ipsi subsint, c. proposuit, de cõcess. præben. vbi omnes, c. filius, de testamentis, c. inter 33. q. 2. Fely. in c. 1. de constitut. in 4. fall. tradit Alex. cons. 2. lib. 1. & omnes canonistæ in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. habetur in clement. 1. vt lite pendente, illius enim est destruere, cuius est cõdere, l. eius est velle. ff. de reg. Iur. vbi Dec. plura adducit, est casus in §. fin. institut. de Iur. nat. gent. & Ciui. vbi Ang. Port. & Faber, & in l. pater seuerinam. ff. de condit. & demonstrat. & in l. fin. ff. de legibus, & ideo in Papa est pro ratione voluntas, d. c. proposito, & in l. 1. §. pueritiam, in verbo natus; vbi Glos. Bal. Angel. & Alber. colligunt. ff. de postulando.

Ex qua Pontificis potestate Bal. in l. Barbarius. ff. de officio præsidis: di-
3 cit, licere supremo Principi officia etiam recepto pretio alienare, & vẽdere, non enim reperitur de iure diuino prohibitum, sed tantum ciuili, cui Papa non subest, l. Princeps. ff. de legibus,

legibus, & ideò omnes ferè dicunt, Papam sua officia sine peccato vendere posse, ita tenẽt post Bal. Gulicl. in c. Raynutius, in verbo duos habẽs filios, nu. 52. de Testam. in summ. Angelic. in verbo officialis, in summ. Siluestr. in verbo dignitas, in summa Armill. in verbo officialis. Franc. Marc. decis. 149. Cassa. in cathal. glor. mũd. in 1. part. in 60. consid. plenissime disseruit Dominic. sup. d. art. 4.

Confirmatur per ea, quæ dicit Ana. in c. 1. de simon. vbi quærit, an Papa simoniam committere possit, &
4 distinguit, aut loquitur in simonia, quæ de Iure diuino prohibita est, prout est vendere sacramenta, & tũc si Papa illa venderet, simoniam committeret, aut loquitur in simonia, quę est prohibita solummodò de iure positiuo, prout est vendere beneficia; tunc illa vendendo, simoniam minime committeret, quia ipse est supra omne ius positiuum; quod etiam firmatur in summa Siluestr. in verbo simoniam, & habetur per Dec. in cons. 141. post nu. 2. per Iul. Clar. in lib. 5. sententiarum in §. simonia. Et licet Abbas in c. extirpandæ. §. quia vero, de præben. & in c. 1. de simonia aliter distinguat: quod si Papa aliquid recipiat pro collatione beneficij habentis administrationem ordinis, vel exequutionem clauium tunc committatur simonia, & istam dicit esse communem opin. Fely. in d. c. 1. Glos. in Pragm. sanct. in tit. de annatis. Secus si beneficium, vel officium nõ habet exequutionem ordinis, vel administrationem clauium, vt sunt hospitalia, & secundum aliquos, beneficia simplicia, & aliæ administrationes tẽporales, vt ẽt habetur, per Abb. Fely. & Barb. in c. ex par. de officio deleg.

Ex his sequitur, quod licet Papa nõ possit spiritualia vendere, quæ iure naturali, vel diuino vendi non pos-
5 sunt d. l. si quinque, c. cum essent, de simonia, vbi scriben. qua tamen in re me refero ad Theol. & canon. & habetur plenè per Couarru. in c. peccatum, de reg. iur. in 6. in 2. par. §. 8. & per alios summistas. Attamen, quãtum attinet ad propositum nostrum, omnes conueniunt, Papã officia tem-
6 poralia vendere posse, quia tunc non dicitur domum Dei, nec spiritualia vendere, sed tantum temporalia officia, quæ licet iurisdictionem annexã habeant, attamen Papa illa vendere causa necessaria potest, secundum Thom. in Epis. ad Ducissam Barbant. vt habetur in summa Angelic. in verbo officialis, & tunc nec simoniam,
7 nec ambitum committere dicitur ille, qui emit officia, dummodo pretiũ Principi detur, in eo enim crimẽ ambitus, & simoniæ cessat, & ideò Hostien. in c. 1. de simonia dicit, quod in Curia Romana non committitur simonia, sicut nec in Curia Imperatoris locum habet lex Iulia de ambitu, & ideo Bar. in l. 1. ff. ad legem Iuliam,
8 de ambitu, dicit quod in Cu. Romana cessat dicta lex Iulia de ambitu, prout etiam firmat Cyn. in l. 1. C. eo. vnde Angel. parum honestè loquitur
9 de Curia Romana, quia in ea grauiter simoniæ puniuntur: sed non est simonia dare pecuniam palam Pa-
10 pæ pro officio temporali habendo, vt dicit Saly. in rub. C. eo. vbi asserit quod hodie in Rom. Cur. ambitus cessat. Quãdo. n. datur pecunia Principi pro officio, & honore consequendo, cum præsit legi, nec simonia, nec ambitus committitur. Barba. in d. c. ex parte, Matth. de Affli. in constit.

Neapol.

Neapol.lib.1.rub.93.post nu.5. Lud. in practica crimin.de empt.offi. Rol. consi.84.num.12.lib.2.Aret.Instit.de publ.iud.§.sum.praeterea.Secus si detur pecunia, siue pretium ei, qui stat ad latus Papae, vel Principis, vel eis adiuuantibus pro consequendo officio, tunc dantes, offerentes, & recipiẽtes aliquid pro officio consequendo, illis qui stant ad latus Principis,
11 vel alijs personis, puniuntur poena infamiae, & centum scutorum; vt in l.1. ad l.Iul.de ambit.vbi Azo. dicit, quod illa lex habet locum, quãdo alicui curiali, vel priuato pecunia pro officio consequendo daretur; secus si ciuitati, vel Principi:& contra ambientes officia, vel aliquid dãtes pro officijs iurisdictionalibus consequendis, extant Bullae nouissimae aeditae per Pium Quintum, in quibus grauissimas imponit poenas, quae tamen, vt dicit Iul. Clar. in d. §. simonia. male forte obseruantur.
12 Praeterea dispositio officiorum est de regalibus, tum quia super regalibus fundata sunt, tum quia habent exercitium iurisdictionis, vt declarat Bald.in c.1. quae sint regalia: sed re-
13 galia possunt per Principem supremum etiam in laicos alienari, c.1.quae regalia.Roman.cons.271. nu.1. Iac. Mand.cons.73. nu.1. igitur & officia alienare potest. Quinimo potest Pa-
14 pa non solum officia vendere, sed ẽt magnas Ciuitates ex causa necessaria. Bald.in l.cum multa. C.de bonis quae lib. & in c.bene dum.il.2.nu.23. de postul.Praelat. vbi Imol. quem refert, & sequitur Iason, multa in proposito cumulando in praelud. feudo. nu.77. vsque ad nu.81. Ruy.cons.35. nu.31.lib.1.Oldr.cons.94. vbi in fine dicit, quod misera esset fortuna Prin-
15 cipũ, si nihil alienare, & donare possent. Dec.cons.191.num.1. maxime si id faciat ex causa necessaria, quia tunc alienatio tenet, ac firma remanet, quae forsan aliàs, secundum communes regulas, non valeret. Rom. in l.si verò. §.de viro in 40.fallen.ff.sol. matr.Paris.cons.33.nu.23. lib.2. plenè Rol.a Valle cons.1.lib.2. sed officia Romanae Curiae a summis Pontificibus ex causa necessaria, & pro ne-
16 cessitatibus Sedis Apostolicae fuerunt vendita, & venduntur, merito alienationes de iure subsistunt. Domin.Sot.in loco citato.

Postremo cum talia officia vendi solent, vt praesupponit Cyn.in l.extra territorium. ff.de iurisd.omn.iud. in fi. Deci.consi.175. post nu.4.& firmat Gomes.in reg.de infir.resign.q.22.in fi. Sequitur quod Papa põt hodie talia officia alienare, ac pro pretio ad vitam ementis concedere, cum Papa
17 possit alienare ea, quae vendi consueuerũt. Aymon.cons.54.Papa enim supra bonis ecclesiae liberam disponendi facultatem habet. Abbas, & Doct. in c. in praesentia, de probat latè Paris.cons.103.lib.4.& Papam posse officia vendere, praesupponit Dec. d. cons.175. post nu.4.vbi loquitur de officio Thesaurariae, ac Sacristię. Laurent. Siluan. cons.98. lib.2.sub nu.9. vbi dicit Principem posse officiũ Potestariae donare.

SVMMARIVM.

1 *Officia Ro. Cu. ad vitam emptoris conceduntur, nec ad haeredes transeunt.*
2 *Officia Ro.Cu. sunt vacabilia.*
3 *Officia Ro. Cu. in manibus Papae ad fauorem emptoris resignantur.*
4 *Papa an possit vendere officia, vt post obitum*

obitum officialis per aliquod certum tempus non vacent.

5 *Papa quando possit successorem obligare.*

6 *Successor in Papatu quando contractũ prædecessoris obseruare teneatur.*

7 *Papa ex consuetudine non solet officia, nisi ad vitam emptoris alienare.*

8 *Regaliorum concessio per Papam facta, non præiudicat successori.*

9 *Dispositio officiorum est de regalibus.*

10 *Prælatus non potest disponere de rebus futuris ecclesiæ in præiudicium successoris.*

11 *Prælati non habent successorem, & fructus debentur ei, qui subrogatur.*

12 *Colonus si quid anticipate soluit vltra vitam Prælati concedentis, damnum ipsi feret.*

13 *Collatio officiorum est de fructibus Papatus.*

14 *Papa non potest alienare, si per alienationem dignitas Pontificatus grauiter læderetur.*

15 *Misera esset fortuna Principum, si nil alienare possent.*

16 *Papa potest alienare, ac castra ecclesiæ donare ex causa legitima.*

17 *Papa potest officia concedere, vt ad hæredes transeant.*

18 *Papa potest disponere de officijs, etiam in præiudicium successoris.*

19 *Papa si non posset alienare, hominum commercio priuaretur.*

20 *Regulæ, quæ reuocant contractũ prędecessoris odiosæ sunt.*

21 *Regula Adriani VI. de quibus officijs loquatur.*

22 *Princeps non potest alienare taliter, vt Principatum deformet.*

23 *Papa potest disponere de rebus ecclesiæ.*

24 *Quicquid potest Princeps in Regno suo, Papa potest in ecclesiæ Monarchia.*

25 *Papa potest alienare, etiam non solita alienari, si dignitas non læditur.*

26 *Papa potest concedere vsumfructum de aliqua re monasterij ad vitam.*

27 *Regalia possunt alienari, si solita sunt alienari.*

28 *Papa quando possit præiudicare successori.*

29 *Successor non potest venire contra contractum antecessoris.*

30 *Papa non potest per legem nec sibi, nec successori præiudicare.*

31 *Contractus dignitatem afficit.*

32 *Papa potest Castra ecclesiæ donare, & infeudare, etiam sine consensu Cardinalium, & hoc ex causa, vt dictum est.*

33 *Cui licet quod plus est, licet, quod minus est.*

34 *Prædia fiscalia, seu Principis alteri locata in perpetuum, vel ad tempus, non possunt per successorem auferri ab eo, cui sunt locata.*

CAP. II.

SED quia canonice talia officia in Ro. Curia ad vitam emptoris pro pretio conceduntur, vt per Paul. Castr. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. test. vbi loquitur de officio
1 scriptoriæ, quod ad hæredes non transmittitur, vt etiã adnotat Ripa in l. in quartam. nu. 163. ff. ad legem falc. Crot. in l. frater a fratre, nu. 93. de cond. indeb. Rol. a Valle cons. 11.
2 lib. 2. Ideo officia, quæ venduntur, per obitum officialis vacãt, nec etiã ab ipso officiali vendi possunt, eius vita durante, nisi cum consensu Papæ,
3 in manibus cuius ad fauorem emptoris resignantur. Nico. de Vbald. in tract.

tract. success. ab intest. col. 17. Gome. in regula de infirmis resignan. quæst. 22. in fine.

Vnde in dubium aliquando reuocatum fuit, an Papa possit officia vendere, & alienare, vt post obitum officialis per aliquod certum tempus nō
4 vacent, & si in tempore reseruato va carent, pretium receptum hæredibus officialis restitueretur, & aliqui negatiue respondebāt, & pro ista parte primo adducebāt, quod hoc fuit prouisum per regulam cancellariæ, tempore Adriani VI. & vltimo loco a Pio V. sub die 19. Ianuarij 1565. renouatam. Papam non posse officia concedere, quod post obitum officialis non vacent, quam regulam esse conformem dispositioni iuris ex pluribus demonstrabant. Primo, quia licet ex contractu supremus Princeps obligetur, & ipsam dignitatem, ac
5 quemlibet successorem in dignitate obligare possit, vt dicunt Doct. in l. digna vox, de legibus. Canon. in c. 1. de probat. Attamen hoc est verum, quādo Papa agit id, quod ex officio, vel consuetudine agere potest, vt tradit Bald. in l. 1. in princip. ff de const. Princip. & ibi late Iason nu. 12. alias autem non, quia successor ab eo non
6 habet causam: igitur non tenetur illius contractus obseruare, l. vectigalis. ff. de pignor. l. si quis domum. ff. locati, late per Oldr. consil 94 col. 2.
7 Sed Papa nec ex natura officij, nec ex consuetudine officia alienat, nisi ad ementis vitam: ergo illa vendere non debet, nec facere potest, vt per obitum non vacent, quia successori præiudicaret, & propterea per constitutionem generalem talem aliena-
8 tionem reuocare potest. Secundo facit, quia concessio regaliorum per Principem facta, etiam per contractus eius successorem non ligat, nisi inquantum Princeps e consuetudine de regalibus disponit, vt per Bald. de pace constan. vers. amplius cōsueuerunt. Fel. in c. 1. de probat. vbi & Dec. Fel. in cap. ad audientiam, col. 2. Soc. consil. 4. lib. 3. & cons. 7. eod. lib. Ant. Rub. consil. 50. Goza. consil. 8. nu. 45. Ruy. consil. 90. num. 14. lib. 1. Sed di-
9 spositio officiorum est de regalibus, vt dictum fuit supra, & declarat Bal. in c. 1. quæ sint regalia: ideo quod nō vacent per obitum officialis, ad præiudicium successoris vendi non pos-
10 sunt. Tertio, quia Prælatus non habet facultatem disponendi de rebus futuris in præiudicium successoris, vt adnot. Aluarot. post Bal. in c. 1. qui success. feud. Bero. consil. 116. lib. 1. nu. 18. Rebuf. in compend. alienat. rerum ecclesiast. nu. 18. Boss. in tit. debit. delinq. sol poss. nu. 7. & 8. & ratio
11 est, † quia Prælati minime successores dicantur, cum electione fiant, & fructus post obitum Prælati rite in successionem electo debentur, c. relatum. de testib. c. præsenti. de off. ord. lib. 1. Vnde licet Prælatus teneatur stare colono in casu a iure permisso:
12 attamen quidquid anticipate colonus de fructibus soluit vltra vitam concedentis, sibi imputandum est, vt dicunt Doct. in cap. fin. ne Prælat. vices suas: vbi Abb. nu. 8. Gem. cōs. 10. Ang. cons. 245. nu. 7. Alex. consil. 82. num. 16. lib. 2. & cons. 28. nu. 2. lib. 1. Port. Imol. cons. 161. nu. 9. vbi plene.
13 Collatio autem officiorum est de fructibus Papatus, cum inde emolumenta percipiantur, vt ex illis Papa munificētiam suam exercere valeat, & ideo successori præiudicare non potest, ne proueniendo ante tempus supplan-

supplantare videatur successorem, vt inquit Bal. in c. 1. col. 2. qui success. feud. da. poss. & multos alios, cumulat Ant. Gabr. in lib. commun. opin. lib. . . . q. 18. ver. item limit. Si enim liceret summo Pontifici pro tempore disponere de fructibus sui successoris, vtique poneret falcem in messem alienam, & comederet mensam alteri debitam, & ante tempus os successoris clauderet, quod facere non debet, nec potest.

In contrarium, quod Papa possit in venditione officiorũ, emptoribus concedere, ac indulgere, quod per certum tempus, etiam quod emptores decederent, officia non vacent, sed suis hæredibus pretium restituatur, adducebatur. Quod licet Papa iura suę dignitatis alienare nequeat, sed ea successori conseruare teneatur. c. intellecto, de iureiur. intelligi-
14 tur tamen de alienatione, per quam dignitas Pontificatus grauiter lædetur, non autem de alienationibus leuioribus, vt ibi declarant Innocen. Abb. Imo. & communiter scribentes. Bart. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi, aut clam. Dec. consil. 191. num. 1. Oldr. cons. 94. Aym. cons. 54. in princ. Rol. a Valle cons. 6. nu. 50. lib. 3. Et si aliter diceretur, vt dictũ fuit in præ-
15 cedenti quæstione, misera esset fortuna Principum, si nil alienare, vel donare possent, vt dicit Oldrad. in d.
16 cons. 94. in fi. Et Papam posse alienare, & castra donare voluit. Bald. post Innoc. in c. bonę, il secondo, de postulat. Prælat. Sequitur Ias. in prælud. feud. nu. 81. Alex. cons. 1. lib. 5. Rolan. d. cons. 6. nu. 50.

Secundo, quod Papa possit disponere de officijs ad eum spectãtibus,
17 ac etiam concedere, †quod ad hæredes transeant, adnot. late Capic. dec. 221. nu. 1. per text. in cap. 1. de feud. guar. & guast. & in c. 1. de feud. non hab. pro nat. feu. vbi Bar. & scribẽtes.

18 Tertio, quod Papa possit per viam contractus de officijs etiam in præiudicium successoris disponere, firmãt Matt. de Afflict. decis. 101. Fel. in c. 1. de probat. col. 2. Successor enim ligatur pactis, & conuentionibus initis a prædecessore. Rebuff. late in proœmio, de collat. in cõcor. col. antepen. Dec. in d. c. 1. de probat. Ias. cons. 10. lib. 3. vbi refert communem opinio. Et si aliter diceretur, Princeps nõ inueniret, qui cum eo cõtra-
19 here vellet, & sic hominum priuaretur commercio, nec in necessariis sibi subuenire posset, vt dicit Ro. consil. 352. incip. quæritur. Bal. in l. Princeps. in fi. de legibus. Bero. cons. 146. lib. 3. Soc. Iun. cons. 94. lib. 2. nu. 2.

Vltimo, quod Papa sit solitus disponere de officiis vacantibus ad libitũ concedere, ad vitam etiam plurium personarum, vel etiam in perpetuum, ac illa vnire, vt non amplius vacent colligitur. Duo namque officia secretariatus vnita fuerunt: vnũ Hospitalis sancti Spiritus, alterũ Ecclesiæ sancti Eustachii: & vnum fuit concessum ad vitam duorum, scilicet Episcopo Gentili, & eius nepoti; & gratis etiã officia cõcedere, prout concessum fuit Cardinali sanctæ Floræ, & alijs personis; ac Pius IIII. fecit indultum, quod equites pij per obitum pro medietate non vacarent.

Ad contraria respondetur primo, quod regula reuocatoria tanquam odiosa non comprehendit istum casum. Anch. cons. 295. & 297. & Rom.
20 cons. 498. Regulæ enim, quæ reuocant contractus factos per prędecessorem

sorem, odiosę sunt. Paris. cons. 19. nu. 4. lib. 4. Dec. in c. quę in Ecclesiarum, nu. 15. de constitutio. & dicta regula
21 loquitur de officiis vacaturis, nõ autem vacãtibus: & Papa potest in venditione officiorũ alterare, & aliquã nouam formam ponere, dummodo dignitas Pontificatus grauiter non lędatur: & alia iura, & decisiones loquuntur in Prælatis, non autem in Papa, qui supremam, ac liberam potestatem in rebus Ecclesiasticis habet.

Vnde ego arbitror, Papam posse vendere, & alienare officia, & in venditione reseruare, ac indulgere, vt per aliquod tempus, officium venditum, per obitũ emptoris non vacet, vt factum fuit in vẽditione officii camerariatus a Pio IIII. bo. me. Card. Vitellio; quia tunc non est proprie alienare, cum ad successorem officiũ finito tempore rediturum sit; tunc enim forte non posset, quando omnia officia Sed. Apost. alienaret, proprietatem cauendo, & penitus abdicando omne dominium, & iurisdictionẽ, etiam suis successoribus, & tunc dignitas grauiter læderetur, forte non posset omnia officia alienare libere, quod in perpetuum ad successores emptoris transirent, vt adnot. Doct. in d. c. intellecto. Ias. in vsibus feudo. n. 77. vbi dicit, quod Princeps non po
22 test alienare taliter, quod Principatum deformet; secus si alienat, retinendo directum dominium, vel saltẽ superioritatem, tunc alienatio tenet Fely. in c. ad audientiam, de præscrip. Ias. cons. 10. lib. 3. nu. 2. Rolan. a Vall. d. cons. 6. nu. 50.

23 Et si Papa habet auctoritatem disponẽdi de rebus Ecclesiasticis, vt habetur plene per Paris. in cons. 103. lib. 3. & per Bal. post Innoc. in d. cap. bonæ memoriæ: vbi dicit, quod Papa cum bona conscientia potest donare decimas, & Castella Ecclesiæ, & in c. cum venisset de iudicijs, nu. 6. dicit, quod Papa potest concedere Castrũ Ecclesiæ in feudum; quidquid enim
24 potest Rex in Regno suo, Papa potest in Ecclesiastica Monarchia, Ias. cons. 10. lib. 3. col. penul. & sicut olim omnia a manu Regia gubernabãtur, & ita hodie, quidquid Regi placet, legis habet vigorem, & Papa potest dare nouam formam succedendi in feudis. Paris. d. cons. 103. nu. 7.

Nam cum officia Romanæ Curiæ soleant a Pontificibus ad vitã ementis alienari hoc Papa potest, etiam
25 quod dignitas læderetur: Sed quando dignitas non grauiter læderetur, posset illa alienare, etiam quod nõ essent solita alienari, vt dicit Aymon. cons. 54. nu. 2. Papa igitur poterit in alienatione officii apponere, vt non vacet per aliquod tempus, casu quo emens intra illud tempus decederet, quia ex hoc non multum successori prȩiudicat, & si ratio pro prima opinione assignata quod Prælatus non potest praiudicare successori, nec potest supplantare successorem, præueniendo ante tempus, haberet locum in Papa, vtique non posset vendere officia; nisi ad vitã ipsius Põtificis, & tamen, cũ vendantur ad emptoris vitã successori præiudicare potest, cum emptor possit viuere vltra vitam successoris: igitur talis ratio non habet locum in Papa, vt per Paul. Cast. cõs. 229. visis, & ponderatis omnibus lib.
26 1. vbi consuluit Papam posse concedere vsumfructum de aliqua re monasterii ad vitam, secus in aliis prælatis inferioribus, per ea, quæ adnot. Matth. de Afflict. decis. 101. vbi dicit quod

quod illa concessio valuisset, si fuisset de consensu capituli facta, multo fortius si de consensu Papæ. Paul. Castr. d. cons. 229. in princ.

27 Et regalia etiã alienari possunt. Roman. cons. 271. maxime si sunt solita alienari. Claud. in tit. qui feud. dare poss. Ruyn. cons. 91. lib. 1. si alienatio regalium non induceret notabilẽ diminutionem Principatus. Ruy. d. cõs. 91. Beltr. consil. 42. lib. 1. & propterea non obstat, dum dicebatur, quod regalia non possunt alienari, quoniã

28 hoc procederet, quando Princeps in perpetuum regalia totius status alienaret, secus si particularia. Bald. in l. certarum. ff. de testa. milit. vbi dicit, quod licet Imperator non possit donare Cotam Imperii, potest tamẽ donare certas Ciuitates, sicut quotidie fieri videmus, quod Papa alienat, obligat etiã regalia, licet alienatio successori præiudicare posset, nihilominus tenet, Paul. Castr. cons. 166. Circa ea, lib. 1. & consil. 414. lib. 1. in facto præsenti. Papa enim potest præiudicare successori in præteritis perfectis, & sic in contractu, alias Ecclesia non inueniret contrahentem secum, vt dicit Bald. in c. cum inter, de elect. & potest. num. 4. Et successor non potest venire contra contractum antecesso-

29 ris. Bart. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clam. Bald. in cap. 1. de natu. feud. & in l. cum multa. C. de bonis quæ lib. Cyn. in l. digna vox. C. de legibus. Bald. cons. 271. Casus, lib. 1. Iasius cons. 156. super eo, quod quæritur, lib. 30. vbi loquitur de successore creato per electionem. Oldra. consil. 94. Alex. cons. 124. lib. 1. Ioannes de Anal. consil. 81. Paul. Castr. d. consil. 229. vbi dicit, quod successor Papæ non potest reuocare antecessoris cõtractum. Abb. in c. 1. de probatio.

Et propterea non obstat, quod dicit Bal. in tit. de pac. const. quod contractus antecessoris non ligat successorem, quia Bald. loquitur contra id, quod alibi tenuit, & iura per eum allegata non suffragantur, cum loquantur, quando prædecessor conderet legem, tunc non potest sibi ipsi,

30 nec successori legem imponere, a qua discedere non posset, l. si quis in prin. ff. de leg. 3. secus quando contrahit ita ipsemet Bal. in d. l. digna vox, prope finem illa iura declarat. Et licet successor non habeat causam à præ-

31 decessore, tamen succedit in ipsum ius dignitatis, & contractus afficit dignitatẽ, cuius est administrata, Paul. Castr. in d. l. digna vox. Bal. cons. 426. Rex Romanorum lib. 1. Ias. cons. 10. lib. 3. nu. 1. habetur plene per Natta cons. 122. nu. 9. cũ seq. vbi dicit, quod propterea procedunt etiam in donatione facta à Principe: & sic quando contractus procedit ex causa lucrati-

32 ua. Albe. in proœmio Digestorum. §. discipuli. Si igitur Papa potest Castra, & Ciuitates Ecclesiæ donare, ac infeudare; vt per Natta. cons. 640. nu. 10. ac eius bona obligare, etiam sine consensu Cardinalium. Paul. Castr. cons. 414. in facto præsenti. lib. 1. cur

33 non etiam officium aliquod concedere? Cur licet, quod plus est, licet et quod minus est. l. non debet. ff. de reg. iur. probatur in l. 2. & in l. fin. C. de locat. præd. Ciuit. lib. 11. vbi habetur, quod prædia fiscalia, seu Principis al-

34 teri locata in perpetuum, vel ad tempus non modicum, non possunt etiam per Principem auferri, quæ iura allegat, Paul. Castren. in d. cons. 229. & introitus publicos posse vendi constat in li. pen. C. de rect.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Societates super officijs Rom.Cur.quomodo, & qua de causa principium habuerunt.*
2 *Societates super officijs Rom.Cur.quomodo fieri debeant.*
3 *Bulla Leonis super societatibus officiorum Rom.Cur.*
4 *In societatib.partes debent esse aequales.*
5 *In societate super officijs, qui plus aeris, & periculi sustinet, plus emolumenti habere debet.*
6 *In societate partes debent esse, vti conuentum erit.*
7 *In societatibus super officijs, fructus solent taxari ad rationem 12. pro centenario.*
8 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*
9 *Instrumentum societatis super officijs qualiter formetur.*

CAP. III.

EX his venditionibus, ac emptionibus officiorum Ro. Cu. longo ab hinc tempore ortę sunt societates
1 super dictis officijs. Volentes enim emere aliquod officium, aliquãdo cũ tantam summam pecuniarũ non habebant, vt integrum pretium Reuerẽdae Camerae persoluere possent ab alio subsidium accipiebãt ex aliqua parte pretij, quo officium emere, ac illud exercere possent, & emolumen-
2 ta ac lucra ex officio prouenientia pro rata pretij dati, cum illo cõmunicarent ea conditione, vt & pecunias ipsas in societatem recipientes, si illas dantes, aut singuli alij tunc ab eis nominati moriantur, sortem principalem pecuniarum per eos in societatem receptarum lucrentur: & contra, si officiales recipientes pecunias ad societatem moriantur, eorũ haeredes, aut fideiussores sortem receptam restituere teneantur, vt habe-
3 tur in Bulla Leonis X. super societatibus officiorum Ro. Cu. edita anno 1514. & sic inter istos societas contrahebatur, ac contracta censetur super officio, vt in l. 2. C. pro socio, vbi Docto. Et licet de natura contractus societatis sit, vt partes aequales sint,
4 Instit. de societate, in princ. l. si non fuerit. ff. pro socio. l. quoties. §. haeredes. ff. de hęred. instit. tamen in hac
5 societate aequitati conuenit, vt qui plus aeris, & periculi sustinet, plus emolumenti speret. arg. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & accessoriũ suum principale sequi debet. l. quẽadmodum, de agric. & censitis lib. 11. Bald. in l. 1. C. pro socio, nu. 16. Corn. cons. 152. lib. 3. Cum etiam semper partes in hoc conueniant, vt pro summa data super officio ratam fructus officij, solum consequi valeat, & par-
6 tes in societate erunt, vti conuentũ est, Paris. cons. 82. nu. 69. lib. 1. qui fructus, cum plerumque sint incerti offi-
7 cialis, qui accipit pecuniã, solet promittere ad rationẽ 12. pro centenario quolibet anno, quia verisimiliter ad eandem rationem officia reddũt: & in societatibus illud attendi debeat, quod actum est inter partes. Instit. de societate. §. 1. §. illud, & §. de
8 illa, & nimirũ, quia cõtractus ex cõuentione partium, legem accipiunt reg. contractus, de reg. iur. in versic. Hostien. in summa de vsuris. §. an aliquo casu, vers. Est tamen veritas. Dec. in l. si pascenda, in 2. notab. C. de pactis.
9 Instrumentum autem huius socie-

tatis

tatis qualiter formetur, habetur in formulario instrumentorum, ac variorum processuum Fel.229. quæ tamen forma quotidie alteratur cum nouis pactis, conuentionibus, ac clausulis, de quibus infra dicetur.

SVMMARIVM.

1 *An contractus societatis super officijs licitus sit.*
2 *Mutuans pecuniam super officijs vsuram committit.*
3 *Papa licet vendere officia possit, non tamen illa emere licet.*
4 *Papa licet non ligetur, tamen delinquens cum eo ligatur.*
5 *Pecuniam si quis daret communitati, vt annuatim aliquid loco fructuum consequeretur, vsura esset.*
6 *Monasterio non licet dare pecuniam, vt in vita sua sexdecim quolibet anno habeat.*
7 *Vsura sola spe contrahitur.*
8 *Contractus societatis inducit votum captandæ mortis.*
9 *Pactum quod inducit votum captandæ mortis à lege reprobatur.*
10 *Societas dici non potest, vbi pactio fit de certa annua, vel menstrua quantitate soluenda.*
11 *Pecunia quando datur pro pecunia, vsura est.*
12 *Pecunia pecuniam parere non potest.*
13 *Præstatio annua vniformis est vsuraria.*
14 *Societas non est licita, vbi lucrum est commune, sed non periculum.*
15 *Contractus societatis contrahitur ad similitudinem cuiusdã fraternitatis.*
16 *Societas quid sit.*
17 *Societas non valet, quando dans pecunias nullum damnum, vel periculũ subire vult.*
18 *Inæqualitas in societate arguit suspicionem vsurarum.*
19 *Societas super officijs Ro.Cu. pro licita, & honesta habetur.*
20 *Consuetudo, & vsus potest facere contractum licitum esse.*
21 *Faciens actum, qui communiter æstimatur licitus, licet illicitus sit, tamen illicitus non est.*
22 *Consuetudo excusat à pœna, non autẽ facit contractum illicitum licitũ esse.*
23 *Consuetudo non potest inducere exercitium vsurarum.*
24 *Consuetudo potest facere contractum licitum, quando dubitatur an contractus licitus sit.*
25 *Papæ scientia multum operatur.*
26 *Pontifices plures societates super officijs permiserunt.*
27 *Societates super officijs propter periculum vitæ tollerantur.*
28 *Annuum redditũ ad vitã emere licet.*
29 *Pactum, quod potest se habere ad lucrum, & ad damnum propter dubiũ euentum, licitum est.*
30 *Vsura nõ est mutuare pecuniam Pontifici super officijs.*
31 *Emere, & vendere sunt correlatiua.*
32 *Si est permissum vendere, est permissum emere.*
33 *Statutum prohibens venditionem, prohibet etiam emptionem.*
34 *Lex pœnalis loquens de emptore, extenditur etiam ad venditorem.*
35 *Si licet dare pecuniam super beneficio, licet etiam accipere.*
36 *In Correlatiuis dispositum in vno, censetur dispositum & in alio.*
37 *Venditio officiorum est prohibita de iure positiuo.*
38 *Papa vendens officium, emptorem dispensare censetur.*
39 *Papa concedens beneficium inhabili, videtur tacite super illa inhabilita-*

te dispensare.

40 *Papa super vsuris in particulari dispensare potest.*

41 *Contractus ob incertitudinem vitæ licitus reputatur, quamuis alias forsan illicitus esset.*

42 *Nil certius morte, nil incertius hora mortis.*

43 *Redditus monasterij ad vitam concedi potest.*

44 *Spes longæ vitæ non est considerabilis.*

45 *Fructus in herba nō valet, quantum frumentum.*

46 *Contractus licitus est, si datur Eccl. fundum, vt ab Eccl. toto tempore vitæ sua alatur.*

47 *Votum captandæ mortis de per se non facit contractum illicitum.*

48 *Casum, fortunamque aduersam, sperare, in ciuile est.*

49 *Præsumptio de voto captando, est de iure ciuili, alio iure ciuili tolli potest.*

50 *Papa potest dare ius ad beneficia vacatura.*

51 *Certitudo lucri non est de genere prohibitorum.*

52 *Emptio annui redditus ad vitā valet.*

CAP. IV.

Dubitari tamē posset, an talis cō tractus societatis licitus sit, &
1 prima facie forte videbatur dicēdū, quod non, cum non sit licitum mutuare pecuniam super officijs, quia vsura est, vt habetur in summa An-
2 gel. in verbo officijs, adnot. Franc. Marc. dec. 749. Vnde aliqui dicebāt,
3 quod licet licitū sit Papæ officia vendere, non tamen licet illi emere, vt per Bal. in d. l. Barbarius: vbi dicit simoniam in Papa recipiente minime cadere, sed bene in dante pecuniā. Abb. in c. estirpandæ. §. qui vero, ad fin. de præben. & in rub. de Simonia.
4 vbi dicit, quod vbi Papa non ligatur, ligatur tamen delinquens cum eo, in glos. pragmat. in tit. de annatis. Mutuans enim pecuniam super officijs, si id facit spe lucri, quia dat, ex quo lucrum sperat, cum alias minime daret, vsuram committit c. 1. c. 2. & c. 3. 14. q. 3. c. 1. c. consuluit, extra de vsuris, & ideo Bal. in l. iusiurādū. col. 31. ver. sed iusta præmissa quæritur, &
5 dicit, quod non valet contractus, si quis daret pecuniam communitati, vt annuatim loco fructuum aliquid consequeretur, maxime si daret, vt quandocunq; repetere posset, vt ibi per Bal. vers. aut ille, qui mutuat: vnde cum hoc etiam Principe fieri non possit, multo minus cum priuato.

6 Secundo quia sicut non licet dare pecuniam Monasterio, vel Ecclesiæ, vt ab eis possessiones tenendas toto tempore vitæ suæ habeat, vt per Syluestr. in sūma, in verbo vsura; & propterea Rodulphus de Rodulphis in trac. de vsuris q. . . dicit, quod non licet dare cētum Monasterio, vt det in vita sua sexdecim quolibet anno, & sic non debet licere dare pecuniā super officijs ad rationem 12. pro centenario: cum sæpe homines sperent viuere adminus vsque ad centū annos. l. fi. C. de Sacr. sanct. Eccl. & sic amplius percipere de prouentibus,
7 quam sit pecunia data, & sola spe vsura contrahitur: sed ille, qui dat pecuniam super officio, dat illa intentione, vt 12. pro centenario cōsequatur, igitur contractus licitus non est. Federic. de Sen. cons. 303.

Tertio talis contractus licitus reputari non debet, quia inducit votū captandæ mortis; officialis enim, qui
8 pecuniam in societatem super eius officio

officio

officio recipit cum pacto, quod si ille moriatur, pecuniam receptam lucretur, vtique mortem illius desiderabit, & pactum, quod induceit votum
9 captãdæ mortis à lege reprobatur, l. fi. C. de pactis. l. stipulatio hoc modò concepta. ff. de verb. oblig. vbi scriben. hinc est, quod prohibetur promissio præben. non vacant. c. 2. de cõcef. præben. lib. 6.

Quarto cum in tali contractu soleat taxari fructus ad rationem 12.
10 pro cent. contractus illicitus reputari debet, vbi enim pactio fit de certa annua, vel menstrua quantitate, societas dici non potest, sed potius cõtractus mutui sub nomine societatis. igitur pro illicito habetur Paul. Castr. conf. 55. Viso instrumento pet. lib. 2. Alex. conf. 80. lib. 3. nu. 4. per glos. in c. plerique. 14. q. 3. sequitur Dec. conf. 123. per totum, vbi loquitur, quando annuus redditus est ad vitam concessus; quando enim pecunia datur pro pecunia, vsura est. Bal.
11 conf. 193. lib. 3. qui pariter loquitur, quando cõcessio est facta ad vitam. Nam pecunia non potest pecuniam
12 parere, cum pecunia fructus non sit. l. vsur. pecunia. ff. de verb. signif. Vnde in societate non potest taxari certa quantitas pro lucro. Bal. conf. 396. lib. 5. Alex. d. conf. 80. col. 1. lib. 3. præ-
13 statio enim annua lucri vniformis est vsuraria. Roma. conf. 520.

Quinto quia in tali contractu solet etiam apponi, quod damnum to-
14 tum sit officialis: ideo contractus nõ subsistit, quando in societate lucrum est commune, sed non periculum sortis, societas nõ est licita, sed contractus sapit vsurariã prauitatem. Bald. in l. 1. C. pro socio, q. 9. vbi ponit de his, qui dant pecuniam ad negociandum cum pacto, quod saluum sit capitale, & lucrum diuidatur, tunc nõ est societas. l. Lucius. ff. commodati. Paul. Castr. d. conf. 55. Dec. conf. 123. & conf. 116. col. 1. & 2. De natura. n. cõtractus societatis est, quod partes sint equales damni, & lucri. l. si non fuerit. ff. pro socio, & reg. naturalis est, qui quatenus, quis lucrum sentit, eatenus de damno participare debet. l. manifestum. §. sed cum in secundum. C. de furtis, ibi, vbi enim periculum, & ibi lucrũ. Soc. conf. 265. lib. 2. & propterea nõ valet societas, quod periculum sit vnius, & lucrum commune. Abb. conf. 77. lib. 1. plene Couarr. lib. 3. variarum resolut. cap. 2. nu. 3. vbi dicit, hanc esse communẽ
15 opin. Contractus enim societatis cõtrahitur ad instar cuiusdam fraternitatis, l. verum, in princ. ff. pro socio; si autem lucrum, & damnum non est commune, societas dici non potest, cum societas sit contractus vtroque, citroque obligatorius lucrorum, &
16 damnorum communicatiuus. Bald. conf. 120. lib. 1. & consil. 396. lib. 5.
17 non valet igitur societas, quod ille, qui ponit pecuniam, nullum sentiat damnum, sed solum recipiens, & lucrum commune sit, c. 3. glos. in d. c. plerisque. 14. q. 3. Abb. conf. 114. li. 1.
18 Io. Cephal. conf. 248. num. 34. & inæqualitas arguit suspicionem vsurarum in societate. Aymo. conf. 145. n. 13. Guid. Papa q. 186. Couarr. cap. 2. lib. 2. variarum resolutionum. Natt. conf. 403. Domin. 502. de iust. & iur. lib. 6. q. 6. artic. 2. vbi in fi. loquens de huiusmodi contractu, dubitat an licitus sit.

Plura alia forte adduci possent ad ostendendum talem contractum so-
19 cietatis illicitũ esse, sed quia in Ro.

Curia pro licito, & honesto, & non reddente Vsurariam prauitatem habetur,& iudices aditi pro exequutione talium contractuum,dant illorum creditori exequutionem, non solum pro sorte principali, sed etiam pro fructibus; de eius validitate non est
20 dubitandum. Nam consuetudo, & vsus facere potest, quod contractus sit licitus,quando dubitatur an illicitus sit. Vnde cum huiusmodi contractus societatis publicè,passim in Curia Romana frequententur,liciti censeri debent.l.qui sit fugitiuus.§.apud Labeonem ibi, qui id facit,quod publice facere licere arbitratur. ff. de Edili.Edic.facit tex.in l.quid ergo ibi velis,quæ in regione obseruantur. ff. de cont. vti.actio.tut.& in l.1. in fin. ibi vsurarum modus ex more regionis.ff.de vsuris,& in l.& cōtraria ibi: eas tamen,quæ in regione frequētantur.ff.eod.& in l.apud Iulianum.§.in vsurarum.ff.de leg.1.quę iura,& alia allegat Tiraq.de retract. conuen. ad fin.nu.130.vnde Bar.in d.§.apud La-
21 beonem dicit, quod si aliquis facit aliquem actum,qui æstimetur cōmuniter licitus,licet in veritate non sit, non per hoc dicitur illicitus,nec vsurarius,sequitur Cæpol.in tract. de simulatio. contract. num. 4, & nu.97. Sed aliqui forte dicere possent, quod Bar.& sequaces loquuntur quantum
22 ad id,vt qui actum facit,excusetur à pœna, non autem vt contractus sit licitus,vt ex eo agi possit, vt probatur in c.quia in omnibus, in prin.de vsuris, & ideo Ant. de Butr. in c. ad nostram,col.6. de empt.& vend. reprehendit Bar. si sensisset contractum licitum esse,& ex eo agi posse,sed solū operatur, vt non dicatur vsurarius, quo ad pœnam euitandam, vt dicit Cœpol.cons.13. in 3.dub. Alex.cons. 39.lib.3.Ias.in l.3.§.iurari. ff. de iur.
23 iuran.Aym.cons.6. nu.103. Consuetudo enim non potest inducere, nec exercitium vsurarum permittere, vt habetur in Clemen.1. de vsuris, in l. eos.§.intraiectitiæ. C. de vsuris. vbi Bal.late osten. Ang. consil.90. Natta cons.498.nu.24.

Hæc tamē vera sunt,quādo contractus clare vsurarius esset, adeo quod nō posset dubitari quin sit vsurarius, isto casu consuetudo siue vsus regionis non potest facere,nec permittere contractum vsurarium,vt habetur in d. Clem.1. & in his terminis loquuntur Anton. de Butr. Cœpol. Alexan. Ias. Ang. Aymon.& Natta cons.586. num.10.

24 Sed vbi probabilis esset dubitatio, vtrum contractus esset illicitus, vel vsurarius, tunc si contractus est solitus fieri publice,& palam inter bonos, & legales viros, tunc talis contractus licitus iudicandus est, & ita procedit,quod Oldrad.scribit consil. 207. in fin. loquens in quodam contractu, de quo dubitabatur, an esset vsurarius,vel ne,& dicit contractum ab omni specie illiciti reddit alienū ipsius Regni consuetudo, & eum sequuntur Ias.consil.153.col.5. vers.7. facit,lib.4.Abb.cons.15.quæritur an prædictus,vers.quid vltra,lib.1.Bald. in l.1.q.3. C.de his,quæ pœnæ nomine. Beltr.cons.1.col.2.in fin. lib.2. & probatur in c.nisi essent,in princ. vbi Abb.de præben. Natta d. consil.498. Strac. in tract. de mercatu. in 1.par. num.37.Io.Cephal.consil.237.nu.28. Anchar. cons.19. cui consilio plures se subscripserunt.

Et tanto magis procedit in tali cōtractu societatis, qui ita publice, &

palam

palam fiüt, & de his à iudicibus Ro.
Curiæ ius redditur, etiam cõsciẽtia
Romani Pontificis. Igitur per solam
scientiam, & patientiam Pontificis
25 valent, ac tenent, ac si à Pontifice cõ
firmati essent. arg. l. qui patitur. ff. mã
dati. Multum enim operatur scientia
Papæ, vt in l. Barbarius. ff. de officio
prætoris; ita in simili arguit Guid. de
Iura. in trac. de iur. emphyt. nu. 7. imò
in bullis editis à Leone X. Paul. IV. &
Pio IV. super officijs Ro. Curiæ, non
solum tales societates non prohiben
26 tur, sed expresse permittũtur forma,
& modo, prout eis habetur.

Sed etiam talis contractus de iure
licitus reputari debet, pręsertim pro-
pter periculum vitæ, quod subit dans
pecunias, cum illas det super officio
ad eius, vel alterius vitã, & propter
tale periculũ, & incertitudinem, con-
27 tractus iste à lege tolleratur. l. si ea
pactione. l. cum non frumentum. C.
de vsuris. glos. in c. nauiganti. de vsu-
ris. Bald. cons. 133. lib. 3. in princ. &
cõs. 292. lib. 5. Dec. cons. 123. in prin.
& cons. 450. nu. 1. & ex ista ratione fe
re cõmuniter dicunt Doctores, quod
28 licet annuum redditũ ad vitam eme-
re. Siluestr. in verb. Vsura. 2. num. 5. &
hoc propter dubium euentum, quia
potest quis diutius, & citius mori;
ideo talis contractus licitus reputa-
tur. Cyn. & Bal. in l. si pater puellę. C.
de inoff. testa. Saly. in d. l. si ea pactio-
ne. Specu. in tit. de Vsuris, in rub. Al-
beric. in l. iubemus nulli. col. fin. C.
de Sacr. Sanct. Eccl. Paul. Castr. Alex.
& Moder. in l. de fideicommisso. C.
de transact. Abb. in disputatio. auge-
rio. 3. & 4. dubio Laur. & Rodulphis
in c. consuluit; de Vsuris. Bal. consil.
154. lib. 2. Cuman. cons. 181. Roman.
cons. 302. Ego, & cons. 423. pro ple-
niori discussione 2. dubio in fin. Aret.
cons. 151. Natta cons. 498. n. 13. Abb.
in c. in ciuitate. nu. 7. de Vsuris. Cum
29 etiam regulariter pactum, quod po-
test se habere ad lucrum, & damnum
propter dubium euentum, suspitio
vsurarum remouetur, & contractus
licitus reputatur; vt dicit Dec. post
multos, quos allegat in cons. 4. nu. 6.
vt est tex. in d l. de fideicõmiss. adhoc
illum allegat. Tiraquel. tract. 1. geni-
turæ q. 6. nu. 4.

Cum etiam talis contractus offi-
ciali damnosum non est, quia tot fru
ctus ex officio percipit, quot soluere
promisit illi, qui ei pecunias super of
ficio dedit.

Non obstant modo adducta in con
trarium. In primis, nõ est vsura dare
30 pecuniam Pontifici super officio, vt
ex eo fructus percipiat, & super hoc
Papa saltem in particulari dispensa-
re potest, vt per Simonet. decis. inci-
pien. in vna Romana Tabellionatus,
in 2. parte: & ideo vt dictum fuit, sum
mus Pontifex potest eius officia ven-
dere, & alienare, igitur licet etiam il-
la à priuatis emere. Primo ex natura
31 correlatiuorum; cũ vendere, & eme-
re sint correlatiua, & vnum non po-
test esse sine alio, & cum permissum
32 sit Pontifici vẽdere, intelligitur etiã
concessum emere, vt habetur in l. fin.
C. de indic. vid. toll. vbi Bar. & in l. fi.
vbi, & Angelus. ff. de acceptilat. & in
l. fin. de exac. tribu. vbi Angelus in-
quit, quod prohibita emptione, intel
ligitur etiam prohibita venditio, &
ecõtra. Bal. in l. nemo martyres. C. de
Sacr. Sanct. Eccl. vbi dicit, quod statu
tum prohibens venditionem, prohi-
33 bet etiam emptionem, & plene habe
tur per Hippo. in l. si quis viduam.
ff. de quæstionibus nu. 10. cũ sequen.

Abb. in proœm. Grego. dicit, quod si statutum imponit pœnam vendenti, quod illa pęna etiam habebit locũ in emente, vt est tex. in l. 2. C. de Cupress. lib. 11. vbi Bar. & in l. si ab eo. C. de legit. hæred. & in l. si conuenerit. ff. de pactis. Abb. in c. quia Clerici,
34 de iure patrona. ybi ait, quod lex pę nalis loquens de emptore, extenditur ad venditorem, & hanc dicit esse cõ munem theoricam legistarum; & in his terminis idẽ Abb. in c. dilectus, in l. 1. de Simon. dicit, quod vbi lex declarat, quod sine aliquo vitio possit dari pecunia super beneficio, cense-
35 ter etiã declarare, quod accipere liceat, & ita Paul. Castr. in d. cons. 289. præsens dubium, lib. 1. in hoc proposito arguit.

Et propterea contra opin. Abb. dũ in rubrica de Simon. dicit, quod dans ligabitur, non autem Papa accipiens:
36 obstãt prædicta, quia in Correlatiuis dispositum in vno, censetur dispositũ in alio. Domin. in c. 1. de tempo. ordin. in versi. vbi inquit, quod si emens eximitur à gabella, erit & vendens, prout eum refert Fely. in rub. de Simonia 2. quia vt dictum fuit, vendi
37 tio officiorum est prohibita de iure positiuo; quo casu, si aliquis cum Papa contrahit, vel cũ alio de eius sciẽtia, authoritas sua purgat omne vi-
38 tiũ, & Papa eum dispensare videtur adeo, quod non solũ in aliquam pęnã non incurrit, sed etiam officium emptum retinere potest. Siluestr. in verbo Simonia 4. q. Armil. in verbo Simonia. n. 6. Fely. in c. de cætero, de re iudic. in fin. Paris. de Put. in tractatu de sindica. in verbo officialis. cap. 9. nu. 4. cõprobatur. Quia quando Prin-
39 ceps alicui inhabili officiũ, vel Papa beneficium concedit, videtur tacite super illius inhabilitate dispẽsare l. quidã, in fi. ff. de re iudic. vbi Alex. & in l. Barbarius. ff. de officio præfec. vbi Bal. nu. 12. Ias. col. 3. Roman. cõs. 327. Rebuf. in sua practica de dispensa. nu. 5. Couarr. in c. peccatũ, de reg. iur. in 2. parte. §. 8. nu. 9. Cyn. in l. 1. C. ad leg. Iul. de amb. dicit, quod nec in dantem cadit culpa, quia contrahendo cum Principe, Princeps videtur eum dispensare, & legem soluere, super cuius residet potestatem; cũ Pa-
40 pa etiam in particulari super vsuris dispensare possit. Docto. in c. super eo, de vsuris, & in l. 1. C. de Sum. Trini. Simonet. in d. decis. in vna Romana Tabellionatus.

Quem ad modum igitur licet emere, & dare pecunias super officijs, ita quoque licet dare pecuniam officiali, & societatẽ super eius officio contrahere; & licet ille, qui dat pecuniã,
41 lucrum speret, tamen ob periculum vitę, tale lucrum licitum est ob incertitudinẽ vitæ, cũ posset statim mori. Oldra. cons. 209. Roma. 302. vbi dicũt, quod ratione incertitudinis, contractus tolleratur, Anch. cõs. 30. nu. 9. & cons. 19. Abb. in c. in Ciuitate. de vsuris. nu. 7. Nil enim est certius morte, & nil incertius hora mortis, l. nã
42 & si cum maior. ff. de cond. indeb. l. hæres meus. ff. de cond. & demonstr. Vnde hodie nasci, cras mori potest. Omnes enim morimur, & quasi aqua dilabimur c. non æstimemus. 13. q. 2. Bal. cons. 292. lib. 5.

Vnde non obstat, quod dicebatur quod non licet dare pecuniam Monasterio, vt quasdam eius possessiones toto tempore vitæ suæ detinere possit, vel vt durante eius vita duodecim quolibet anno habeat: Quia contrariũ verius est, vt probatur in Clemen.

men. 1. de reb. Eccl. non alien. vbi Pa-
43 pa concedit, quod redditus monaste-
riorum vendi, ac ad vitam concedi
possint, si Eccl. expedit, & ibi adnot.
Zabarel. per tex. in c. possessiones. 16.
q. 1. & in c. 2. de his, quæ fiunt à Præ-
la. & not. Siluestr. in summa, in verbo
vsura 2. in 13. q. Anchara. d. cons. 30.
& probatur in c. ad nostram, de reb.
Eccl. non alienan. in ducen. prout per
Roma. d. cons. 102. adnot. Innoc. in c.
Ciuitate. de vsuris. Archid. in c. qui-
cunque. 14. q. 4. Hostien. in summa
de vsuris. §. an aliquo casu vers. 12.
quando vendo fructus, & vers. quid
de his, qui emunt ab Eccl. Paul. Cast.
& Alex. in l. de fideicommisso. C. de
transactio. Angel. & Saly. in d. l. ea pa-
ctione. C. de vsuris. Cyn. & Bal. in l.
pater puellę. C. de inoff. testa. Ias. in l.
1. C. de sum. Trin. nu. 63. Et quamuis
possibile esset ex longa vitæ duratio-
ne plures fructus percepturus esse,
quam sint pecuniæ datæ; nihilominus
possibile etiam est in contrariũ pro-
44 pter superuenientem mortem: vnde
talis spes non est consideranda, cum
multis fortuitis casibus subiecta sit;
45 & propterea non valet tantum fru-
ctus in herba, quantum frumentum,
l. fistulas. §. frumẽta. ff. de empt. & vẽ-
dit. & ita dicit Bal. in d. cons. 133. lib.
3. col. fin. Et in simili videmus, quod
46 si aliquis dedit Eccl. fundum valen-
tem mille, vt toto tempore vitæ suæ
ab Eccl. alatur, & postmodum con-
tingerit illum tãtum tempore super-
uiuere, quod eius alimenta longe ex-
cedant pretium solutum, tamen con-
tractus non dicitur fœneratitius, sed
licitus, & Eccl. lędi non dicitur, ratio-
ne dubij euentus; sicut enim longo
tempore vixit, ita etiam statim mori
potuisset. Hostien. in summa, de Vsu-
ris. §. quid de eis. Oldrad. cons. 207.
vniuersis. Io. And. in addit. ad Specu-
la. in rub. de vsuris, in fi. Alex. in d. l.
de fideicommisso. Io. de Anania in d.
c. Ciuitate. Paul. Castr. cons. 288. præ-
sens dubium, lib. 1. nu. 4. Ratio igitur
istius incertitudinis tollerãtiam cõ-
tractus causat, & ab eo vsuram exclu-
dit. c. nauigãti, de Vsuris, l. ea lege, l.
si ex pactione. C. eod. l. Soleo. C. de
Vsuris: ibi non consideratur, quod ca-
sualiter contingit, & illud, quod ha-
bet in se potentiam plus, vel minus.
Bald. cons. 292. lib. 5. vbi plene.

Tertio non obstat, quod dicebatur
de voto captandæ mortis; quia non
propterea contractus est prohibitus,
si aliæ circunstantiæ debitę seruẽtur;
47 aliter vsusfructus nunquam posset
constitui, qui finitur morte. Instit. de
vsufruc. §. finitur, & notatur in sum-
ma Siluestr. in verbo vsurarii. nu. 5.
& postquam de consensu dantis pe-
cunia fuit appositum tale pactũ, ces-
sat timor captãdæ mortis. Paris. cõs.
26. nu. 114. li. 2. vbi etiam dicit, quod
substitutiones, & fideicommissa non
subsisterent, si ratio ista captãdæ mor-
tis indistinctè procederet. idẽ Paris.
cons. 1. nu. 121. lib. 3. & quemadmo-
dum licitum est emere annuum red-
ditum ad vitam, ita etiam licere de-
bet pecunias super officio dare, nec
votum captandæ mortis considerari
debet, cum sit incertum, & in dubio
potius est præsumendũ bonum, quam
malũ exitum. l. merito. ff. pro Socio.
Vnde tale votum incertum, & simpli-
citer pręsumptum, in consideratio-
48 ne esse non debet, quia casum, ad-
uersamque fortunam spectari, neque
naturale, neque ciuile est. l. inter sti-
pulantẽ. §. sacrã. ff. de verb. oblig. ad-
not. in simili Guliel. in c. Raynutius,

de Testamen.in verb.duas habens filias, nu.201. & 203. vbi dicit, quod
49 præsumptio de voto captãdo, est de iure ciuili,quæ alio iure ciuili,vel cõ suetudine tolli potest. ibidẽ nu.195. vbi etiam ostendit,quod pactum de futura successione in pluribus casibus tenet, & quemadmodum Papa potest dare ius ad beneficia vacatu-
50 ra,vt in c. præposuisti,de cõcess. præben. & in c. ne captandæ, vbi Docto. eod.tit.in 6.ita potest permittere, vt tales fiant contractus.

Quarto non obstat, quod fructus ad rationem 12.pro centenario,taxari soleant, quia nullo iure cauetur,
51 quod certitudo lucri sit de genere prohibitorum, dummodo lucrum honestum sit. l.2. C.de rescin.vend. l.1. in fi. C.de sentẽtijs,quæ pro eo, quod interest.Saly.in l.si ea pactione. C.de Vsuris.Natta cõs.497.nu.12.Hinc videmus, quod valet emptio annui redditus ad vitam, ad rationem decem vel 12.pro cent.propter dubiũ euentum cum dans pecuniam citius mori posset, vt habetur per Bal. cons.154. instrumentum sic dicit lib.2. consil. 133.lib.3.& 292. quia ex facto,lib.5. Cuma. cons. 181. Roman. cons. 302. Ias. in l.1.nu.63. C. de summ. Trin. Natta cõs.498.nu.14.vbi dicit,quod
52 potest emi redditus annuus, qui singulis annis respondeat ad decem pro cent. propter vitæ incertitudinem, quæ ratio cessat, vbi contractus est transitorius ad hæredes. Couarr.lib. 3.variarum resolutionum.cap.9. nu. 7.relinquit in arbitrio iudicis,quando lucrum erit iustum;& cum officia Ro.Cu.soleant communiter fructare ad rationem 12. pro centenario, lucrum taxatum ad istam rationem,iustum erit, cum communis vsus prouinciæ attendendus sit. ibi Couarru. & ista opin. procedit etiam, si dans pecuniam ob eius longam vitã, multum vltra sortem perciperet. Anchara. cons.19. & ideo non obstant not. per Dec.in d.cons.123.quia loquitur contra prædictos Doctores, qui omnes loquuntur, quando lucrum erat taxatum,& tamen dicunt,quod contractus licitus reputatur,vt etiam habetur in summa Armil. in verbo . . nu.16. & in casu Decij multa concurrebant, quæ in hoc contractu minime concurrunt.Bal.in d. cons.133.in fin.tenet contrarium,quod imò contractus propter incertitudinem valet, & quod annuus redditus tam in pecunia,quam iure emi,& vendi potest l.iubemus.C.de Sacr.Sanct.Eccl. & clare idem Bal. in d.cons.292. dicit, quod valet venditio annui redditus ad vitã emptoris propter incertitudinem, & quod talis contractus est similis ementi fortunam, scilicet iactũ retis.l.si iactũ.ff.de actio.empt.

Vltimo non obstat,quod in tali cõ- 44
tractu apponi soleat,quod totũ damnum sit officialis,quia vt inferius dicetur, propter periculum vitæ, talis 45
etiam clausula tollerari potest.

SVMMARIVM.

1 *Contractus societatis super officijs, vt validus sit,plura concurrere debent.*
2 *Pius IV.bullam Pauli IV.super societatibus,quæ fiunt super officijs Rom. Cu. annullauit,ac reuocauit.*
3 *Societates super officijs debent fieri cum pactis licitis, & honestis.*
4 *Recipiens pecunias ad societatem super officio, officium habere debet.*
5 *Societas facta, vt dans pecuniam habeat 12. pro cent. ad vitam, si recipiens*

piens non habet officium, valida non est.

6 *Emens oues ab illo, qui in veritate illas non habebat, vt ab eo habeat de illis annuum censum, contractus nō tenet.*

7 *Emptio, & vēditio sine re non valet.*

8 *Dans pecuniam ex cōtractu ficto, lucrum consequi non debet.*

9 *Societas licita non est, si pecuniæ datæ non cedunt ad commodum officialis, sed alterius, qui officium non habet.*

10 *Contractus censetur factus in fraudē legis, quando alia tertia persona supponitur.*

11 *Intentio contrahentium spectāda est.*

12 *Origo contractus, non titulus inspicitur.*

13 *Veritas potius, quam scriptura inspici debet.*

14 *Instrumentum non indicatur ab eo, quod scriptum est, sed ab eo, quod inter partes actum est.*

15 *Pecunia ex se lucrosa non est.*

16 *Non licet dare pecuniam Titio, vt respondeat, quemadmodum respondet alia pecunia mercatori data.*

17 *Non licet dare pecuniam mutuo, sub nomine societatis.*

18 *Solum periculum vitæ non facit contractum illicitum, licitum esse.*

19 *Intentio licita facit contractū licitum.*

20 *Bona fides excusat, quamdiu durat.*

21 *Recognitio bonæ fidei ab eo, qui veras pecunias habuit, si sit in præsentia illius, qui pecunias dedit, ei nocet.*

22 *Nemo alteri inseruire cum damno suo tenetur.*

23 *Consuetudo à crimine, & à pœna excusat, etiam quod iniusta sit.*

24 *Consuetudo facit licitum esse, quod alias illicitum esset.*

25 *Consuetudo licet excuset à pœna, non tamen excusat apud Deum, nec à peccato.*

26 *Consuetudo, qua permitteret fœnerari, non valeret.*

27 *Papa non potest in vniuersali Vsuram permittere.*

28 *Non licet pecuniam ex pecunia cum damno proximi recipere.*

29 *Contractus licitus reputatur, quando inter bonos viros frequentatur.*

30 *Societas super officio emendo valet, & tenet.*

C A P. V.

SED vt talis contractus societa-
tis validus sit, plura in eo concur
1 rere debent. Nam Leo X. ac Paulus
IV. in eorum bullis super officijs Ro.
Cu. editis, inter alia statuerunt, ne in
dictis societatibus aliqua pacta, &
conuentiones illicitæ, & contra bo-
nos mores fierēt, & fieri non possent,
nisi coram eis, vel successoribus in si-
gnatura proponerētur, in quibus pa-
cta, & conuētiones partium in socie-
tate facta exprimerentur, & aliter,
quàm sic initæ non valerent, nec vi-
ribus subsisterent, earumque prætex-
tu nullatenus agi posset. Pius IV.
postea per quandam eius bullā Pauli
IV. bullā, cum omnibus in ea apposi-
2 tis clausulis reuocauit, irritauit, an-
nullauit, & cassauit, & pro irritis, an-
nullatis, & cassatis haberi voluit, il-
lāq; penitus viribus tempore futuro
euacuauit, & ordinauit, ac statuit,
quod officiales Ro. Cu. super eorū of-
ficijs societates quascunque, cum pa-
ctis tamen licitis, & honestis absque
3 eo, quod in signatura proponerētur,
vel super eis supplicationes expedi-
te foreno, facere possent, & vale-
rent, & sic factæ exequutioni de-
mandari

mandari a quocunq; iudici deberent.

Requiritur tamen imp. ex parte officialis pecunias recipientis, quod vere
4 aliquod officiũ habeat, super quo societas contrahi vult; nam si ille, qui recipit pecunias ad rationem 12. pro
5 cent. vel pro alia determinata sũma, etiam sub periculo mortis alicuius, officium non haberet, contractus societatis licitus non esset, nec societas valide contracta esset: quinimmo tales societates factæ absque officio, illicitę, & iniustæ forent, & essent, & vsurariam prauitatem continerent, nec eis exequutio danda esset, prout Paul. IV. in eius bulla ordinauit, & licet a Pio IV. talis bulla reuocata, & annullata fuerit, voluit tamen, & solum permisit, vt officiales societates super eorum officijs contrahere possent. Requirtur igitur ad essentiã huius societatis, vt adsit officiũ, super quo societas contrahi possit, & sit illius, qui pecuniam recipit, alias societas nõ valeret, vt habetur in sũma Armil. in verb. societas. nu. 27. vbi
6 dicit: si quis emit ab aliquo vaccam, vel oues, quas in veritate non habet, & eisdem venditoribus emens dat in soccitam sub certa pẽsione; si emens sciuit, quod illas nõ habebat, contractus non tenet, quod idem adnot. in verb. vsura, num. 18. vbi dicit, quod emens agrum, vel domum, quæ in veritate non extant, sed emit, ac si essent; & locat cum annuo censu, vsurai est, quia lucrum consequitur ex mutuo, & ficto contractu, quando em-
7 ptor scit. Et quemadmodum sine re, venditio non tenet, l. nec emptio. l. domum emi. ff. de contr. empt. l. cum hæreditatem. ff. de hæred. vel actio. vendi. Ita etiam societas super officio valere non potest, si non adsit officium, quia deficit materia, siue res substantialis ipsius cõtractus, vt adnot. Bal.
8 in l. 2. C. de contr. empt. Dãs enim pecuniam ex contractu simulato, & ficto, lucrum consequi non debet, Armil. in verb. vsura, nu. 18. facit, quod dicit Domin. Sot. de Iust. & Iur. lib. 6. q. 10. art. 1. in tract. de camb. Sico. & quod per Alex. præceptor meus Alciat. adnot. cons. 3. lib. 1. per totum. Et propterea semper dubitaui, an societas licita sit, quando ille, qui pecuniam dat habet notitiam, & scientiã,
9 quod pecuniæ datæ in societatem super aliquo officio, ad commodum officialis non cedunt, sed alterius, qui nullum habet officium, quia talis cõtractus tũc videtur factus in fraudẽ legis, & vsurariũ. Nam Titius, qui vult dare pecuniam ad lucrum Seio, qui cum illa accipere non posset, cũ non haberet officium, procurauit Gaium officialem supponere, qui tãtum nomen officij accommodaret, vt Titius ex sua pecunia lucrum consequi
10 valeret: talis enim contractus videtur factus in fraudem legis, quia alia persona supposita est, cum qua vere non contrahebatur, sed cum Seio, cũ quo talem societatem coire non poterat, l. si spõsus. §. circa. ff. de donat. inter vir. & vxor. Bal. cons. 399. lib. 5. nu. 2. Initium, & intentio contrahen-
11 tium spectanda est, c. si Sacerdotes. 16. q. 3. vbi glos. alleg. concordantes, & nihil valere potest, quod agitur, si simulate concipitur, Bal. cons. 400. nu. 6. lib. 5. & non titulus contractus,
12 sed origo inspicitur. l. qui id, quod. ff. de donatio. l. tutor. ff. de fideiussoribus. Nam societas cum officiali, qui nec pecuniam recepit, nec fructus ex officio soluit, non potest dici contra-
13 cta, cum tantum nudum nomen officij

ficij accommodauerit,cũ veritas potius, quam scriptura inspici debeat, l.1.C.plus vale.quod agit. & instru-
14 mentum non iudicatur ab eo, quod scriptũ est,sed ab eo,quod inter partes actum est,toto tit.C.plus valere. Abb.ad c.ad nostrã, de emp.& vend. l.multum interest.C.si quis alteri,vel sibi, vbi Bal. Veritas enim rerum per simulationem instrumentorum non vitiatur. Saly.in l.cum propria. C.si quis alteri,vel sibi. Nec etiam societas dici potest contracta cum eo, ad cuius commodum pecuniæ cesserunt, quia nullum habeat officium, super quo societas subsistere posset, merito ab eo fructus pecuniæ recipere li-
15 citè non potest, quia pecunia ex se non est lucrosa, c. eijciens. dist. 88. Bald.d.cons.133. vers.in contrarium faciunt,not.per Alex. cons.80. lib.3. nu.8.vbi dicit, quod pecunia non potest lucrari, sicut domus, vel equus, & quod pecunia pecuniam pariat, est contra naturam, vt late deducit Matth.de Afflict.in const.Regni Neapol.lib.1.rub.6.nu.3. Alciat.d.consil. 3.nu.8.

Corroboratur ex notatis per Archid. Innoc.& Ioan.Andr. in cap.fin.
16 de vsuris, vbi dicunt, quod non licet dare pecuniam Titio cum pacto, quod teneatur de lucro, & damno respondere, secundum,quod alij centum dati Petro Mercatori respondebant,& lucrabantur, pari modo non licet dare pecuniam Titio super officio Seij,vt respondeat,prout respondet Seius de dato officio,quia cũ non sit,nec possit esse societas cum Titio, pecuniæ videntur datæ per modum
17 mutui,sub nomine societatis, vt per Dec. d.cons.123. Alex.d.cons.80.lib. 3.col.1. Vnde si aliquid recepit a Titio vltra sortẽ,vsura est,dicẽte Christo: mutuũ date,nihil inde sperantes, & in sortem cõputari debet. Bal.cõs. 479.lib.1. Nec ex eo, quod ille, qui dat pecuniam, subeat periculum vi-
18 tæ, contractus licite reputari debet, quia hoc casu periculũ vitæ non excusat, ex quo se obligauit soluere fructus officij, quod non habet. Summa Siluestr.in verb.vsura,num.36.& Armil. 37. Si enim solum vitæ periculum faceret contractum licitum esse, quilibet pecunias dare posset ad honestum lucrum absque eo, quod officium alterius supponeret, quod mini me licet,vt habet in dictis locis: hæc tamen procederet, quando dans pecunias in societatem,sciret,quod pecuniæ non cederent ad commodum officialis, sed alterius,qui officiũ non habet. Secus si esset in bona fide,quia crederet pecunias datas ad officialis
19 commodum cedere, quia tunc intentio fuit licita, contractus quoque licitus erit.Armil.in verb.societas,nu. 27. vbi dicit, quod bona fides tunc excusat, quamdiu bonafides durat.
20 Et in verbo vsura,num.18.Vnde recognitio bonæfidei,quæ solet fieri incontinenti ab illo, qui vere pecunias habuit, cum officialis, cuius gratia, & intuitu societatem super eius officio contraxit, & officiale nil aliud in societate haberet, nisi nudum nomẽ officij, de quo sibi inseruiuit, &c.
21 Si est facta ad præsentiam dantis pecunias,non est ei vtilis, sed perniciosa, cum non possit postea ignorantiã prætendere, quod pecuniæ datæ non cedunt ad commodum officialis, sed alterius, cum quo societas contrahi non poterat. Hiero. Gabriel. consil. 63.nu.9.lib.2.

Sed quia tales contractus passim

fiunt,

fiunt, & admittũtur in Curia Romana, ea forte ratione, quia ille, qui dedit pecunias Titio super officio Seij, erat paratus ea dare super aliquo officio alicui officiali, ideo potest petere Titio suum interesse, hoc est, quod consecutus fuisset, si suam pecuniam officiali dedisset, cum non teneatur
22 seruire Titio cum damno suo, vt dicunt summistæ. Siluestr. in verbo societas, num. 15. Armil. nu. 23. & exactio fructuum, quando non tendit, vt extorqueatur vsura, sed vt damnum euitetur, permittitur, c. si non licet. 23. q. 1. l. naturalis. ff. de præscript. verb. Natta. conf. 490. in fin. maxime si Titius, qui habuit pecunias ex illis, aliquod officium emisset, quod tantundem ei ex fructibus redderet, & cũ talis contractus in Curia frequen
23 tetur, talis consuetudo a crimine, & a pœna excusat. Bart. in l. qui scit. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edic. Dec. conf. 175. col. penul. vbi dicit, quod consuetudo etiam iniusta, & inualida excusat a pœna. Rolan. a Vall. cõs. 75. lib. 1. nu. 41. cum sequen. Roman. & Ias. in l. si certi conditio. §. si nummos. ff. si cert. pet. vbi dicũt, quod cõ-
24 suetudo facit esse licitum, quod alias illicitum esset: per tex. in l. si pignore. §. fin. ff de pign. actio. vbi Bar. dicit, quod ne dum est in dolo, imò nec in aliqua culpa, qui facit illud, quod solitum est fieri, quamuis illicitum sit, Crauet. consil. 48. in fin. & conf. 145. in fin. Paril. conf. 13. col. 6. lib. 1. Tiraquel. de retract. conuent. num. 127. cum sequen.

b Sed aduertendum est, quod licet consuetudo excuset a pœna, non ta-
25 men excusat apud Deum, & a peccato, vt per Ias. in l. 3. §. iurari. col. pen. de iur. iuran. Aymo. consil. 9. col. 22. vers. præterea. Rolan. d. conf. 75. nu. 42. & per consuetudinem non potest
26 id, quod est illicitum, effici licitum. Vnde si consuetudo permitteret fœnerari, & contractus vsurarios exercere, non valeret. Abb. & Ant. in c. fi. de consuet. Bero. consil. 166. lib. 1.
27 Quinimmo Papa non potest vsuram permittere, quia permitteret contra præceptum Diuinũ. c. per litteras, de restit. spoliat. c. super eo. de Vsuris. Alex. conf. 53. nu. 8. lib. 6. & conf. 49. lib. 4. Rolan. a Valle consil. 55. lib. 2. num. 15. Soc. consil. 164. visa bulla. Matth. de Afflict. in constit. Neapol. rub. 6. nu. 26. lib. 1. Couarr. ibi. 4. resolutio. cap. 1. nu. 8. Specul. in tit. de legat. §. nunc breuiter. Ideo ẽt, quod talis contractus in Papæ notitiã transiuerit, non propterea videtur tutus, quia saltem teneatur restituere fructus habitos, vel saltem in sortem excomputare, quia contra prohibitio-
28 nem legis, & in damnũ proximi pecuniam, ex pecunia recepit. c. qui cõtra iur. mercatur. de reg. iur. in 6. c. peccatum. eod. tit. vbi Couarr. in 2. par. in princ. cap. cõsuluit. de vsuris, Alex conf. 93. lib. 6. vbi dicit, quod in foro contemptioso ad restitutionem condemnari potest. Nec obstat, dum dicebatur, quod ille erat paratus dare pecuniam officiali, quia ad hoc respondet Abb. in c. nauiganti, nu. 13. de Vsuris, quod quilibet posset fingere, & dicere, quòd volebat dare pecuniam officiali, & sub isto colore pecunias sub vsura mutuaret, remota tamen tali fraude secundum opin. multorũ talis contractus licitus reputatur. Dec. conf. 3. post nu. 4. Siluestr. in verbo vsura, nu. 23. & ex ista forsan ratione, & quia in Curia frequentatur etiã inter bonos viros, ideo vsus admi-

admisit, ac licitè iudicari potest, Cepol. consil. 13. penul. col. Oldrad. cons. 207. in fin. Ias. cons. 153. lib. 4. vers. 7. Facit Tiraq. post alios de retract. conuentiona. ad fin. num. 130. cum sequen. In hoc tamen, & in alijs dictis, & dicendis, semper me remitto ad Theologos, ac ad determinationes Eccl. in omnibus, & per omnia: & sic semper protestor. Valet tamē societas super officio emendo. vt in l. si fratres. §. si quis societatē. l. 30 actione. §. item si societatem. l. cum societas. ff. pro socio, vt inferius etiam in alio loco dicetur.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis non potest recipere pecunias super eius officio in societatem vltra valorem officij.*
2 *Paulus IV. ordinauit, vt non possit accipere in societatem super officijs, nisi vsque ad dimidiam valoris officij.*
3 *Pius IV. reuocauit bullam Pauli IV. & vsque ad integrum valorem officij societates fieri posse permisit.*
4 *Pœna illius, qui accipit pecuniam super eius officio vltra valorem officij.*
5 *Tempus factæ societatis, non tempus emptionis officij considerandum est circa valorem officij.*
6 *Officia tantum valent, quanti communiter vendi possunt.*
7 *Societas in eo, quod vltra valorem officij datur, non subsistit.*
8 *Officialis non potest recusare fructus soluere de pecunijs receptis vltra valorem officij.*
9 *Dolus non fit volenti, nec fraus scienti.*
10 *Culpa cum culpa, dolus cum dolo compensari debet, limit. nu. 14.*
11 *In pari causa turpitudinis, melior est conditio possidentis.*
12 *Fructus ex pecunia non possunt percipi contra legem in præiudicium proximi.*
13 *Vsuræ sunt probibitæ recipienti, non autem soluenti. nu. 16.*
15 *Culpa non potest alteri imputari, ex qua commodum sentit.*
17 *Peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum.*
18 *Fiscus est iniqui lucri acquisiti, iustus ablator.*
19 *Ignorantia causat bonam fidem.*
20 *Bonæfidei poss. iustè fructus percipit.*
21 *Scientia si perueniret, fructus illegitimè perciperentur.*
22 *Ignorantia supina, & crassa non prodest.*

C A P. VI.

Requiritur & secundo, quod officialis super officio pecunias
1 in societate, vltra valorem officij, nō accipiat; adeo quod si officium valet mille, nec in vna vice, nec in pluribus in societatē vltra mille accipere debet, nec potest, prout habetur in bulla Pij IV. facta super societati-
2 bus officiorum Ro. Cu. & licet Paul. IV. in eius bulla prius ordinauerat societates vltra dimidiā valoris officii, seu officiorū, minime fieri posse.
3 Tamen Pius IV. illā reuocauit, ac vsque ad valorem officii, & non vltra societates fieri permisit; & officialis tenetur ad requisitionem secū societatem cōtrahentis in ipso contractu, specialiter alias societates cōtractæ, si quæ sint super eius officio, exprimere, & si eas falso negauerit, vel nō
4 expresserit in totū, vel in partē pœnā priuationis officii, super quo societas facta est, sine tamen præiud. creditorum, quatenus aliunde illis satis fieri

fieri non possit, ipso iure incurrat, &
ipse, & eius fideiussores teneantur
satisfacere illis, qui eorum pecunias
super eius officio præstiterunt.

Et hic dubitari posset ad conside-
randum valorem officij, an debeat
inspici pecunia soluta in emptione
officij, vel ad verum valorem, cum
sæpe ex qualitate ipsorum, valor of-
ficiorum varietur, & ad verum valo-
5 rem, scilicet quantũ valebat tẽpore
cõtractus societatis, inspiciendũ fore
crederem per ea, quæ not. Barthol.
6 Veron. in tract. de simula. contract.
n.44. officia enim tantũ valent, quan
tum communiter vendi possunt, non
quantum empta fuere, l. pretia rerũ.
ff. ad l. falc. nec valet tantum emptũ:
igitur modo tantumdem valet. Alex.
cons. 72. nu. 14. lib. 1.

Qui igitur sciret, aut aliquo modo
notitiam haberet, officialem super
7 eius officio pecunias in societate ha-
bere, & alias super eodem officio vl-
tra eius valorem in vna vice, vel in
pluribus dare, in eo, quod excederet
societas contracta non esset, & fru-
ctus de pecunijs vltra valorẽ datis,
illicite perciperet; & percepti in sor-
tem imputari deberent, & officialis
pecunias vltra valorem officij acce-
ptas, succedẽte morte naturali illius,
sub cuius periculo vitæ datæ erant,
minime lucrari posset.

8 Sed officialis forte non posset recu
sare fructus soluere, postquam scien-
ter pecunias vltra valorẽ officij ac-
9 cepit. Dolus enim nõ fit volenti, nec
fraus scienti. l. nemo videtur frauda-
re. ff. de reg. iur. l. cum donationis. de
10 Transact. c. scienti, de reg. iur. in 6.
& culpa cum culpa, & dolus cum do
lo compẽsari debet. Ias. in l. arenam.
C. de inoff. Testam. Alex. & Ias. in l.
viro, atque vxore. ff. solut. matr. cap.
impari, vbi Dy. de reg. iur. in 6. & si
fructus soluti fuerunt, repetere non
11 posset; cum in pari causa turpitudi-
nis, melior sit conditio possidentis,
l. in pari, de reg. iur. l. 3. & 4. ff. de cõd.
ob turp. caus. ideo talis exceptio po
terit solum ab hærede, & fideiusso-
ribus officialis, qui non fuerunt, in
aliqua culpa, opponi. Verum, quia
societas vltra valorem officij coita
non est, officialis posset recusare
12 fructus soluere illi, qui in præiudi-
cio animæ suæ, & contra legem per-
ciperent, cum iactura, & læsione
proximi. c. qui cõtra iura mereatur,
de reg. iur. l. quemadmodum. C. de
agric. & censi. lib. 10. l. in hoc natu-
13 ra. ff. de cond. indeb. vsuræ enim
sunt prohibitæ recipienti, non autem
soluẽti, c. super eo; vbi Doct. de vsur.
14 Corn. consil. 166. num. 8. lib. 4. & cul-
pa cum culpa non cõpensatur, quan-
do vna est maior altera, quia tunc
maior attenditur, & de magis leui
non habetur consideratio. l. 1. §. la-
ta. ff. si mens. fals. mo. dix. l. si ser-
uum. §. sequitur, de verb. oblig. l. cum
par delictum. ff. de reg. iur. Cor. cons.
157. num. 2. lib. 2. sed maior culpa
est in recipiente fructus ex pecunijs;
quam in soluẽte; igitur non potest al-
15 teri culpam imputare, ex qua com-
modum percipit. l. cum in fundo. §.
mulier. ff. de iu. do. Si vero officialis
pecunias vltra valorẽ officij ex cau-
sa illicita pro luxuria, ludo, gula, &
16 huiusmodi perciperet, & dans illas
sciret, ambo mortaliter peccarent,
vt per Abb. in d. cap. super eo. Silue-
stri. in verbo vsura. 7. & licet in pari
causa turpitudinis potiorem esse pos
sidentem, tamen fructus illegitime
dati, & percepti restitui debent, quia
contra-

contractus prohibitus est, & pecca-
17 tum nõ remittitur, nisi illicite abla-
tum restituatur, c. 1. 14. q. 6. c. peccatum. vbi late Couarr. de reg iur. in 6. vel Fiscus acquireret, qui est ini-
18 qui lucri acquisiti iustus ablator, l. Lucius. ff. de iur. Fisc. Cy. in l. 2. C. de cond. ob turp. causam, immo etiam officialis officium amitteret, vt habetur in bulla Pij IV. absque tamen praeiud. illius, qui pecunias vltra valorem officij ignoranter dedit, quia ignorantia illũ etiam a perceptione
19 fructuum excusaret, cum ex ignorantia resultet bona fides. l. cum hæres. ff de diuer. temp. præscript. l. sed
20 & si lege. §. scitur. ff. de pec. hæred. l. fin. ff. pro suo. & bonæ fidei possessor facit fructus suos. l. qui scit. §. 1. ff. de vsu. l. bona fides tantum. ff. de reg. iur. & sufficit, quod dolo careat. Alciat. in l. bonæ fidei emptor. ff. de verb. signif. nisi tamen ignorantia es-
21 set crassa, supina, & affectata, tunc non prodesset. c. vt animarum, de constitut. plene Tiraquel. de retract. lignag. §. 35. glo. 4. num. 38. vel nisi
22 post ignorantiam scientia superueniret, quod pecuniæ datæ excedebant valorem officij, tunc crederem fructus non posse amplius post scientiam licite percipere. arg. l. qui bona fide. §. tam diu. ff. de acq. re. do. Doct. in c. fin. de præscript. est Tex. in cap. si virgo. 34. q. 2. & verum sciuerit, vel ignorauerit, iudex id arbitrari debet, inspecta qualitate personæ, & circunstãtijs negotij, vt Abb. dicit in c. 2. de cõst. circa fi. debet autẽ ille, qui pecunias in societate præstat, officialẽ interrogare, an alias pecunias in societate super eodẽ officio habet, si negatiue respõderet, excusandus est. gl. & Doct. in l. Iul. ff. ad senat. cons. Maced.

SVMMARIVM.

1 *Societas super officijs, vt valeat vere, officiali pecuniæ super eius officio dari debent.*
2 *Lucrum ex officio commune esse debet proportionaliter, vt societas valida sit.*
3 *Alia res pecuniarum loco in societatem super officijs dari potest.*
4 *Omnia sunt licita, si non reperiantur prohibita.*
5 *Res si detur æstimata, talis æstimatio facit emptionem.*
6 *Res succedit loco pretij, sed contra, num. 11.*
7 *Debitum ex vna causa in aliam conuerti potest.*
8 *Pecunia emitur officia, quæ ad istum effectum reperta fuit.*
9 *Res non succedit loco pretij.*
10 *Vsus permisit fieri societates super officijs, cum pecunia igitur in alia re censetur prohibita.*
11 *Pecunia si solutioni parata non sit, contractus emptionis non potest conuerti in contractum societatis.*
12 *In societate super officijs, non solũ requiritur consensus, sed etiã pecunia.*
13 *Nuda conuentione non potest fieri conuersio, nisi pecunia sit solutioni parata.*
14 *Conuersio de vno contractu in alium quando fieri possit.*
15 *Nouatio non inducitur, nisi expresse facta sit.*

C A P. V I I.

1 Tertio requiritur, quod vere pecuniæ dentur illi, qui vere officium habet, & officialis vere ex officio fructus percipiat, & lucrum ex offi-

officio saltem proportionabiliter cõmune sit, & tunc contractus licitus
2 erit. l. si non fuerit. ff. pro socio. Bald. consil. 396. lib. 5. nu 1.
3 Sed, quid si nõ pecuniæ, sed alia res loco pecuniarum super officio ad societatem data sit. Hieron. Gabriel. consil. 80. respondit, societatem valere, quando aliqua res loco pecuniæ data est, quia omnia sunt licita, quæ
4 non reperiuntur prohibita. l. nec nõ. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio. l. ab ea parte, de probatio. maxime si res
5 daretur æstimata, quia talis æstimatio facit emptionem. l. quoties. C. de iur. delib. & sic pretium esset datum in societate, non autem res, d. l. quo-
6 ties. Saly. in. l. si pro mutua. C. si cert. pet. res enim succederet loco pretij, vt per Specul. in tit. de Vsuris, vers. pone vsurarius, &c. & debitum ex
7 vna causa in aliam conuerti potest. l. si ex pretio. C. si cert. pet. Docto. in l. singularia. ff. si cert. pet. Cuma. consil. 160. Ias. consil. 86. lib. 1. Corn. consil. 241. lib. 3. in fi. Natta cons. 316. nu. 2. Bal. cons. 127. in fin. lib. 2.

Sed in contrarium dici potest, quod istæ societates permissæ fuerũt,
8 vt ille, qui volebat emere officium, si non habet pretium, partem super officio emendo accipere posset, & officia solum cum pecunia emuntur, quæ ad hunc effectum introducta fuit, vt in l. 1. ff. de contr. empt. vnde non videtur, quod alia res super officio da-
9 ri possit, cum res non succedat loco pretij d. l. 1. & in l. si ita fideiussorem. ff. de fideiussor. Bald. in l. mater. n. 15.
10 C. de rei vendic. & cum vsus permiserit societates in pecunia. Fab. Auorantio in sua decis. anno 1555. in alia re cẽsetur prohibita. l. cum maritus. ff. de procuratoribus, maxime quia sumus in materia prohibitoria, & suspecta de prauitate vsuræ, ideo salubrius censeo, tenendum esse, hanc societatem fieri non posse, nisi data pecunia, cum sola pecunia, non autem alia res sit inuenta propter commercium, & ea sola cæteræ res æstimantur, ac emuntur, vt habetur in d. l. 1. ff. de contr. empt. Saly. in l. Mater.
11 C. de rei vendicat. nu. 21. Nec obstat, quod æstimatio faciat emptionem, quia si pecunia solutioni parata non est, contractus emptionis non potest conuerti in contractu societatis, vt per Docto. in d. l. singularia. per tex. in l. qui negocia. ff. mandati. vbi communiter dicunt Docto. quod vnus contractus non potest in alium conuerti in quo pecunia sit necessaria, nisi illa sit solutioni parata, & licet societas solo consensu contrahitur, Instit. de actio. ex consen. in princip. l. 2. de actio. & obligat. in princip. ta-
12 men in hac specie societatis etiam res, scilicet pecunia requiritur. l. 4. in princip. ff. pro socio. Nec obstat tex. in d. l. si ex pretio, quia ibi debitum potest conuerti in mutuum ciuile, in quo non requiritur rei interuentus, secus in mutuo naturali, in quo requiritur pecunia, tunc nuda con-
13 uentione non potest fieri conuersio, nisi pecunia sit solutioni parata, dicit Paul. Castren. in d. l. singularia, in fine. Et licet in aliquibus contractibus possit fieri conuersio etiam quod pecunia parata solutioni non
14 vt id procedit, vbi non requiritur pecunia, siue præsentia rei, sed vbi pecunia requiritur, vt in hac societate, tunc pecunia debet esse solutioni parata, vt conuersio fieri possit. Corn. d. consil. 241. col. fin. vbi præsupponit, quod in 1. contractu emptionis

ptionis pecunia interuenerit. Cuma. & Fulg. loquuntur in casu d. legis, ex pretio scilicet in deposito ciuili, vbi non requiritur pecunia, & vbi est fa-
35 cta nouatio, vt dicit glos. in d. l. ex pretio, quæ non inducitur, nisi expresse facta sit. l. 1. & fin. ff de nouatio. Vt cesset igitur omnis fraus, talis societas debet fieri mediante pecunia, non in alia re, ne dicatur fecisse, vt vulgariter dici solet, vn stocco, quod omni iure illicitum est.

SVMMARIVM.

1 *Societas super officijs, vt licita sit, debet fieri ad vitam dantis pecuniam, & si fieret cum conditione, vt ad hæredes transiret, non valeret.*
2 *Periculum vitæ facit contractum societatis licitum.*
3 *Societas non debet fieri super vita alterius, quam ipsius dantis pecuniam.*
4 *Senex præsumitur citius mori, quam iuuenis.*
5 *Pater præsumitur prius decessisse, quã filius.*
6 *Contractus ex intentione illicitus reputatur.*
7 *Actus iudicatur ex principali intentione.*
8 *Societates etiam super vita alterius, quam dantis pecuniam, fieri possunt.*
9 *Mors est communis omnibus.*
10 *Nominatio debet fieri infra annum.*
11 *Incertitudo vitiat contractum.*
12 *Appellatio incerta nisi infra decem dies declaretur, non valet.*
13 *Nominatio est de substantia, quando societas est facta super vita personæ, nominando.*
14 *Clausula, quod moriente persona nominata, & interim ipso N. cuius sit effectus.*
15 *Notarius potest apponere in instrumento clausulas solitas.*
16 *Clausulæ, quæ solent de stilo Curiæ poni, debent subintelligi, si non fuerint expressæ.*
17 *Clausulæ, quæ respiciunt substantiam actus, seu obligationem, a notario addi non possunt.*
18 *Notarius, postquam instrumentum est confectum, & copia data parti, non potest aliquid addere, nec etiam clausulas solitas.*
19 *Contrahentes possunt contrahere, etiã sub alia forma, quam consueta.*
20 *Clausulæ, quæ ponuntur de consuetudine Notariorum, pro non appositis habentur.*
21 *Contrahentes debent intelligere clausulas appositas in contractu, & Notarius eas declarare tenetur.*
22 *Ratificatio ex perceptione fructuum inducitur.*
23 *Ratificatio ex falsa causa non præiudicat, nec ad ignorata se extendit.*
24 *Fructuum repetitio datur ex capite nominationis non sequutæ.*
25 *Societas, tacitè quando inducta censeatur.*
26 *Contractus sub conditione celebratus, ruit conditione non adimpleta.*
27 *Nominatio si facta non fuerit infra tempus appositum, societas non dicitur contracta.*
28 *Promissio ad tempus, post tempus censetur denegata.*
29 *Societas facta sub vitæ periculo alicuius nominandi, ante nominationẽ societas non dicitur contracta, & nu.*
30 *Societas censetur contracta cum illo, qui pecunias dedit ante nominationẽ.*
31 *Contractus factus nomine alterius, si ille ratum non habet, valet ad commodum contrahentis.*
32 *Nominatus nullam habet actionem,*

nec ad fructus, nec ad sortem.

33 *Societas non est contracta cum non nominato.*

34 *Societas dissoluitur per mortem illius, qui pecunias dedit.*

35 *Hæredes quando sortem repetere possunt.*

36 *Officialis post mortem illius, qui pecunias dedit, non tenetur soluere fructus societas.*

37 *Fructus soluti, soluta societate, in sortem comparantur.*

38 *Montium loca empta a Titio sub nomine Sempronij, remanent Titij.*

CAP. VIII.

QVARTO requiritur, vt contractus validus, ac licitus sit,
1 quod ille, qui dat pecuniam, periculũ eius vitæ subeat, vt eo decedente morte naturali, officialis pecunias receptas superlucretur, & si talis contractus fieret cũ conditione, quod ad hæredes transiret, vel vt per mortem pecunias restitueret, contractus illicitus, ac vsurarius esset; periculum enim vitę quod subiit illi, qui dat pe-
2 cunias, facit contractum licitum. Ro. cons. 102. nu. 3. Oldra. cons. 209. Paul. Castr. cons. 289. præsens dubium. nu. 4. lib. 1. & sup. dictum fuit.

Sed an dans pecunias possit, non super vita ipsius, sed alterius, vt puta
3 filii, vxoris, vel etiam extranei, pecunias officiali in societatem dare; & forte videbatur dicen. quod non; quia videtur vitam alterius eligisse, qui forte erat iunior, & robustior, & ideo sperabat magis viuere, cum se-
4 nex citius præsumitur mori, quam iuuenis; alias videretur turbari ordo naturæ. l. nam & si parentibus. ff. de inoff. Testam. l. his, qui ex causa, in fi. ff. de fideicommiss. liber. Alcia. lib. 1.
5 presumpt. 43. præsumpt. vnde pater prius præsumitur decessisse, quam filius. l. qui duos. §. cum in bello. ff. de reb. dub. l. cum puberem. ff. eod. Paul. Castr. in cons. 101. ad 1. quæsitum videtur respondendum. lib. 2. & sic sal-
6 tem ex intentione contractus illicitus reputari debet. Paul. Castr. consil. 289. præsens dubium. nu. 4. lib. 1. cum
7 actus iudicetur ex principali intentione. l. si quis nec causam. vbi Bal. & omnes. ff. si cert. pet. l. rogasti. eod. tit. Tiraq. plene de retract. ligna. §. 30. glos. 1. nu. 4. Docto. in l. si pater puellæ. C. de inoff. Testam.

Tamen passim in Curia contrarium seruatur, quod tales societates
8 etiam contrahuntur super vita nominandi ab illo, qui pecunias in socie-
9 tatem dat; & ratio est, quia mors est communis omnibus, iux. illud Horatij. Pallida mors æquo pulsat pede, pauperum tabernas, Regumque turres. Ita. n. moriuntur impuberes iuuenes, sicut senes, mulieres, sicut masculi, & multoties prius impubes, quam pubes, propter debilem ætatem. d. l. qui duos. §. fin. l. si mulier. ff. de reb. dubijs. l. inter. ff. de pact. dotal. Bal. consil. 145. lib. 5. & cons. 155. lib. 4. punctus super quo. Et ratione istius incertitudinis, admittitur talis nominatio, quæ facta, contractus tenet, ac licitus reputatur propter periculum
10 vitę nominati. Nominatio tamen fieri debet infra annum. iux. not. per Bald. in cons. 150. lib. 1.

Sed an ante nominationem, si societas erat contracta super periculo alicuius personę nominandę, societas cõtracta dicatur, vt officialis fructus soluere teneatur, & dicendũ est, quod non, quia si persona non est nominata,

grinata, ille, qui dat pecunias, perdere non posset, nec est igitur licitũ, vt fructus percipiat. Et si diceretur, quod illo interim, scilicet, ante factã nominationẽ, societas censetur contracta cum illo, qui pecunias dedit, adeoque si decederet ante nominationem, officialis pecunias superlucraretur, per ea, quę adnot. Bar. in l. fundum mihi cum venderes. ff. actio. empt. l. si quis vsumfructum. ff. de vsufr. lega. Alex. conf. 232. col. 1. lib. 6. Bal. in l. 1. C. quando non petens partes. & in l. multum. C. si quis alteri, vel sibi. Saly. in l. si patruus. nu. 3. C. commu. vtr. iud. Tab. de Mont. in tracta. de empt. & vend. par. 3. q. 12. nu. 19. vbi dicit, quod si nomine alterius, & ille ratum non habet, acquiritur mihi contrahenti, cum omnibusque conditionibus, & qualitatibus, quæ cohęrent, si personę nominatę quęsitum esset; ita etiam dicẽt, est in proposito ex quo ille, qui dedit pecunias, non nominauit, censetur sub periculo eius vitæ pecunias dedisse, vt societas substineatur. l. fundus ille. ff. de contr. empt. l. secundum responsum. vbi Bal. & Ang. C. de contra. & commit. stipul. Dec. conf. 543. nu. 3. Ias. in 1. ita stipulatus nu. 6. ff. de verb. oblig. Tamen contrarium dicent esse, censeo, quod societas non sit contracta, adeo quod ille, qui pecunias dedit, fructus societatis ante nominationem percipere non possit,
11 postquam per eum stetit, in non nominando personam, super cuius vitæ periculo pecuniæ starent, & incertitudo vitiat contractum. l. Triticum. ff. de verb. oblig. l. stipulationum quædam, cum l. sequen. vbi autem non apparet. ff. eod. tit. l. cum duo, & ibi glos. magistra. ff. de in diem adiectio. Bart. in l. quidam. ff. de reb. dub. plene per Hippo.
12 in rub. de probatio. num. 354. cum sequen. Vnde si quis appellat ad plures iudices, vel alternatiue, app. est nulla tanquam incerta, nisi infra decem dies declaret, Hippo. ibi nu. 401. & quemadmodum venditio ratione incertitudinis vitiatur l. cum post. §. genere. ff. de iur. dot. l. si merces, in princip. ff. locati, Instit. de empt. & vend. §. pretium. Corn. conf. 79. nu. 10. lib. 3. ita etiam talis societas non facta esset nomin. tanquam incertą substinere non potest, cum
13 nominatio fit de substantia, vt persona sit certa, super cuius vitæ periculo pecuniæ datæ sint. Bal. d. conf. 150. Vnde donec non fuerit facta nominatio, societas remanet suspensa. arg d. l. si merces. prout alius contract. conditionalis. Corn. conf. 110. lib. 3. num. 2. max. quia stetit per eũ; igitur fructus petere non potest. facit tex. in l. pecuniam. C. de condit. ob causam. Corn. d. conf. 110. nu. 5.

Vnde ad tollendum omnem difficultatem, bona est illa clausula, quæ in contractu apponi solet, quod moriente persona nominanda, & inte-
14 rim ipse N. qui pecunias dedit, morte naturali, officialis pecunias datas superlucretur ratione, & isto casu societas tenet, quia pecunię datę ante nominationem stant sub periculo ipsius dantis vitæ, & post nominationem sub periculo vitæ nominati, adeo, quod si ipse nominatus, durante societate morte naturali decederet, officialis pecunias in societatem super eius officio receptas superlucraretur.

Sed alias interrogatus fui, quid si talis clausula à notario omissa fo-

ret, vel in instrumento non reperitur descripta, & officialis soluit fructus per aliquod tẽpus, absque eo, quod nominatio facta fuerit, sub cuius vitæ periculo pecuniæ starent, an Notarius possit postea illam clausulam apponere, vt societas iam contracta substineatur, & fructus soluti licite recepti fuerint, & videtur posse, cum de stylo, & consuetudine tam ipsius Notarij, quam aliorum, semper talis clausula apponi soleat, & Notarius
15 semper censetur rogatus de clausulis solitis, & consuetis; & propterea potest illam etiam post de nouo apponere, & addere, vt plene habetur per Ias. in l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cert. petat. & in l. vt liberis. C. de collation. & per Fely. in c. ex litteris, nu. 12. de fide instrumen. & in varijs alijs locis citatis à Tiraq. in suo tractatu de constit. in 3. parte in 31. limitat. num. 7. cum seq. & per Anton. Gabriel. lib. Commu. opin. de consuet. concl. 3. Et tenentes hanc sententiam, Notarium posse addere, & apponere clausulas solitas, & consuetas omnes fere præcipue mouentur.

Primo ex auctoritate Bald. in l. fi. C. de fideiusso. qui ex illo textu colligit, quod illud, quod quotidie solet apponi in instrumento, debet haberi
16 pro apposito, & Notarius simpliciter intelligitur rogatus cum clausulis consuetis: sed istud Bald. minime ex illo textu probatur, sed potius contrarium ibi nu. dicitur, quod ex electione vnius rei creditor non praeiudicatur, quin possit etiam aduersus alium agere, & ratio allegatur, quia si id per pactum fieri potest, & solet quotidie fieri, ne simplicitas suscipientium contractus posset, creditori præiudicare, lex statuit id, quod per pactum fieri solet, vt auctoritate legis, creditor posset etiam agere contra alium, si. n. nominatus potuisset, illud pactum, quod in quotidiano vsu erat, apponere, simplicitas eius creditori nocere non potuisset, quia semper illud pactum apponi potuisset, & auctoritas legis necessaria non fuisset, sed quia illud pactum omissum a Notario addere postea non poterat; igitur ad succurrendum creditoribus, lex statuit illud, quod per pactum in quotidiano vsu erat, semper locum haberet, & postea iuueni, quod idem considerauit, Soc. in l. Gallus. §. idem credendum, in fi. ff. de liber. & posth. Nec est bona saluatio Socini, quod illa determinatio potest trahi ad alios casus, quia hoc esset verum à persona habente auctoritatem, & sic a legislatore, vel a iud. qui potest procedere de similibus ad similia, secus a Notario, qui nullam habet auctoritatem: hoc etiam probatur in l. licet. C. locati: vbi periculum sterilitatis spectat ad locatorem, nisi actum esset, vt spectaret ad conductorem, secundum morem regionis; sed si nominatus posset addere clausulas consuetas, vtique semper periculum sterilitatis ad conductorem, etiam quod actum non esset spectaret, cum Notarius censeatur rogatus de clausulis solitis, tamen contrarium ibi deciditur.

Bal. etiam in l. huiusmodi, in prin. ff. de legat. 1. solum dicit Notarium debere aptare instrumentum, de quo rogatur secundum formam consuetam, & sic loquitur dum instrumentum est in fieri, & in l. de consuetudine. ff. de legibus. & in l. si quis sub

condit.

condit. ff. de condit. & instit. solum remittit se ad not. in d. l. fin. & in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edilitio edic. solum dicit notarium debere apponere in instrumēto ea, quæ sunt de more, & consuetudine, & ita in l. 1. ad fi. solut. matr. quod intelligendū est, quando notarius conficit instrumenta, vel suam abbreuiaturam extendit, vt dicit idem Bal. in rubrica C. de fide instrum. nu. 22. & in l. contractus. eod. tit. secus vero postquam instrumentum extendit, tunc Bal. in rub. C. de his, quæ in fraudem cred. dicit notarium non posse clausulas etiam solitas addere, nec apponere.

Secundo mouentur ex doctr. Bart. in l. si prius. §. placuit. ff. de aqua plu. arcen. vbi ait, quod notarius conficiens instrumentum, debet omnia ponere, quæ ex cōsuetudine veniunt. vt dixit in l. ex ea parte, de verb. obl. vbi dicit, quod vendens tenetur facere instrumentum secundū ciuitatis consuetudinem. & sic Bar. si recte intueatur, in omnibus locis videtur potius loqui, quando instrumentum est in fieri, non postquam confectum est, vt habetur in l. de die. ff. qui sat. dar. cog. num. 5. & in l. fin. ff. quæ in frau. cred.

Tertio mouētur ex not. per Canon. in c. cum M. de constit. vbi ferè communiter dicunt, quod clausulæ, quæ solent de stylo Curiæ apponi, debent subintelligi si non fuerint expresse quod Barba. in c. 2. col. 2. de preca. declarat, non procedere in instrumētis, quæ non sunt in fieri, vt habetur in addit. Abb. in d. c. cum M. vel dicta per Canon. procedunt, quando clausulę consuetæ concernunt solemnitatem, siue exequutionem, vel clariorem intelligentiā, tunc illæ a notairo addi possunt, secus si clausulæ concernunt substantiam actus, seu obligationem, illę si expresse a partibus non fuerint, a notario addi, nec poni possunt, licet consueta sint. Fely. in c. ex litteris, n. 15. de fide instrumentorū, vbi ita declarat omnes decisiones, quę volunt notarium posse addere clausulas consuetas, & solitas. Bal. in l. cum fundus. in §. in commissariam. ff. de leg. commiss. vbi dicit quod ea, quæ sunt solita apponi in contractu, non possunt apponi, si respiciunt obligationem per glos. ibi positam.

Et propterea in hac quęstione mihi placet opin. illorum, qui dicunt,
17 quod dum contract. est in fieri, vel donec per notarium non fuerit extēsum in breuiatura, & in ipsa extensione, posse notarium apponere clausulas solitas, & cōsuetas, quia pręsumitur, quod de illis tempore stipulationis contractus, mentio facta fuerit, secus ex interuallo, & postquam fuit extensum, vt dicit Bal. in rub. C. de reuoc. his, quę in fraud. cred. Barban. in c. quoad translationem. col. 6. de officio deleg. & in d. c. cum M. & in d. c. 2. de preca. & cons. 9. lib. 4. col. fin. Matth. de afflict. in const. Neapol. rub. 73. lib. 2. n. 17. Alex. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthum. Paris. cons. 45. nu. 43. lib. 1. Hippo. sing. 123. lib. 3. firmat etiam Sarnen. decis. 87. maxime si copia parti data foret. Bal. in §. ex litteris. nu. 8. de fid. instr. vt per Soc. cōs. 227. nu. 6. lib. 2. vel in iudicio productus fuerit. Paul. Castr. cons. 415. nu. 3. lib. 2. viso examinato; & ideo non obstat, quod dicit Alex. in cons. 105. lib. 2. in fine, quia ipse consuluit, notariū

posse extendere clausulas solitas, & consuetas, licet non sint in abbreuiatura, non autem post extensionem factam; Ripa cons. 102. nu. 8. lib. 1. quia si in 1. extensione hanc clausulam nō apposuit, videtur illam omisisse, quia partes noluerunt eam adesse, sed voluerunt; vt persona nominaretur, sub cuius periculo pecuniæ starent, & tunc contracta esset societas, & non prius, cum contrahentes possint etiā contrahere sub alia forma, quam cōsueta. iux. not. per Angel. in l. licet. C. locati. & licet Ias. cum reprobat in d. §. si nummos. n. 16. tamen cum sequitur, dum inquit, quod quando cōtractus reperitur celebratus sub alia forma, stabitur litteræ, & non supplebitur a consuetudine, quia in claris nō est opus coniecturis, nec in nominato præsumitur error, sed potius talē clausulam non apposuisse, prout in aliis instrumentis, quia ita partes voluerunt, & Notarius licet incontinenti possit corrigere errorem suum, secus ex interuallo in iis, quæ pertinent ad partes circa substantiam cōtract. plene declarat Fely. in d. c. ex litteris. nu. 2. Soc. Iun. cons 150. lib. 3. nu. 6.

Et hæc maxime procederent, si vera esset illa sententia, quod clausulæ,
19 quæ apponuntur de consuetudine Notariorum pro nō appositis, vt per Bar. & Bal. in l. fi. in 6. q. ff. de iur. codi. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. & an hoc verum sit nō intendo modo firmare. Sed si con-
20 trahentes clausulas appositas in contractu intelligere debent, alias nihil operentur; vt per Bar. in l. fin. §. idem quęsit. ff. de cōdit. indeb. & per Alex. cons. 42. super præmisso. lib. 1. quomodo possunt apponi si stipulatæ tēpore contractus non sint, & si clausulæ consuetæ non sint notæ partibus, non censentur cōsentire; vt Notarius eas apponat, vt dicit Purpur. in l. 1. C. de summa Trin. col. 15. Ant. Gabriel. in d. conclus. 3. nu. 38. Nemo. n. cogitare potest de eo, quod ignorat. l. mater, de inoff. testa. & notat. in l. Clodius Clodianus. ff. de acqui. hæred. Aret. cons. 11. nu. 6. Posset tamen per testes probari talem clausulam tempore confectionis contractus spe culatam fuisse. Ruy. cons. 164. num. 1. lib. 1. cum quilibet actus, & rei veritas ita per testes, sicut per instrumentum probari possit. l. in exercendis. C. de fide instrum.

Nec ex eo, quod forsan creditor ab officiali fructus percepit, societas saltem tacite, sub periculo vitæ creditoris, facta, nec ratificata censetur, & si per perceptionem fructuum ra-
21 tificatio tacite inducatur, vt in l. Paulus respondit. ff. ré rat. hab. Alex. consil. 117. viso processu. lib. 5. Dec. cons. 232. nu. 5. & societas etiā tacite contrahitur. Ruy. cons. 92. in princip. lib. 1. quoniam fructus ab officiali soluti fuerunt, quia forte credidit nominationem factam fuisse; & ratificatio facta ex falsa causa, & ab ignorāte non præiudicat, nec se extēdit ad ignorata. l. mater. C. de vendic. Ias. in l. nec his. §. hæres. nu. 9. ff. de acqui. hęred. Vt enim societas, & ratificatio
22 inducta censeretur, necesse fuisset officialem habuisse scientiam, nominationem non fuisse factam, nec talem clausulam in instrumento appositā, & nihilominus fructus soluisset, vt plene per Paris. cons. 47. lib. 1. nu. 98. cum seq. Sed officialis verisimiliter credere potuit, fuisse factam nominationem: igitur ei datur fructuū
23 repetitio ex capite nominationis nō sequutæ,

sequutæ. l. cum à te. C. de pactis inter empt. & vendit. notat Bar. & omnes in l. fin. de condi. caus. dat. Grat. cons. 77. nu. 15. lib. 1. & quod ex indebita causa solutum est, repeti po-
24 test. Roma. consil. 238. Nec societas potest dici tacite contracta, quia non contrahitur sola re, sed consensu perficitur, vt probatur in l. si margarita. ff. pro socio. ibi, si animo contrahendi societatem, id actũ sit, not. Ias. consil. 33. lib. 3. col. 2. Ruyn. d. consil. 92. in fine. Verum consensus in officiali non adfuit, vt pecuniæ sub periculo vitæ creditoris starent, quia ad actum non fuit, & consensus ad ignorata extendi non potest, & imputet sibi creditor, ex quo non nominauit, & ex sua culpa in omittendo nominationem, lucrum consequi non potuit, cum forte ob aliquam fraudolentem cautelam nominare omiserit, & fraus ei patrocinari non debet. l. nec extra dolo. ff. de dolo. C. sedes c. seq. extr. de rescript. & qui non facit, quod debet, præsumitur in dolo esse, l. dolo. ff. mandati.

Aliquando etiam dici solet, quod pecuniæ stent risico vitæ, & personæ, ab A. creditore infra triginta dies nominan. & interim risico dicti A. staret, si nominatio infra illos triginta dies facta non fuerit; & A. post
25 triginta dies decedat; officialis pecunias minime lucrabitur; quia contractus ab aliqua cond. celebratus, conditione non adimpleta ruit. vt per Docto. in l. cedere diem. ff. de verb. oblig. Paris. cons. 12. num. 140. lib. 2. & cons. 31. num. 17. lib. 4. Vnde
26 non subsequuta nominatione, perinde est ac si societas nunquam inita fuisset. l. necessario, in princ. ff. de peric. cómo. rei. vend. l. pecuniam. & ibi Alex. num. 4. ff. si cert. pet. quia cessat causa, propter quã societas permissa erat, cum amplius pecuniæ non stent sub periculo vitæ alicuius, solũ enim per triginta dies sub periculo vitæ creditoris steterũt, quibus finitis, periculũ cessat; cum permissio, vel con-
27 cessio facta ad tempus, post illud denegata intelligitur. l. statu liber. ff. de statu. l. 1. Imperator. ff. de postul. l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. 3. gloss. in cap. decet. de reg. iur. in sexto. faciunt not. in l. cum prætor. ff. de iudic. & in c. nonne, de præsumptio. & cum creditor contractum ex parte sua non seruauerit, quia non
28 nominauit, cadit ab omni commodo conuentionis. l. si conueniat. ff. pro socio. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. vbi Bart.

Sed an facta nominatione nominato, sit acquisita aliqua actio, adeo quod durante societate, ipse ad fructus agere valeat, & post mortem officialis sortem datam repetere: & dicendum est, quod non, quia so-
29 cietas solum est contracta cum illo, qui pecunias dedit, non autem cum nominato, qui solum adiectus fuit, vt demonstraretur persona, sub cuius vitæ periculo pecunias datas fore
30 vellet, & propterea nominatus, nec durante officio ad fructus, nec post mortem officialis, ad sortem agere, nec repetere poterit, quia cũ eo nulla societas contracta fuit. l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. oblig. Bald. d. consil. 150. lib. 1. in fin. Hieron. Gabriel. cons. 78. & ita etiã videtur determinasse Rota in vna Ispalen. coram R. P. D. Rebusterio die 13. Nouembris, & die 15. Decembris 1573. reprobata deci. Binurini.

Vnde si ille, qui dedit pecunias,

cum quo vere societas cōtracta fuit,
31 decederet, per eius mortem societas soluta esset, & eius hæredes sortem repetere possent, si nominatus viueret, nec hæredes illius, qui pecunias dedit super officio, possent post mortem fructus exigere, quia per mortē societas fuit desoluta. l. adeo. l. si fratres. §. idem respondit, cum glo. ff. pro socio. Dec. consil. 213. in princip. nec etiam heredes possent petere aliquid ratione interesse, cum officialis non fuerit in aliqua mora, si de morte illius, qui pecunias dedit, nullam habuit scientiam; quinimo si fructus soluit post mortem, in sortē
32 computari deberent, postquam soluit, quia credebat, societatem durare, & pecunias receptas super eius officio adhuc sub periculo vitæ nominati permanere, & tamē per mortem illius, qui pecunias dedit, societas dissoluta erat, nec officialis pecunias receptas superlucrari potest, cum nominatus adhuc viuat, & faciunt not. per R. P. D. Seraphinum in vna Romana Montium 5. Noueb. 1562. vbi Domini firmarunt, quod si loca Montium emant a Titio, & sub nomine Sempronij ponātur, nullum ius competit Sempronio locis descriptis sub nomine suo, si Titius vsumfructum, & dispositionem aliorum locorum sibi reseruauit, sed spectat pleno iure ad emptorem, vel ipso mortuo ad eius hæredes spectant, non autem ad nominatum, etiam quod morte ipsius vacarent, & ibi plene, & bene responsum fuit ad cōs. 4. Soc. lib. 4. Bero. consil. 178. lib. 2. Ruin. consil. 182. lib. 1. quia a casu ipsorum multa cōcurrebant, ex quibus apparebat, quod emens nomine alterius, voluit rem emptam donare, quæ minime in præposita specie procedunt.

SVMMARIVM.

1 *Societas super officijs Rom. Cu. vt valeat, ille, qui dat pecunias ad omne periculum officij stare debet.*
2 *Societas tunc valida est, quando lucrum, & damnum communicatur.*
3 *Officium si nil fructaret, vel Papa aliquot mensium prouentus retineret, officialis non tenetur ad solutionem fructuum.*
4 *Clausula, quæ solet apponi in instrumento societatis, quod rata promissa sit libera, & immunis ab omnibus oneribus, quid operetur.*
5 *Talis Clausula est contra naturam societatis.*
6 *In societate certa lucri quantitas taxari non debet.*
7 *Contractus quando claudicat, vsurarius reputatur.*
8 *Dans pecunias super officio, ex quo periculum vitæ subit, potest nolle substinere alia pericula.*
9 *Pactum valet, quod vnus ex socijs dānum tantummodo sentiat, & lucrum commune sit.*
10 *Officialis etiam, quod suscipiat periculum officij contractus, claudicare non dicitur.*
11 *Conductor equi, potest conducere equum, vt periculum spectet ad locatorem.*
12 *Pactum contra accidentalia contractus, valet.*
13 *Societates, quæ fiunt super officijs Ro. Cu. non possunt dici societates.*
14 *Pacta, quæ fiunt in societatibus super officijs sunt contra naturam societatis.*
15 *Contractus factus inter officialem, & illum, qui dat pecuniam super officio potius*

potius est contractus innominatus, quam contractus societatis.
16 *Contractus omnes de mundo, quos cõsuetudo de nouo inuenit, sunt contractus innominati.*
17 *Contractus iudicatur ab effectu, non autem a verbis contrahentium.*

C A P. I X.

QVinto requiritur, vt talis contractus societatis licitus sit, ac sine periculo animæ fieri possit, quod
1 ille, qui dat pecunias ad societatem super officijs, omne periculum dicti officij subeat, adeo quod si officialis ex officio fructus non perciperet, vel illam quantitatem, quã soluere promisit, dans pecunias fructus minime recipere deberet, vel quantitatem ei promissam, sed reducere ad illam quantitatem, quam vere officialis ex officio percepit, per not. per Bald. in cons. 396. lib. 5. Societas enim tunc valida arbitratur, quando damnum,
2 & lucrum communicatur, & vbi periculum non est commune, societas appellari non potest. l. si non fuerit. in princ. & §. fin. l. cum duobus. §. saginariam. ff. pro socio. Couarr. lib. 3. variar. resolut. c. 2. & 3. quando enim quis dat pecuniã super officio, si non subit periculum officij, non erit contractus socialis, sed vsurarius. c. vsura. 14. q. 3. Bald. in l. 1. C. pro socio. l. mutuis. ff. pro socio. & in summa Silnestrina in verbo societas, nu. 2. Couarr. in loco citato. Dec. consil. 116. col. 1. in fin. & in l. si pascenda. C. de transact. nu. 8. vbi dicit, si data sit pecunia, ita quod saluum sit capitale, & quod certa pars lucri debeatur, conuentio non valet. Abb. cons. 14. lib. 2. Rom. cons. 238. Alex. consil. 80. lib. 3. Ias. cons. 33. col. 3. lib. 3. & col. 4. Paul. Castr. cons. 55. lib. 2. viso instrumento prædicto.
3 Vnde si ex aliqua causa, officiũ nil fructaret, vel summus Pontifex aliquot mensium fructus retineret, crederem officialem non teneri pro dicto tempore ad solutionem fructuũ, & pariter si officium nõ redderet ad rationem duodecim pro centenario officialis, vel accipiens pecunias non teneretur, nisi prout officium responderet, seu fructaret. Sed quia in talibus contractibus semper solet appo-
4 ni clausula; quam quidem ratã promissam, scilicet ad rationem 12. pro cent. voluit esse liberam, immunẽ, & exemptã ab omnibus oneribus, &c. sup. omnia cessare videntur; sed ta-
5 lis clausula est contra naturam contractus socialis, cum in contractu so-
6 cietatis certa lucri quantitas taxari non possit. d. l. si non fuerit. ff. pro socio. Bald. cons. 396. in fin. lib. 5. alias contractus claudicaret si periculum
7 solum officialis existeret, & quando contractus claudicat vsurarius reputatur. Archid. in c. vsura. 14. q. 3. Bal. id. cons. 396. in fin.
8 Dici tamen posset, quod propter periculum vitæ, quod subit ille, qui
8 dat pecunias, contractus sustinetur, etiã quod alia pericula subire nolit, & si non valet in vim contractus societatis, valebit in vim pacti, cum valeat pactum, quod vnus ex socijs nullam partem damni sentiat, lucrũ ve-
9 ro commune sit. vt est glos. in §. de illa Instit. de societate. & in l. si nõ fuerit. ff. pro socio. referendo opin. Alberi. Et licet Quintus Mutius cõtra naturam societatis, talem pactionem esse existimauerit, tamen a Seruio reprehensus est, cuius opinio præualuit,

luit, & opinionem Seruij sequitur Alberic.& eam ex multis comprobat Hostien.in summa de vsuris.§.an aliquo casu.vers.quid si periculum, &c. Contractus enim ex conuẽtione partium legem accipiunt.l.1.§.si conuenit.ff.depositi. l.contractus quidẽ. ff. de reg.iur.l. in emptionibus.ff.de pactis, & hanc opin. tenet etiam Roman. cons.475.nu.6.Nec ex eo,quod officialis susceperit in se periculum
10 officij, contractus est illicitus, nec claudicare dicitur.Anchar.consil.19. nu.2. Et quemadmodum si locarem equum, & conuenirem, vt ad condu-
11 ctorem spectaret periculum, possem nihilominus mercedem recipere. l.1. C. locati. Ita etiam potest recipi fructus societatis, etiam quod ad officialem totum spectaret periculum, cum
12 pactum contra accidentalia contractus bene valeat. l.1.§.si conuenerit. ff.de postulando.l.pacta conuenta.ff. de contr.empt. l.pacisci.l.iuris gentium.§.si paciscar.ff.de pactis.c.vno, de cõmodat. cum simil. Vnde debet tenere talis conuentio, cum satis honesta,& licita videatur,cũ enim dans pecunias subeat periculum vitę, recipiens, alia pericula subire debet, & propterea non obstat, quod dicitur de alijs societatibus, in quibus dans pecunias non subit periculum vitæ, & propterea societates, quæ fiunt su-
13 per officijs,parum, aut nihil commune habẽt cum alijs societatibus,ideo de istis ad istas arguere non licet. Et forte etiã dici posset,quod contractus noster non sit proprie cõtra-
14 ctus societatis,ex quo qui dat pecuniam currit periculum vitæ,vt si durante societate decederet, officialis pecuniam receptam super officio lucraretur,& officialis subit periculum officij, quæ pacta sunt contra naturã
15 contractus societatis, in qua in omnibus ęqualitas seruanda est.d.l.si nõ fuerit. Instit.de societ. in princ. ideo iste contractus potius erit cõtractus
16 innominatus, cum semper in dubio debemus iudicare contractum innominatum.l.1. ff.de æstima. actio. l. si gratuitam, in princ.de præscrip.ver. adnot.in simili Rom. cons.302. nu.5. Cur.in l.si pascenda. C. de pactis, & dicit Bald.in c.in causa, de cau. poss.
17 & propriet.num.5.quod omnes contractus de mundo, quos consuetudo de nouo inuenit; sunt contractus innominati; & licet in contractu, siue in instrumento dicatur,quod officialis recepit in societatem super eius officio,&c.tamen contractus iudica-
18 tur ab effectu,non autẽ a verbis contrahentium, vt probatur in l. insulã. ff.de pręscrip.verb. vbi dicitur, si insulam vendidi, vt aliam insulam reficeres, quamuis vsus in verbo, per quod huiusmodi conuentio significetur contractus venditionis; tamen, quia ipsa conuentio habet in se effectum contractus innominati, do, vt facias; igitur iudicabitur innominatus,non autem venditio, & probatur etiam in l.si rem.§.si cum vnum.ff.de præscr.verb. & in alijs pluribus iuribus ad hoc allegatis per Roma. cons. 509.col.1.vbi plene Aymo.consil.20. nu.5. Aret.cons. 10.nu.2. Guid.Papa in his terminis.quæst.186. Alex.cons. 80.lib.3. Dec.d.l.si pascenda. Abb.d. cons.114.lib.2.Matth.de Afflic.decis. 80.nu.8.Natta cons.403.nu.4.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ, quæ loco fructuum soluuntur ab officiali, non debent excedere*

veram quantitatem fructuum.
2 *Pecunia ad honestum lucrum in societate dari potest.*
3 *Conuentio de certa quantitate lucranda in societate non valet. nu. 5.*
4 *Interesse in pactum deduci potest, non tamen sub certa quantitate.*
6 *Vniformis praestatio facit contractum illicitum.*
7 *Fructus officiorum solent taxari ad rationem duodecim pro cent.*
8 *Contractus alias illicitus, ratione dubij, licitus reputari solet.*
9 *Taxatio ad rationem duodecim pro cent. quando tolerari possit.*
10 *Fructus officiorum possunt taxari ad rationem duodecim pro cent. quando fructus sunt incerti, ratione incertitudinis. nu. 16.*
11 *Illud, quod habet in se potentiam plus, vel minus, non dicitur excedere modum.*
12 *Fructus si sunt certi, non debent taxari ad rationem duodecim pro centenario. nu. 17.*
13 *Sententia Pau. Castren. quod in ter. l. curabit, potuit fieri taxatio ad rationem duodecim pro cẽtenario; licet minus fructus valeant, nõ est tuta.*
14 *Taxatio fructuum debet fieri iuxta quantitatem fructuum.*
15 *Interesse debet taxari vsque ad valorem fructuum, quos emptor percepit, vel percipi posset.*
18 *Contra naturam societatis esset percipere aliquid vltra valorem fructuũ.*
19 *Societas contracta, vt conditio vnius sit melior alterius, non est licita.*
20 *Pactum ab aequalitate alienum, non valet.*
21 *Vsura animas deuorat, & facultates exhaurit.*
22 *Vsura etiam in modico committitur.*
23 *Peccatum, quo ad intentionem, committitur in omni contractu.*
24 *Vsus tollerauit, quod etiam quãdo fructus sunt certi, taxatio fiat ad rationem duodecim pro cent.*
25 *Consuetudo reddit contractum alienum ab omni suspicione.*

C A P. X.

SExto requiritur, quod pecuniae loco fructuum per officialem durãte societate soluendae, non excedant
1 veram quantitatem fructuum, ex officio percipiendorum. Contractus huiusmodi societatis permissus est, dummodo pecuniae soluendae, pro fructibus officij, non excedant quantitatem fructuũ, ex officio percipiendorum, cum ad honestum lucrum
2 pecunia in societate dari possit. vt est glo. in c. plerique, in verbo, negociatorib. 14. q. 3. Doct. in cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxo. Ias. cons. 33. lib. 3.

Non tamen valet conuentio de
3 certa quantitate pecuniae pro lucro recipienda. Car. Floren. in c. nauiganti, de vsu. in 4. q. Ancha. in c. peccati, de reg. iu. ver. sexto quaero: vbi dicit lucrum speratum, & verisimile de pecunia in pactum deduci non posse. Hinc est, quod licet interesse in pactum deduci possit, tamen sub in-
4 certa quantitate, quae post modum praestanda est, non autem sub certa quantitate, quia tunc fraudi suspicio adesset. l. cum quis decedens. §. codicillis. §. Titia. ff. de leg. 3. not. Bald. in rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. Alberi. in l. 1. col. pen. & ibi Bald. col. 4. C. de summa Trinit. Alexan. consil. 200. num. 8. lib. 6. Dec. cons. 116. & cons. 119. & consil. 173. Aymo. cons. 189. col. fi. & quod in societate, non

valeat

valeat conuentio de certa quantita-
6 te pecunia lucranda, voluerunt Ias. d. consi. 33. col. 2. Abb. consil. 114. lib. 2. & in d. c. per vestras. col. 2. in fi. vers. nec etiam credas. Alex. cons. 80. lib. 3. vbi dicit, quod si recipiens pecunias promittat annuatim soluere duodecim pro centenario, talis promissio non tenet, & solutum repeti potest. ad not. etiā Ro. cons. 500. quia vniformis præstatio facit cōtractum illicitum. Ro. consil. 520. Dec. cons.
7 516. nu. 1. in societate. n. certa quantitas pro lucro taxari non potest, incerta sic. Bal. cons. 453. in fi. lib. 3. Feder. de Sen. cons. 303. Io. de Ana. cons. 93. & ibi Bologn. in additionib.

Mos, & vsus tamen Ro. Cu. in huiusmodi societatib. quia fructus officiorum ordinarii, & exord. sunt
8 incerti, ad duodecim pro centenario taxari solent, quia aliquando minus, & vt plurimum plus fructare solent, & quod frequenter accidit,
9 considerari debet. l. non ad ea. ff. de leg. & cōtractus alias illicitus, ratione dubii licitus reputatur. l. si ea lege. C. de vsu. c. nauiganti. c. in ciuitate. vbi Abb. n. 2. de vsu. Ancha. in d. c. peccati. in 11. & 13. q. Docto. in l. si pater puellæ. C. de inofficio. Testam.
10 Roma. conf. 302. vnde Taxatio. ad rationem duodecim pro centenario potest tolerari; quia ita communiter consuetum est percipi. Anchar. cons. 402. vers. quib. tamen non obstan. facit tex. in l. sancimus. §. pe. C. de dona. ibi incertus enim fortunæ exitus hoc nobis suggerit. Oldra. cons. 207.

Qui tamen mos, & vsus deberet tantū tolerari in societatibus initis
11 super officiis, quorum fructus ord. vel exord sunt incerti, & vt plurimū ad rationē duodecim pro centenario fructare solent, prout sunt officia Cancellariæ, & alia similia, & licet certa quantitas in pactū deduci non possit, tamen si taxatio verisimilib. coniecturis conueniat quantitati taxatæ, valebit conuentio in vim probationis, vt tenent Bal. in l. si tibi, & ibi Purpura. ff. si cert. pet. Dec. in c. cum venerabilis. num. 14. ad fi. de excep. & propterea Doct. dicunt, quod in materia l. curabit. C. de excep. emp. fieri posse taxationem fructuum a princ. vt late per Paris. cons. 60. nu. 31. lib. 1. Cagno. in d. l. curabit, nu. 31. Conarru. in lib. 3. varia. resolut. cap. 1. vers. 5. & c. 4. versic. 7. illud enim,
12 quod habet in se potentiam plus, vel minus non dicitur excedere modum. l. oleo. C. de vsu. vbi Bald. Saly. in l. ea pactione. C. eod.

Sed secus forte quando societates super officiis, quorum fructus sunt
13 certi, & vniformes contraherentur, nec vnquam ad rationē 12. pro cent. ascendunt, vt sunt officia equitum piorum, & liliorū, & alia similia, tunc huiusmodi taxatio tanquam nimis excessiua, & facta vltra valorem fructuum ex dictis officijs percipiendorum ad veram, & honestam summam fructuum moderari, & reduci deberet. d. c. per vestras, & c. salubriter, de vsu. & habetur in d. l. curabit, vbi Imp. dumtaxat inducit obligationem restituere vsuras pretii nō soluti, iuxta fructuum perceptorum
14 quantitatem, ideo sententia Paul. Castr. in l. 2. C. de vsu. est periculosa, dū firmat in ter. l. curabit posse fieri taxationem loco fructuum ad rationem decem, vel octo pro cen-
15 tenario, licet fructus minus valeant, si. n. huiusmodi taxatio fit in recompensationem fructuum percipiendorum

rum, vt per Dec. conf. 119. debet illa fieri iuxta quantitatem fructuum ipsius rei, non autem secundum rationem eius, quod venditoris intersit, vt expresse probatur in d. l. curabit, in illis verbis, quas vsuras perceptorum fructuum ratio, &c. æquissime consideratis a Couarru. in lib. 3. var. lect. c. 4. facit etiam Tex. in l. liberalitatis. §. fin. ff. de vsu. vbi Imperator decreuit, iniquum esse vsuras ab eo exigi, qui fructus non percepisset, & propterea a multis opinio Pau. Castr. reprobatur, vt per Natt. conf. 494. & idemmet Castren. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. intelligit l. cu rabit, quod possit peti vsura tamquã
16 interesse lucri cessantis, id est vsque ad valorem fructuum, quos emptor percepit, & quos percepisset vẽditor. Alex. conf. 69. nu. 4. lib. 1. sed vltra valorem fructuum tractat de lucro, quod loco interesse peti non potest. Soc. conf. 133. nu. 13.

Quod etiam probatur ex forma
17 contractus, fit enim taxatio ad duodecim pro centenario, quando fructus sunt incerti, & ratione incertitudinis admittitur taxatio, sed quando sunt certi cessat ratio a contrahẽtibus considerata de fructuum incertitudine. Vnde illa verba, quia fructus sunt incerti, essent posita in fraudem vsurarum, vt dicit Anchar. conf. 257. col. 2. vers. item pro duabus. Ideo vt via fraudibus obstruatur, per quas facile ad vsuras peruenire posset. Gemin. in c. fi. de vsu. illa taxatio
18 admitti non debet, nec ille, qui pecunias præstitit, debet aliquid minimũ, vltra valorem fructuum percipiẽdorum percipere. Abb. in c. ciuitate, in fin. vers. sed si aliquis. Roman. consil. 238. vers. vlt. inspiciatur. Cuma. conf. 181. col. 2. vbi inquit, quod si pro emptione annui redditus percipiantur quinque pro centenario, nulla sinistra suspicio militat cum ex possessionibus sic percipiãtur, quasi innuat secus esse, si vltra quinque percipiantur. Veronen. in tract. de simulat. con tract. in 3. præsump. vers. 3. modo, cõ
19 tra naturã enim societatis esset percipere vltra valorem fructuum, qui solum pro rata capitalis ęqualiter diuiduntur, l. si non fuerit, vbi glo. l. cũ duobus. §. in coeunda. ff. pro socio. Abb. conf. 78. col. 2. lib. 1. & conf. 114. lib. 2. Rom. conf. 520. Io. de Ana. conf. 93. Vnde si societas contraheretur ta
20 liter, quod vnius socij conditio esset melior, quam alterius, nõ esset licita, tuta. Corne. conf. 187. lib. 3. in princ.
21 nec valeret pactũ ab ęqualitate alienũ. Saly. in l. Mutius. ff. pro soc. Corn. conf. 139. li. 1. Societas enim est quædam fraternitas, l. rerum. ff. pro soc. & abhorret vsurariam prauitatem,
22 quæ tamquam vorago animas deuorat, & facultates exhaurit, c. 1. de vsu. in 6. & vsura committitur, etiam in
23 modico, quocunque nomine detur 14. q. 3. c. 1. 2. & 3. & quoad intentionem peccatum committitur in omni
24 contractu. Abb. in d. cap. nauiganti, nu. 6. Verum forsan propter vitæ in-
25 certitudinem, talem taxationẽ etiã in societatibus super officijs, quorum fructus sunt certi, vsus tollerauit. iux. tex. in l. sancimus. §. fi. de dona. Anch. in d. c. 1. q. 8. de vsu. in 6. Zabar. in Clem. 1. de vsu. nu. 11. prout etiã tolleratur emptio annuum ad rationem duodecim pro cent. vt per Nat. qui alios citat in conf. 498. nu. 13. & cum talis taxatio fuerit consueta, & forsan obseruata per annos 40. tamquã præscripta permittitur, etiam quod reddi-

redditus officiorum diminutus fuerit, iux. not. per Zabar. in Clem. beneficiorum, de decim. nu. 6. quæ consuetudo contractum alienum ab omni suspicione illiciti, reddit. Oldr. d. cõs. 207. in fi. & sup. late dictum fuit, sed quia tractatur de periculo animæ, bonũ esset, vt S.D.N. prouideret qualiter in hoc casu licite, & cum bona conscientia contrahi posset, interim me remitto determinationi Theologorum, qui in casib. conscientiæ quotidie versantur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus societatis de communi obseruantia in scriptis reduci solet.*
2 *Scriptura non est de substantia contractus.*
3 *Scriptura in aliquibus contractibus requiritur.*
4 *Cõtractus regulariter valet sine scriptura, nisi aliud actum sit. nu. 5.*
6 *Contractus societatis per testes probari posset.*
7 *Scriptura ideo fit, vt quod actum est facilius probetur.*
8 *Instrumentum est probatio probata.*
9 *Partes per instrumentum efficacius obligantur.*
10 *Attestationes testium si in scriptura redacta sunt, an & quando habeant exequutionem paratam.*
11 *Testes qualiter deponere debeant, vt eorum attestationes habeãt exequutionem paratam.*
12 *Appellatio a mandato de extendendo obligationem secũdum dicta testium conceditur.*
13 *Instrumenti ammissio probatur per iuramentum cum alijs adminiculis.*
14 *Instrumenti ammissi tenor per testes probari potest.*
15 *Appodissa, quæ solet per Notarium fieri de societate contracta, & ab officiali subscripta de perdito instrumento an probet, & quando. nu. 18.*
16 *Appodissa huiusmodi an exeq. paratam habeat.*
17 *Scriptura priuata non habet exequutionem paratam.*
19 *Subscribens fateri videtur omnia supra descripta.*
20 *Notarius an possit cogi ad conficiendum instrumentum vigore appodissa facta super societate.*

CAP. XI.

Septimo de communi obseruantia & stylo semper huiusmodi contra-
1 ctus societatis in scriptis redigi solet, & a communi obseruantia receden. non esset, l. minime. ff. de leg. non tamen scriptura est de eius substãtia.
2 l. pactum. C. de pact. & licet in multis casibus scriptura requiratur, quos
3 enumerat glo. in c. 1. de cẽs. vbi Doct. in 6. Spec. in tit. de Instru. editio. §. restat. Bal. in l. gesta. C. de rei vend. Ias. & Dec. in d. l. pactum. Guid. pap. q. 582. Hipp. de Mar. in rub. de prob. num. 19. tamen in omnib. aliis casib. regulariter a leg. sancitum est
4 valere contractum sine instrumento. §. contractus. Instit. de empt. & vend. vbi Aret. l. cum res. C. de prob. l. cum in Instrumentis. C. de fid. instr. nisi tamen expresse dictum esset, contractũ
5 non val re, nisi scriptura fieret. Bart. in l. contractus. C. de fid. instru. not. in l. fin. C. si cert. pet. Aret. consil. 160. Gozad. consil. 1. lib. 1. num. 42. vel nisi apparere, partes voluisse de societate confici instrumentum, vt per Pau. Castr. in d. l. contractus. Afflict. decis. 39. num. 4. Io. Cephal. consil. 66. nu. 13.

nu.13. vbi vero non appareret, partes voluisse de contractus societatis, instrumentum conficere, contractus societatis teneret, licet de eo instrumentum factum non esset, & per Te-
6 stes probari posset, vt consil. Roma. 106. viso themate. prænarrato, & cum seq.Iaf.in l.cũ proponas, la 1.C. de Transact.quia ad probationem,pares vires obtinentur testes, & instrumenta.l.in exercendis. de fid. instru. c.cũ Ioannes.extra eod. ideo fit scri-
7 ptura, vt quod actũ est facilius probetur, l. contrahitur. ff. de pigno. l. pœna. ff.de fid.instru.l.pactum, quod bona fide.C.de pact.Bald.in auct.hoc ius,c. de sacrosanctæ,num.6. cum in-
8 strumentum, fit probatio prompta, liquida,patens, certa, euidentissima, indubitata, notoria, & euidens veritas,vt plene per Hippol. in rubr. de prob.num.3. Tiraq.in retrac.lignag. §.2.gl.1.num.20.quia per instrumen-
9 tum partes sunt efficacius obligatæ. Roman.conf.121.col.1.Bald.in l.his, qui accessionis.ff.de fideiuss. maxime si est in forma Cam. quia habet paratam excusationem. Grat. conf.12. nu.80.lib.1.plene Ant.Gallef. ad for. Cam.obligatio.

Sed si testes, qui de societate deponunt, & eorum attestationes sunt
10 redactæ in scriptura,& publicatæ,an huiusmodi scriptura publicata habeat execut. paratam, & forte videtur dicen. quod sic, per ea, quæ not. Ang. in l.vlt. C.de edi.diui Adr. tollen.& in l.pen. C. deposit. vbi dicit, quod si ex statuto instrumentũ pub. habeant exec. paratam, si de debito, instrumenta confectum non fuerit, sed de eo per testes, qui fuerunt deducti in scriptura probaretur, nõ secus habebit talis scriptura exec. ac si instrumentum factum fuisset,& ibi recentiores seq. Alexan. conf.93.lib. 6. Matth. not.5. nota, quod contractus. Fely.late in c.sicut, col. 3. in 1. declar. ext. de re iud. Hippol. sing. 484. si vera loqui.

Contrarium tamen videtur sentire idem Angel. in l. si fideiussor,post princ. C.de fideiuss. vt aduertit Hippo. in d.sing.484. Iaf.in d.l.fi.expresse opinionem Ang. reprobat, & contra eam tenet etiam ibi Pau. Castr. & Alex.num.21. & fere communiter omnes Docto. Nonnulli tamen saluant opinionem Ang. quando testes ante litem contestatam examinari possunt, vel quando testes essent valetudinarij, senes, absfuturi, vel tales, quod ad perpetuam rei memoriam examinare habetur, vt igitur per Ant.Gallef. in tract.ad for.Cam. oblig. q.2.in 3.par. num.5. cum seq. & in illis etiam casibus non sufficeret, vt testes deponerent societatem
11 initam fuisse, sed necessarie esset, vt deponerent, quod in contractu omnia requisita interuenerint, quæ necess.erant in obligationib. in forma Cameræ, vt omnes in d.l.fin.præsupponunt, & vult Hippo. sing. 484. & tunc oblig. de mand. iud. secundum dicta testium, & formam oblig. Cameralis extenderetur, vt habetur ibi
12 per Ant. Gallef. qui etiam dicit, a mandato extendendi dictam oblig. appellari potest.

Si vero instrumẽtum societatis deperditum fuisset, ammissio cuius per iuramentũ iunctis aliquibus admini-
13 culis probatur. Abb.conf.13. Alex. in l.huiusmodi.§.si ita.ff.de leg.1. in fi.Matth.de Afflict.decis.330.num.3. Hippo.in rub.de prob.nu.127. Guid. propter q.244.nu.1.non tamen iura-

mento

mento Notarij. Alex. in l. prætor. §. prætor ait. ff. de eden. num. 13. tunc tenor ipsius instrumenti societatis,
14 per testes probari posset. Bar. & Pau. Castr. in l. sicut. C. de fid. instrum. & in §. aut si quis in aliquo. C. de eden. Fely. in c. sicut, de re iud. Lanfranc. in c. quoniam contra, in verb. instrumentum, num. 41. Dec. cons. 81. nu. 3. Afflict. decis. 274. vbi etiam docet, qualiter testes deponere debeant. Io. Ceph. consil. 170. testes ex q. examinandi sunt, lite contestata, & parte citata. Boer. decis. 37. num. 9. etiam quod deponerent instrumentum deperditum in for. Cam. factum fuisse, non tamen poterit peti exeq. ex depositione duorum testium, quia non apparet originalis scriptura, quæ deducat rem in notorium, quod erat causa exeq. dandæ, vt iam diximus, & adnot. Bart. in l. 1. in fin. ff. de his quæ in testam. delen. Pau. Castr. in l. nostrum. C. de testam. nu. 5. nisi essemus in casib. in quibus testes ante litem cõtestatam examinari possent. Ant. Galles. in loco iam citato.
15 Contracta societate solet Notarius conficere appodissam in q. continetur, qualiter N. officialis societatem contraxit super suo officio cum N. duraturam per sex menses, & deinde ad beneplacitum, reuocatio quindecim dierum a quo confessus fuit habuisse scuta centum restituenda statim finita societate, & ea duräte soluere fructus ad rationem duodecim pro cent. de semestre in semestre, & Titius, & Seius, vt plures, & pluraliter insolidum accesserũt, cum oblig. in for. Cam. quæ appodissa ab officiali subscribi solet, & in subscript. fateri habuisse rata centum in numerata pecunia, quæ postea remanet penes illum, qui pecunias præstitit. Dubitatum fuit, an de perdito instrumẽto, vel non reperto, an talis appodissa societatem probet, & eius virtute N. qui pecunias dedit, illas ab officiali vna cum fructibus repetere valeat, & videtur dicen. quod sic, si huiusmodi per Ias. in l. admonendi, num. 88. ff. de iur. iuran. videlicet si officialis fateretur manu ipsius esse subscriptam. l. Publia. ff. depos. Dec. in c. scripta, de fid. instr. num. 5. vel si per testes, qui eam subscribere viderunt manu officialis subscriptam fuisse probaretur, vel per comparationem litterarũ. l. scripturas. C. qui pot. in pign. habeantur. Auth. & si contractus. C. de fid. instru. Lanfran. in d. c. quoniam contra. de probat. in verb. instrumentum, nu. 47. Boer. q. 172. nu. 18. vel etiam si extaret statutum, quod priuata scriptura etiam sola debitoris manu subscripta, per testes, vel comparationem, approbata plene probaret, vt est in Vrbe, ac in patria mea: & si statutum huiusmodi priuatæ scripturæ exeq. concederet,
16 exequẽda foret. Vnde si causa in Curia capitolina inter personas statuto Vrbis subiectas, statutum seruandum esset: si vero coram A. C. inter personas statuto non subiectas, etiã quod talis scriptura priuata recognita probaret, non tamen exequenda esset, sed via ord. agendum esset, quia scri-
17 ptura priuata etiam recognita non habet exeq. paratam, & si diceretur, quod talis appodissa potius est quædã fides Not. de societate inita, quæ de per se non probat. Hipp. sing. 471. nisi de contractu, siue instrumento societatis appareat: quia fides nõ facit fidẽ. Auth. si quis aliquo. C. de eden. vbi Doct. & in l. si quis ex argentarijs.

rijs.§.prętor ait 1.ff.de ædden.dici potest, quod ex q. in appodissa plene
18 narratur factū inter partes,& omnia in societate requisita adfuisse, plene probatur,etiam quòd instrumentum non appareret. l.optimam,de cōtra. & commit.stipu.Doct.in l.sciendum. ff.de ver.oblig.vbi Alex.& Ias.citant antiquiores. Soc. cons.266. in princ. lib.1.max.quia est subscripta ab officiali, & licet solum dicat habuisse pecunias supra descriptas,videtur etiā fateri illas habuisse ex causa præcedenti, & expressa in appodissa, cum
19 subscribens fateri videatur omnia supra descripta. Bart.in l.quæ dotis,in fi.ff.solut.mat. Alex.cons. 147.n.8.& in lib.2.ex tex.in l.plurib.ff. de verb. oblig.& ibi Ang. §.1. inst.de contrahen. empt. multi alij sunt tex. quos Ias. cumulat in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus.ff.de verb.oblig.

Sed an ille,qui dedit pecunias, potuit cogere Not.virtute d. appodissæ
20 ad conficien.instrumētū in for. Cam. Spec. in tit. de instr. edit. §.3. dicit quod si probat instrumentū esse deperditū citata parte, iudex causa cognita potest mandare Not. vt instrumentū de nouo reficiat.Bar.in l. nuptiæ.ff.de ritu nupt. dicit,quod Not. non potest instrumentū reficere, nisi de consensu partium.seq. Ias. in l.ius autem ciuile.nu.17.de iust.& iu.Bar. post glo.in l. nam diuus. ff.de adopt. Boer. decis.37.nu.6. Paul. Castr.in l. si quis argentarius.§.fi.ff.de eden.dicit, quod si Not. antequam redderet instrumentum perdidit prothocollum, potest petere examinari testes super contractu, & secundum eorum dicta prothocollum conficere, vt per Bar.in l.fi.ff.de tab.exhibē. Hip.sing. 596. Vnde dicen. est,quod talis scriptura priuata per not. extendi non potest in for. Cameræ, nisi haberet omnes illas qualitates, quas ponit Ant. Gallef. in tract. ad form. Cam. oblig.q.2.in 3.par.nu.17.

SVMMARIVM.

1 *Societas cum quibus personis contrahi possit.*
2 *Officia Ro.Cu.a quibus personis emi, ac exerceri possunt.*
3 *Mulieres Officia Ro. Curiæ emere, nec exercere possunt.*
4 *Impuberes non possunt exercere officia.*
5 *Pupillus Notarius creari non potest.*
6 *Pupillus posset consequi simplicem dignitatem.*
7 *Pupillus posset ob eius virtutem ad officium habilitari.*
8 *Pupillus potest consequi officium militum S.Petri.*
9 *Pupillus cum debitis solemnitatibus posset suas pecunias in societatem dare.*
10 *Mulier posset dare eius pecunias in societatem.*
11 *Tutor posset pecunias pupilli, sub vita pupilli in societatem dare.*

CAP. XII.

HÆc autem societas cū omnibus personis; quæ consentire,
1 ac obligari possunt,contrahi potest. Azo in sum. C.pro soci. num.6. & in rub. C.de pact. Infans igitur,qui potestatem consentiendi non habet; societatem contrahere non posset, in eo etenim deficit consensus, qui est potissima pars ad contrahendam societatem.Inst.de oblig. quæ ex cons. contra.in princ.l.consensus.in princ.

D de act.

de act. & obligat. Pupillus vero cum auctoritate tutoris hanc societatem inire posset. l. vt in conditionibus. ff.
2 pro soc. Non tamen omnes personæ officia Rom. Cur. emere, ac exercere valent, vt enim, inquit Vlpian. in l. cum prætor. §. fi. ff. de iudic. quidam lege impediuntur, quidam moribus, quidam natura: vt surdus, mutus, perpetuo furiosus, impubes, & qui iudicio carent, moribus, vt fœminę, non quia non habeant iudicium, sed quia moribus, & consuetudine receptum est, vt fœminæ ab omnibus
3 officijs ciuilibus, vel publicis remotæ sint: idem Vlpian. in l. 1. ff. ad Velleian. & in l. fœminæ, & in §. impubes, ff. de reg. iur. vbi Decius & Cagn. rationem assignant; nempe in fœminis propter honestatem, ne virilibus officijs implicentur, & fungantur, habetur in l. 1. §. hoc sext. ff. de postul. Abb. in cap. dilecti, de arbitr. notatur in l. fin. C. de recep. arb. in impuberibus vero, quia iudicio carent, quorum ætas quicquid vidit,
4 ignorat. l. 1. C. de fals. monet. ideo eis officium iudicandi ante 18. annum interdictum est. l. quidam consulebat. ff. de iud. l. 2. §. impuberes. ff. de iur. immunit. vbi dicitur, quod impuberes ad honores non admittuntur, etiam propter hominum penuriam. Bart. in l. impuberum. ff. de fals. vbi inquit, pupillum non posse creari
5 Notarium, quia notariatus publicum officium est.

Sed hæc procedunt in officijs, & dignitatibus cum administratione: secus in officio, & simplici dignitate, quæ administrationem non haberet,
6 tunc enim etiam pupillus habilis esset, ideoque ad militarem dignitatem assumi potest. Dec. post alios in l. fi. C. de milit. test. Cagn. in d. l. fœminæ. Summus igitur Pontifex resignationes, cessionesque officiorum, quæ habent aliquam iurisdictionem, administrationemve in istis personis, vt illud habeat in titulum, admittere nō solet, posset tamen Papa impu-
7 beres, & minores ad officia, ob eorum virtutem, & prudentiā dispensare, cum in nonnullis ingenium percurrit ętatem: vt etiam ante tempus ad honores, & dignitates cum administratione promoueri, eligique possunt, vt legitur de Pub. Scipion. qui, & si adolescens esset, ante tempus ædilitatem obtinuit, & 17. anno Nerua filius de iure respondit. l. 1. §. pueritiam. ff. de postul. & idem dicit ibi Ang. de Bart. & de Celso adolescente meminit iurisconsultus in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. & cum multis alijs exemplis ostendit
8 Tiraquel. de iur. primægenit. in præfat. num. 101. & nu. 177. in pupillis vere resignationes officiorum militū
9 Sancti Petri, aliorumque militum, passim admittir, vnde mulieres, pupilli, cæterique alij, qui iudicio carent, possent cum debitis tamen so-
10 lemnitatibus eorum pecunias in societatem officiali præbere. Quinimo etiam tutor, siue curator pupilli, pecunias in societatem super aliquo officio super vita pupilli præstare posset, potius quam illas otiosas te-
11 nere, iuxt. not. per Bart. in l. tutor, qui repertorium. §. si post. ff. de administr. tutorum. Rom. singul. 179. iure hodierno, nec tunc dicetur illas sub vsuris præstare, & ideo non obstant not. per Dec. in consil. 178. col. fi. cum licitum sit pecunias in societate super officijs ponere: faciunt not. per Socin. cons. 2. lib. 1. & per Rolan.

Rolan.a Val.conf.49.nu.35.lib.1. Et si pecuniæ per mortem pupilli, vel alio casu fortuito perderentur, periculum erit ipsius pupilli, & non tutoris, vt per Petrum de Vbald. in tractatu de duobus fratribus, in octaua parte,in 3.quæst.

SVMMARIVM.

1 *Societas an possit cũ Iudæis contrahi.*
2 *Iudæi commercium cum Christianis habere non debent.*
3 *Iudæi bona stabilia acquirere non possunt.*
4 *Iudæi non possunt emere, nec exercere officia pub.*
5 *Iudæi possunt emere iura introitus alicuius Prouinciæ.*
6 *Iudæi sunt inhabiles ad honores, & dignitates.*
7 *Societas cum Iudæis, tamquam cum officialibus,contrahi non potest.*
8 *Iudæi an possint contrahi societatem super officio Christiani.*
9 *Beneficium concessum Curialibus, nõ debet extendi ad Iudæos.*
10 *Iudæi sunt peiores alijs infidelibus.*
11 *Omnia sunt permissa, nisi prohibita reperiantur.*
12 *Iudæi possunt in aliquibus habere cõmercium cum Christianis.*
13 *Societas cum Iudæis contrahi potest.*
14 *Immunitas concessa hominibus habitantibus in certo loco, etiam ad Iudæos ibi habitantes,extenditur.*
15 *Iudæi vtuntur iure cõi Romanorum.*
16 *Iudæi sunt capaces, & participes statutorum.*
17 *Iudæi cum Christianis, & cum Eccl. contrahere possunt.*
18 *Iudæos Eccl.tollerat,& quare.*
19 *Societas cum Iudæis, quando prohibita sit.*
20 *Iudæis est prohibitum exercere vsuras cum Christianis.*
21 *Christiani debent se abstinere a Commercio Iudæorum.*

C A P. XIII.

1 Nvnquid autem cum Iudæis huiusmodi societates coiri valeant? cum vt plurimũ sint Christianis infesti.c. cum nimis,de Iudæis, & facultates Christianorũ exhauriunt, c.quanto,de vsur. Ideo cum eis commercium habere non licet. c. nulla.
2 vbi Archidiac. dist.54.c.& si Iudæos, c.ex speciali. vbi Abb.c.ad hoc,de Iudæis. Iura, inquam, abhorrent familiaritatem Iudæorum cum Christianis.cap.nullus. c.omnes.28.q.1.Cor. cons.65. num.9. lib.2. hinc a summis Põtificibus,& præsertim a Paulo IV. & Pio V. interdictum eis fuit, posse bona immobilia emere,possidere, &
3 retinere,& cum Christianis commercium mercimoniumve agere, sed ipsis solum artem stracciariæ exercere permiserunt. Quo fit, quod cum eis societas illicita reputari debet.Imol. cons.6.cum sint ex alio grege, & alterius Sectæ, & de his, quæ foris sunt, nihil ad nos.c.multi. 2.q.1. c. gaudemus, de diuort. ab omnibus actibus legitimis repelluntur.c.alieni.2.q.7.
4 Hostien.in sum. de Iudæ.Non possunt igitur a Reuer.Camera, nec ab alio officia Rom.Cur. emere; cum officia publica Iudæi nec habere, nec exercere valeant.c.nullus.4.dist.c.constitutus. 17. q. 4. ne sub hac occasione Christianis iniuriã faciant.c.nimis.c. cum sit.de Iudæis.l.fin.vbi Doct.C.de Iudæ. Ange. & alij in Auth. iusiurandum, de præst. ab his. Hinc est, quod Iudæus non potest esse Potestas, nec

Rector. Bar.in l.fi.C.de poftul.nec in aliqua fcientia fieri Doctor. Bart. & omnes in l.omnes.C.de Decurio.lib. 10.& in l.generaliter.§.fin.vbi Alex. ff.de Decur.& in d.l.fin.C.de poftul. Iaf.in proœm. ff. nec fimiliter poteft effe Tabellio, nec Iudex. in d. Auth. iufiurandum,nec Aduocatus.Barr.in d.l.fi. not.in c.nemo.iunct.glof.de pę niten.dift.1.Ioan.de Anan.in rub. de Iudę.Tiraquel.de nobilit. q.86.num. 42.Et licet Iudæi poffint iura introi-
5 tus alicuius Prouinciæ emere, tamen pro eis exigendis Chriftiani, & non Iudæi præponendi funt,qui non a Iudæis, fed a Principe eligi debent, vt
6 habetur in c. cum fpeciali, de Iudæ. cum Iudæi officia publ.nec honores, nec dignitates,neque adminiftrationes habere,exercereque valeant. d.l. fi.C.de Iudæ. Hoft.in fum. de Iudæis. Rom.fingu.679. Matth.de Afflict. in conftitu.Regni.lib.1.rub.17. num.4. Aym.conf.73. nu.10. & conf.35. nu. 17.Ancha.conf.274. vbi conatur defendere quendam Iudicem, qui con fenferat, ac permiferat quendam Iudæum ad officia publica fcrutinari.
7 Societas igitur cum Iudæis, tanquam cum officialibus coiri non poffet, cum officiorum fint penitus incapaces, & in hoc nulla videtur difficultas.

Verum an Chriftianus poffit nomen fui officij Iudæo accommodare, vt fuper eo pecunias in focietatem accipere Iudæus valeat, & fimiliter an Iudæus poffit dare pecunias Chriftiano in focietate fuper eius
8 officio, ambigi poteft, & forte videbatur dicendum, quod non; huiufmodi fane focietates folum ad cōmodum officialium, & Curialium permiffæ fuere, & in beneficijs generaliter conceffis perfonæ odiofæ comprehenfæ minime videntur. l. Lucius.§. Lucius Titius. de legat.2.
9 Vnde beneficium conceffum ad fauorem officialium,& Curialium,non debet extendi ad Iudęos, qui odiofi dicuntur. cap. cum nimis, de Iudę. c.nulla.54. dift. c.conftituit.97. q.4. & tex.in l. fin.C.de Iudę.ipfos appellat infultantes fidei noftrę, & peiores funt alijs infidelibus. c. non, nu.
10 1. q. 1. Ideo non comprehenduntur in difpofitione fauorabili. Nat. confil.20.lib.3.
11 Sed cum omnia cenfeantur permiffa, nifi prohibita reperiantur. c. omnis.iuncta glof.dift.3.l.nec non.§. quod eis.ff.ex quib.cau.maio.l.ab ea parte. de probat. Iudæis igitur permiffum eft commercium habere cum
12 Chriftianis,nifi in ijs, quę prohibita reperiuntur, vt habetur per Rom. in conf.489.nec Chriftiani peccāt communicantes cum Iudęis in mercimonijs,vt adnot.Abb. in d.c.poft miferabilē.nu.3. per illum tex.vbi in pœnam interdicitur eis: communio ergo regulariter interdicta non eft; licet enim Iudæo mercimonium facere inter fideles. Io. de Anan. in c. 1. nu.9.de Iudæ. facit, quod dicit Ang. in l. 1. ff. ad l. Iul. Maieft.& in l.vtimur.ff.de fepul.violat.quod fi eft cōceffa fecuritas vni cumfocijs fuis,includeretur etiam Hebręus.Ant.Corfet.in fuis fing.in verb.focietas.
13 Vnde licitum effet Chriftianis cū eis focietatem coire.Soc.conf.63.nu. 15.Boer.decif.369.nu.6. Corfet.fingul.incipien.an focietas. Tiraq. in d. q.66. num.12. In actibus etenim humanis nobifcum Iudęi participant, funtq. de eodem Ciuitatis corpore. Bart. & Bald. in l. fpadonem. §. iam autem

autem.ff.de excus.tut. Barb.cons.63.
14 col.3.lib.4.Ideoque immunitas concessa hominibus certi loci, etiam ad Iudæos ibi habitantes extenditur. Alex.cons.65.lib.5.nu.6. Soc.d.cons. 63.col.pen.Nat.d.cons.620.habentq. ea, quæ sunt ciuium Romanorum, quantum ad hoc, vt illis legibus viuant. Bart.in summario. in l.Iudæos. C.de Iudæ. Imol.cons.1. Rom.singul. 803.Nat.cons.434. & cons.620.nu.7. vbi late ostendit,Iudęos vti iure com
15 muni Romano, vt etiam plene Rol. consil.25. lib.3. Tiraq. vbi supra. Et ideo statuta Ciuitatis etiã ad Iudæos extenduntur. Soc. d.cons.63.& cons. 71. nu.2. Doct.in d.l.Iudæos, ac sunt capaces, & participes iuris legis, &
16 statutorum. Alex. cons.71.lib.7. Paris.cons.2.lib.4.num.9.licitum est eis contrahere,quia consensum habent, & contractus ex consensu perficitur.
17 1.dist.c.ius gentium. l.ex cõsensu.ff. de act. & oblig. Hinc est,quod etiam cum Ecclesijs contrahere valent, vt consuluit Io.Cald.cons.3.de locat.sequitur Io.de Ana.in c.quia super his. nu.5.de Iudæ.ac redditus iurisdictiones, etiam si regales sint, emere possunt.d.c.hæc speciali. vbi Abb. & Io. de Anan. Doct.in l.nemo.C.de Iudæ. Alex.de Neguo.cons.96.

18 Et licet Iudęi Christianis infesti sint, attamen Ecclesia ipsos tollerat in memoriam maximi fundamenti fidei nostræ,& ad maius malum effugiendũ.l.die sabbati.C.de Iudę.Inno. in c.super his,de accus.Fely.in c.con suluit.de Iudæ.& contumelias eis fieri inhibet.c.si quis Iudæi,de Iudæ.omnes igitur Principes eos tollerare debent, saltem, vt maiora mala euitentur; nempe si ipsi necessitatibus humanis non subuenirent, multi Christiani vsurarij efficerẽtur. Paul.Cast. cons.580.col.1.Paris.d.cons.2.Nat.& Roland.in d.cons. & in his solum Iudęi non possunt habere commercium cum Christianis, quæ expresse sunt in dictis capitulis, & bullis. ad not. Hostien.in summa de Iudę.in cæteris vero nõ sunt prohibiti cum Christianis commercium habere. Roma. d. cons.489. nec eis denegatur,quod ius humanæ societatis concedit. 28.q.2. & notandum.

19 Societas cum eis erit prohibita, quando ad rem illicitam inita esset, per ea,quæ not. in l. quod autem, & in l.nec permittendum.ff. pro soc. & in hac specie Imol. in prædlegato cons.6. loquitur, scilicet super vsuris exercendis, quæ illicitæ sunt. c. quia in nobis. de vsur. & in Auth. ad hæc. C. de vsur. etiam Iudæis cum Christianis,vt cõcludit Io.Andr.in c.cum quæstus.de vsur. Doct.in c.post miserabilem. de vsur. late ostendit Couarru.lib.3. var.resol. cap.1. num.7.
20 Matth.de Afflict.in cõstitutionibus. lib.1.rub.6.nu.37. Io.de Anan.in d.c. quia super his, vbi dicit, quod secundum communem opin. prohibitum est Iudęis, vsuras contra Christianos exercere. Io.de Ana.in d.c.nu.9.Vnde Iudæi contrahere possunt cũ Christianis,dummodo contractus licitus. Cal.& Ana.in locis citatis.Ant.Corset.in d.sing.in verb.societas.

Et licet de his,quæ foris sunt,nihil ad nos iudicare pertineat, intelligitur quoad spiritualia,& inconcernentia salutem animæ, & de eis tunc nõ curat Ecclesia, secus autem quoad alios actus humanos,de eis enim iudicat,cum legibus subiaciant, vt declarat glos.in d.c.sępe.28.q.1.Abb.in d.c.gaudemus. Nat.cons.620.

11 Consulerem tamen, quod bonum esset abstinere cum eis societatē contrahere. Societas nempe est quædam fraternitas. l. verum. ff. pro soc. Sed inter Iudæos, & Christianos nulla est fraternitas, quia solum Christiani dicuntur fratres propter regenerationis lauacrum. c. nos ad mensam. 11. q. 3. Et ideo cum eis non est licita conuersatio. gloss. & Doct. in c. 1. de Iudæ. Corn. cons. 65. circa fi. lib. 2 Sūt enim infames. Aymon. cons. 73. num. 10. Pius igitur V. cum eis commercium habere sancte interdixit, quia dictum fuit: Malorum consortia, mores alterius corrūpere. c. sępe. 28. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Societas facta super officio, per mortem finitur.*

2 *Societas non transit ad hæredes.*

3 *Officia Ro. Cu. conceduntur, vt ad hæredes non transeant.*

4 *Societas etiam per mortem ciuilem finitur.*

5 *Fiscus, si ob delictum officialis, officium confiscatur, tenetur illi, qui pecunias dederat super officio, illas restituere.*

6 *Bona delinquentis transeunt in fiscū, cum omni onere.*

7 *Fiscus loco hæredis habetur. nu. 12.*

8 *Fiscus creditoribus delinquentis satisfacere tenetur. nu. 13.*

9 *Dans pecuniam ad societatem super officio nullum ius habet in officio.*

10 *Officium non solum per mortem naturalem, sed etiam ciuilem, ad Cameram redit.*

11 *Mors ciuilis morti naturali æquiparatur.*

12 *Mors, quando profertur ab homine, tunc mors ciuilis naturali non æquiparatur.*

13 *Exules habentur pro mortuis.*

14 *Patrimonium Ecclesiæ, & fiscus non sunt idem.*

15 *Restitutio, quæ fit per viam Iustitię, transit etiam ad bona alienata.*

16 *Fiscus est durę ceruicis, & semper rigorosus.*

17 *Fiscus si detinet bona delinquentis, tenetur fideiussores delinquentis indemnes conseruare.*

C A P. XIV.

Dictum fuit superius, qualiter societas super officijs Rom. Cu. contrahatur; modo dicendum est, qualiter dissoluatur. & in primis.

1 Certissimi iuris est, quod talis societas per mortem finitur, & dissoluitur, prout omnes aliæ societates. l. nemo. l. adeo. l. si fratres. §. itē respōdit, vbi gloss. ff. pro socio. Bal. consil. 448. lib. 4. late Cur. seni. cōs. 52. Ideoque, si officialis decederet durante societate, non est dubium, quod societas dissoluta esset. l. si societatem.

2 ff. pro socio. Corn. plene cons. 127. lib. 1. nec societas ad hæredes officialis transiret. l. vtrum. §. in hæredem. ff. pro soci. tum, quia per mortem societas soluitur. §. soluitur. Instit. de societate. d. l. nemo. l. actorem. §. morte. ff. pro socio. l. furt. §. illud. ff. de his, qui not. infa. vbi glos. Dec. cons. 213. col. 1. tum etiam,

3 quia officia Ro. Cu. sunt personalia, & ad hæredes minime transeunt. l. 1. ff. de fideiuss. & commiss. vbi Bar. & Bal. in l. fi. §. sed, & si quis. C. commu. deleg. Franc. Marc. decis. 626. num. 8. & decis. 617. in fin. Couarru. lib. 3. varia. resolut. cap. 19. Talia namque officia emuntur, ac conceduntur solum ad vitam ementis: ideo mor-

mortuo officiali ad Reuer. Cam. redduut. Vnde tales societates minime fieri possent, vt ad hæredes transirent. l. nemo potest. in princ. & in §. idem respondit. & in l. plane. §. pro socio. Dec. & Cur. in dictis cons.

Hæredes igitur post mortem officialis non tenentur amplius fructus soluere, quia societas finita est, sed tantummodo illi, qui dedit pecunias, sortem habitam restituere tenentur, etiam si essent in mora restituendi, tenerentur ad damnum, & interesse, iuxta formam obligationis, vt inferius latius dicetur.

Societas etiam facta super officijs Rom. Cu. non solum dissoluitur per mortem naturalem ipsius officialis, sed etiã per mortẽ ciuilẽ: ideo quòd
4 si officialis esset bannitus cum confiscatione bonorum, cum banniti loco mortuorum habeantur. l. 1. §. filium. ff. de bono. possess. contra tabu. tunc si officium ad fiscum transiret, societas finita esset. Instit. de societate. §. publicatione. ff. pro socio.

5 Sed dubitari posset, an fiscus, si ob delictum confiscaret, ex quo societas est dissoluta, teneretur sortem restituere illi, qui dedit pecunias super officio confiscato, & forte dici posset
6 quod sic, quia quando ob delictum bona delinquentis confiscantur, transeunt in fiscum cum omni onere actiue, & passiue. l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci G'off. in l. 1. & in l. vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10. Bart. in d. §. an bona.

Secundo, cum fiscus loco hæredis habeatur, tam quoad onera, quam
7 quoad emolumenta. l. 2. C. ad legem Iuliam de vi public. l. inter eos. §. fin. ff. de fideiussoribus, tenetur cre-
8 ditoribus delinquentis satisfacere, l. 1. C. de poen. fisca. credi. præfe. lib. 10. l. si marito. ff. solut. matr. Ripa in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. sed ille, qui dedit pecunias officiali super eius officio, est pro summa ei data officialis creditor, igitur fiscus dictũ creditum soluere tenetur.

Sed pro parte negatiua dici posset, quod fiscus non tenetur, quia ille, qui dedit pecunias super officio delin-
9 quentis, nullum ius, neque hypothecã super officio habet, adeo quod si officium, per cessionem, vel alienationem in alium transiret, ille, qui dedit pecunias contra illum, ad quẽ peruenit officium, non posset agere, vt dicetur, pariter non posset agere contra fiscum.

Secundo, quemadmodum si officium vacaret per obitum officialis rediret ad Cameram libere, & absque aliquo onere soluendi pecunias
10 receptas ab officiali super dicto officio, ita etiam quando vacat per
11 mortem ciuilem, quę morti naturali æquiparatur, quando eũdem effectũ operatur. Cyn. post Din. in l. Deo nobis, & ibi Bal. & alij. C. de Episcopis, & Cleric. Bart. Aret. & Scriben. in l. ex parte. §. insulam. ff. de verb. oblig. Alex. consil. 1. lib. 5. num. 37. Socin. cons. 92. lib. 1. Alex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. Rolan. consil. 97. nu. 39. lib. 2. est glo. in c. si propter tua debita, de rescriptis lib. 6. in verb. vacauit, videlicet, morte, renunciatione, depositione, & translatione, & in c. si Episcopus, de supplen. negli. Prælato. in verbo morte, Docto. in l. si decesserit. ff. qui sat. dare cog.

Prima tamen opinio magis iuridica videtur, quia dato quod nullum ius, vel hypothecam habeat ille, qui

pecunias super officio dedit, tamen saltē actione personali agere potest contra officialem, qui recepit pecunias, & post eius mortem contra eius hæredes, cū omnes actiones actiuæ, & passiuæ ad hæredes transeant; sed fiscus in bonis delinquentis confisca-
12 tis fungitur loco hæredis, quia in eū a lege, bona condemnati, iure successionis transferuntur, plene per glos. & Dyn. in l. non intelligitur. §. cum ex causa. ff. de iure fisci, & in l. 2. C. ad legem Iuliam de vi. marito tenetur ad soluen. ęs alienum, & om-
13 nes creditores hæreditarios, licet solum actionem personalem haberent; & quando officium per mortem naturalem vacat, ad Cameram absque onere soluendi creditores redit, quia cum tali pacto, & conditione à Camera habuit, vt per mortem naturalē vacaret, & ideo non potuit officialis imponere aliquod onus in præiudicium Camerę, quæ tractat de damno euitando: si.n. non vacaret, ac non libere rediret, cōtractus nimis Cameræ dānosus foret: sed quando officialis aliquod delictum committit, ob quod omnia eius bona confiscantur, tunc officium non iure vacationis, sed iure successionis transfunditur in fiscum a lege ex causa lucratiua, merito tenetur soluere creditores officialis. d. §. cum ex causa. Alex. in l. 3. §. illud. ff. quod quisque iuris, & in l. si marito. ff. solut. matr. Boss. in tit. de fisco, num. 65. in tit. de bonis confisc. nu. 2. & isto casu mors ciuilis non æquiparatur morti naturali. vt est glos. & ibi Doct. in c. susceptum, de rescript. lib. 6. vbi appellatione mortis intelligitur de naturalis. Moder. in d. c. ex part. §. insulā. ff. de verb. oblig. Igitur per mortem ciuilem officium non redit ad cameram, sed solum per mortem naturalem. Gomes.
14 in reg. de impetr. benef. vacan. per obit. q. 5. Rebuf. in reg. de infirm. benef. resign. glos. 11. Siluestr. in summa, in verb. mors, vbi habetur, quod quando verbum mors profertur ab
15 homine, tunc mors ciuilis non ęquiparatur morti naturali. d. §. insulam. Vnde si officialis aliquod delictum perpetraret, cuius pęna solum exiliū esset, quo casu mortuus dicitur, quia
16 exule habentur pro mortuis, d. l. 1. §. filium. ff. de bonorum poss. contr. tab. tamen officium non vacaret, nec a fisco confiscari posset, & Reueren. Camera, siue patrimonium Ecclesiæ,
17 & cam. fiscalis non sunt idem. Bald. in l. 1. C. de iure Fisci. Alber. in rub. de iur. fisci. Io. de Platea in rub. de iur. fisci. lib. 11. Lucas de Penna in l. 4. de numer. lib. 11. Matth. de Afflic. in constit. Neapol. in præludijs. q. 15. nu. 2. & propterea non eo modo officium transit in fiscum ob delictū officialis, quemadmodum ad Cameram ob mortem naturalem redit: ideo de vno ad aliud non valet argumētum; si enim bannitus purgaret contumaciam, & tanquam innocens a delicto imputato absolutus fuisset, vel a Principe gratiam, etiam quoad bona incorporata obtinuisset, officiū ei ablatum a fisco recuperaret. iux. not. per Boss. in tit. de remissio. & sola clementia. nu. 3. vbi dicit, quod restitutio,
18 quæ est facta per viam Iustitię, transit etiam ad bona alienata. Docto. in l. Gallus. §. quid si tantum, de liberis, & posthu. vbi Ias. nu. 73.

Sed hæc forte de raro in facto succedunt, cum semper officialis, qui pecunias recipit, promittat, quod finita, & reuocata societate, pecunias su-

per

per eius officio nomine societatis receptas restituere, cui promissioni fideiussores, seu expromissores semper accedere solent, contra quos ille, qui dedit pecunias, potius quam contra fiscum ius suum experietur, cum fiscus sit duræ ceruicis, & semper rigi-
19 dus, nunquam, vel raro æquus existat, vt dicit Bald. in l. exequutorẽ. C. de exequut. rei iudic. maxime, quia posset fiscus rationabiliter dicere, officium per mortem naturalem officialis esse rediturum libere ad Cameram, & propterea aliquo onere grauari non potuisse, aliter fiscus damnum sentire posset: si enim officialis post bannum naturaliter decederet, officium ad Cameram libere rediret, & fiscus pecunias solutas illi, qui eas dedit super officio amitteret. Æquũ tamen esset, quod si officialis haberet alia bona, quæ fisco fuissent applicata ob delictum, quod de dictis bonis tenerentur fideiussores, & expromissores indemnes conseruare, ex
20 quo bona officialis detinet. l. res quę. §. res autem, vbi Bar. ff. de iur. fisci. l. quoties in fin. ff. de nouat. Guliel. de Benedictis in c. Raynutius, in verbo. & vxo. nomine adela. num. 851. de testamentis, vel saltem de fructibus officij durante vita officialis, qui ad ipsum spectabant, iux. not. in l. Statius. §. Cornelio, de iur. fisci. Boss. in tit. de pub. bono. nu. 38. & creditoribus satisfacere.

SVMMARIVM.

1. *Fideiussores dati ab officiali de restituẽdo sortem, reuocata societate, an sint obligati si societas per mortem dissolueretur. & nu. 7.*
2. *Et est dictio copulatiua.*
3. *Fideiussio est stricti iuris, & stricte intelligenda.*
4. *Fideiussor officialis non tenetur ad pœnam maleficij pro ipso officiali, sed solum ad damnum, & interesse Reipub.*
5. *Fideiussor, qui promisit in vno casu, ad alium non tenetur.*
9. *In contractibus magis attenditur mẽs contrahentium, quam verba.*
7. *Fideiussores semper videntur promisisse omnia ea, quæ sunt de natura illius obligationis; super qua fideiusserunt. nu. 9.*
8. *Copula &, quando requirat concursus omnium.*
10. *Societas morte finitur, nec ad hæredes transit.*
11. *Obligatio facta in vno casu, extenditur ad alium similem.*
12. *Iudex veritatem, non apices iuris attendere debet.*

C A P. XV.

QVoniam solent fideiussores, & expromissores aliquando promissioni factæ ab officiali de restituẽdo sortem statim finita, & reuocata
1 societate accedere, dubitari posset, an solum videantur obligati, quando societas est finita per reuocationem, non autem per mortem, quia dictio,
2 &, est dictio copulatiua. l. hæredi. §. Gaio. ff. de fun. instruc. l. cum vterq. ff. ne quis eum, qui. & ad veritatẽ copulatiuæ requiritur vtrumq. factum esse. Ias. in l. si quis ita. ff. de verbo. oblig. in princ. Vnde cum solum expromissores, siue fideiussores accesserint, quando societas est dissoluta per reuocationem: non debent conueniri, quando dissoluta est per mor-
3 tem, quia fideiussio est stricti iuris, cum

cum per stipulationem contrahatur.
l.blanditius . ff. de fideiussoribus , &
propterea non debet extendi vltra
quam verba promissionis stricte sum-
pta importent. l.quicquid astringen-
dę.ff.de verb.oblig. l.in conuentioni-
bus.ff.eod. & pro ista opin. facit tex.
in l.fideiussores magistratuũ,in prin.
iunct.glo.& in §.pro Aurelio. ff.de fi-
deiussoribus , vbi fideiussor , qui pro
4 officiali Reipub. promisit,ad pœnam
maleficij pro ipso officiali non tene-
tur, sed solum ad interesse, & damnũ
Reipub. ad idem etiam facit,quia cũ
ea promissores, siue fideiussores pro-
miserint restituere sortem finita so-
cietate per reuocationem,ante illam
diem non possunt efficaciter conue-
niri , quia ante illam diem stipulatio
commissa non est. l.stipulationes non
diuiduntur. §.si quis ita, vbi Ias.ff.de
verb.oblig. l.cedere diem. ff. eod. Et
generale est , quod si fideiussores ac-
5 cedunt in vno casu, ad alium minime
tenentur. glos. in l. quæro. ff. locati ,
vbi Doct.

Contrarium tamen credo de iure
verius; in cõtractibus,si magis atten
6 di debet mens,quã verba. l.si in ven-
ditione,& ibi glos.in verbo virtus.ff.
7 commu. præd. & ea promissores, seu
fideiussores videntur promisisse , ac
accessisse ad omnia , quæ sunt de na-
tura illius obligationis,super qua ac-
cesserunt, vt late ostendit Alexan.in
8 cons.34. lib.2.nu.3. & illa copula,&,
ex quo est posita inter plura,quæ non
sunt respectiue posita , per modum
accidentis,non requiritur concursus
omnium,sed in vnoquoq. per se veri-
ficatur,vt in l. 1. & ibi Bart.ff.de his,
qui not. infam. plene Alex.consil.64.
lib.7.nu.3. & illa verba , & reuocata
sunt, ampliatiua, & ostendunt alium
modũ finiendę societatis. Alex. cons.
25.lib.7.nu.15.Ideo dum fideiussores
promissioni factæ de restituendo sor-
tem statim finita societate , & reuo-
cata accesserunt , videntur promisisse
in omnem casum, per quem societas
dissolueretur , tam per reuocationẽ ,
9 quam per mortem , cum fideiussores
sui natura dicantur accepti ad omnẽ
casum , qui venit ex natura rei , siue
contractus.l.si quis pro eo. §.si num-
mos, vbi Paul. Castr. ff.de fideiuss. in
addit.ad Bar.in d.l.quæro.Boss.in tit.
de carcerato fideiuss.nu.54.Sed de na
10 tura societatis est , quod morte dis-
soluatur cum ad hæredes non tran-
seant.l.nemo potest.l.adeo.l.actione.
§.morte.ff.pro socio, & ea dissoluta ,
sors ab officiali , vel ab eius hæredi-
bus,vel fideiussoribus restitui debet ,
quod etiam procedit , si solum fide-
iussores, & expromissores sortem re-
stituere dissoluta societate per reuo-
cationem promisissent , nihilominus
etiam si dissolueretur per mortem,te
nerentur, vt probatur in l.libertum .
§. fin. de annuis legat. vbi secundum
communẽ intellectum dispositio col-
lata in tempus , quo tutela finietur
pubertate, sortitur etiam effectum,si
finietur morte,quia sub isto casu prę-
misso , comprehenditur etiam casus
æquipollens,sic in proposito,licet so-
lum promiserint in casu,finita socie-
tate per reuocationem , tamen sub
ista promissione continetur etiam ca
sus æquipollens, scilicet, si etiam alio
11 modo scilicet, morte societas finita
esset, cũ etiam in contractibus oblig.
facta in vno casu , extenditur ad aliũ
similem casum.l.fin.§.fin.ff.mandati ;
& per istas, & alias rationes Alex. in
d. cons.34. respondit, quod fideiusso-
res, qui promiserunt, quod socius,fi-
nitis

nitis sex annis, reddet de societate rationem; intelligũtur etiam promisisse in casu, quo societas ante sex annos pro mortem dissolueretur, & ibi respondent ad alleg. sup. in contrarium, & propterea cum officialis teneatur restituere sortem in omni casu dissolutæ societatis, patitur, & fideiussores, siue expromissores, qui dictæ societati, & omnibus in ea contentis, accesserunt, obligati sunt, cum

11 Iudex veritatem non apicem iuris aspicere debet. l. si fideiussor. §. quædam. ff. mandati. l. & si non cognitio. C. si contra ius, vel vtilitatem public.

SVMMARIVM.

1 *Societas per mortem officialis, & etiam per mortem illius, qui ei pecunias dedit sub nomine societatis, dissoluitur.*

2 *Officialis pecuniam sibi datam sub nomine societatis lucratur, si ille, qui eas dedit, durante societate, obierit.*

3 *Mors, & si certa sit, dies tamen mortis incertus est.*

4 *Mors dicitur casus fortuitus, & an semper. nu. 5.*

6 *Contractus societatis propter incertitudinem vitæ dantis pecunias, permittitur.*

7 *Papa permittendo huiusmodi societates fieri, dispensare videtur.*

CAP. XVI.

QVemadmodum per mortem officialis societas dissoluitur, pari modo soluitur etiam per mortem
1 illius, qui pecunias officiali sub nomine societatis dedit. Si enim durante societate ille, qui pecunias dedit, decedat, societas dissoluitur: vt habetur per Alexan. consil. 34. lib. 2. & in alijs locis supra citatis. Sed isto casu officialis pecunias receptas minime restituere tenetur: ita enim est de
2 natura istius societatis, vt moriente illo, qui pecunias dedit, durante societate, officialis pecunias receptas super eius officio nomine societatis, superlucretur; & propter dubiũ euentum ex incertitudine vitę dantis pecunias, contractus licitus reputatur.
3 Mors, & si certa sit, quia statutum est hominibus semel mori. Paul. ad Hebræos cap. 8. & in cap. in Eccl. 13. q. 2. Tiraq. plenè de nobilitate. cap. 31. nu. 494. cum sequen. dies tamen mortis est incertus. Lucas cap. 12. & est tex. in l. 1. ff. de connit. & demonstr. & summi Dei est ortus, & interitus ho-
4 minis. Deut. c. 32. Ego occidã, & ego viuere faciam: & igitur mors dicitur casus fortuitus. l. fin. in princip. C. de iur. dotium. Bal. in l. 1. in fi. C. qui non poss. ad liber. præue. vbi dicit fortuitum est prædecedere, naturale autem decedere. Sed si morti data esset occasio, vel causa, tunc nõ diceretur casus fortuitus. l. in rebus. ff. commodati, ibi sine dolo, vel culpa. l. qui insulam. §. qui. ff. locati. l. si seruus seruũ.
5 §. si mulier. ff. ad l. Aquiliam. Et quod mors semper sit casus fortuitus, est tex. in l. interdum. §. primo, vbi glos. & Doct. ff. de iudicijs, & in l. contractus, de reg. iur. adnot. Bald. in tit. de pac. const. vers. diuina vocatione, & in l. quæ fortuitus. ff. de pignor. act. Barba. in c. fin. de his, qui filij occid.
6 Vnde propter talem incertitudinem vitæ, & per consequens lucri, & damni, tales contractus societatis in Curia permittuntur. l. si ea lege. C. de vsuris. l. de fideicommisso. C. de transactio. not. in l. si pater puellæ. ff. de inoff. testa. Oldrad. consil. 207. Bal.

Bal. consil. 292. lib. 5. & consil. 18. & cons. 410. lib. 1. Couarr. lib. 3. variar.
7 resolut. cap. . . nu. 3. ob id potissimum, quia Pontifices passim admiserunt tales societates fieri ad vitam dantis pecuniam, vt eo decedente, durante societate, pecuniæ sint officialis, & propterea dispensasse videntur. glos. in c. gratia, in verbo de iure; de rescript. in 6. arg. l. quidem consulebat. ff. de re iudic. Abb. in c. Clerici, de vita, & honest. cleric. & in c. a nobis, in fin. de decimis.

SVMMARIVM.

1 *Dans pecunias officiali sub nomine societatis, si decedat morte violenta, an officialis pecunias sibi datas lucretur.*

2 *Verba debent intelligi verè, & naturaliter.*

3 *Mortui appellatione non venit violenter occisus.*

4 *Donatio, quæ morte viri confirmatur, si vir sibimet mortem contulerit, non confirmatur.*

5 *Mortis appellatione de naturali intelligendum.*

6 *Naturalis causa, non accidentalis est attendenda.*

7 *Statutum de lucro dotis, per mortem vxoris, non habet locum in morte violenta. nu. 18.*

8 *Mors posita in conditione, intelligitur de naturali, non de violenta.*

9 *Verba debent intelligi immediate.*

10 *Verba sunt restringenda, vt occasio delinquendi tollatur.*

11 *Statutum non valet, si prebet occasionem delinquendi.*

12 *Mors dicitur, quando anima separatur a corpore.*

13 *Mors violẽta dicitur Iudicio Dei prouenire, sicut naturalis.*

14 *Stipulatio in casu mortis, ita vere dicitur in morte violenta, sicut in morte naturali.*

15 *Mortis appellatione, etiam mors violenta continetur. nu. 18.*

16 *Donatio ne dum morte naturali, sed etiam violenta confirmatur.*

17 *Lucrum, quod debetur vxori per mortem viri, ei debetur etiam si maritus occisus fuerit.*

19 *Omnis mortuus non dicitur occisus, sed omnis occisus dicitur mortuus.*

20 *Genus omnes suas species comprehendit.*

21 *Mors ciuilis differt a naturali.*

22 *Mors violenta idem operatur, quod naturalis.*

23 *Mors violenta apud Deum non dicitur fortuita.*

24 *Donatio morte violenta confirmatur, nisi donatarius causam illius mortis præbuisset.*

25 *Beneficium impetrans per mortem Titij, si fuit causa mortis Titij, beneficium non obtinebit.*

26 *Maritus occidens vxorem, ei succedere non potest.*

27 *Præmium consequens ex delicto alterius, illud habere non debet, si illud delictum fieri procurauit.*

28 *Statutũ dans præmium occidenti bannitum, illud consequi non debet, si dolose procurauit aliquem banniri, vt postea eum occidere possit.*

29 *Lucrum ex maleficio suo, vel culpa sua quis consequi non debet.*

C A P. XVII.

Sed dubitari posset quid, si dans pecunias non morte naturali, sed
1 accidentali, & violenta decederet, an officialis pecunias receptas lucraretur,

retur,& videtur dicendum quod nõ, quia verba, quæ solent apponi in eõtractu, eo decedente, vel moriente
2 debent proprie, vere, naturaliter intelligi,prout verba intelligẽda sunt, l. non aliter. ff. de leg. 3. l. fin. C. de his,qui veniam ætat.impet. Dec.cõs. 271. Debent igitur intelligi de morte naturali, non autem accidentali;
3 Mortis.n.appellatione non venit occisus. l. 1. §. occisorum, vbi Bar.dicit,quod ille proprie dicitur occisus, qui violenter mortuus est, non autẽ naturaliter. ff.ad Silenianũ.§. in qua actione. §.1. & in l. ait lex. in princ. ad legem Aquiliam, & in l. cum hic
4 status. §.si maritus de donatione inter virum, & vxo. vbi donatio, quæ morte viri confirmatur, non confirmatur si mortem sibi maritus intulerit; & propterea communiter dicunt Docto. quod appellatione mortis,
5 intelligitur de naturali. glos.in c. susceptum, de rescript. in 6. Moder. in l.ex parte.§.insulam.ff.de verb.oblig.
6 Alex.cons.2.lib.1.vbi dicit,quod naturalis causa non accidentalis est attendenda. l.qui habet, in princ. ff.dẽ tute.cap.requisisti.de testa.Fely.rub. de sponsa.num.2. Gomes. in reg. de impetran.benef. vacan. per obit. fami. Cardina. q.5. littera A. & bellissime declarat Marius Salamonius in l.Gallus.§. quid si tamen, de liberis, & posthu. Anchar. in Clement. 1. de pœnit.& remiss. nu.10.

Secundo illa verba, eo decedente, verificantur solũ in morte naturali. l. si decesserit.ff.qui sat.dare cog.Rebuf. in sua pract. in reg. de infir. benef. resign. glos. 11. pro quo facit, quod dicit Marsilius cons. 93. col. 2.
7 quod statutum de lucro dotis per mortem vxoris, non habet locum in morte violenta, illata per maritum vxori.Rolan.à Vall.in tract. de lucr. dot.q.95.nu.4.Mors.n.posita in conditione ab homine,intelligitur de na
8 turali non inflicta. l. ab hostibus. §. fin. ff. solut.matrim.Bald. cons.148. lib.4.nu.2.& cons.254.lib.2.in princ. Tertio, illa verba,eo decedente, vel moriente,sunt intelligenda immedia
9 te, prout verba intelligenda sunt. l. socium,qui. §.1. ff.pro socio. l.consilij.§.socij.ff.de reg.iur.Soci.in l.1.nu. 10. de verb. oblig. & sic debet intelligi de morte naturali immediata, non autem de morte violenta, quæ mediante facto hominis, prouenit. Bart. in d.l.1. §.occisorum;vbi dicit, quod occisus non dicitur mortuus naturaliter.

Quarto suadetur, quia si per mortem violentam, officialis sortem sibi datam lucraretur,vtique daretur materia delinquendi,quia officialis,auiditate lucri,posset mortẽ illi, qui pecunias ei dedit,machinari,& propterea facienda est restrictio, vt solum de morte naturali contrahentes intellexerint; iux. l. conuenire. ff. de pact. dota. & ea, quæ not. per Bart. & Bal.in l.eum lex. ff.de legibus: vbi
10 dicunt, quod verba restringuntur, vt occasio delinquendi tollatur. Ias. in l.3. ff.de iur. iuran. vbi dicit, non valere statutum, quando materiam
11 delinquendi præbet. Roland. a Vall. in tract.de lucr.dotis,q.61.
12 Contrarium tamen verius dici arbitror.Mors.n.dicitur,quoties anima separatur a corpore. l. si mater, ibi vel aliter defunctus. C. de instit. & substitutio. Bal. in tit.de pac.constan.in ver.diuina vocatione.Archid. in §. præsenti,de præben. & dign. sed per mortem violentam anima separatur

ratur à corpore igitur,& illa propria mors dicitur, vt etiam probat in l. hac scriptura. §. hoc ita, & in l. ait lex.& in l. ita vulneratus,in princ.ff. ad legē Aquiliam,& in c.studeat. 50. distinctio. & in l.si tibi.C.de donatio. ante nuptias. & in l. inter, in princ. de conditio. & demonstratio. vbi si dicatur,hæres meus, si moriatur Titius,ei centum dato: purum legatum est, quia non conditione, sed modo suspenditur, non potest .n. conditio non existere si mors solum verificaretur in naturali non violenta, vtique posset conditio non existere. ad not. Bald.cons.8. lib.4.Matth.de Afflict.lib. 1.constitutio.rub.73. nu.57. ibi in additio.

Secundo violenta dicitur etiam prouenire iudicio Dei. glos. instit.de
13 cap. diminutio. in verbo commutatio, in fin. vbi dicit, quod siue pater moriatur naturaliter,siue interficiatur, semper iudicio Dei venit; vnde æquiparat mortem naturalem,& violentam ex vulneribus illatam. Fely. in c.fin.de accusatio.Bal.in d.verbo. diuina vocatione.

Tertio facit, quod determinat Anchar.in Clemen.1.de pœnit.& re-
14 miss.vbi quærit,si stipulatus fui centum in casu, quo Titius moriatur, qui fuit violenter occisus, an erit locus stipulationi, & arguit ad partes, & tandem decidit esse locum stipulationi, & eum refert Barbat. in c. bonæ memoriæ, de postulat. Prælat. idem tenet Oldrad.in l.ex ea parte. §. insulam. ff. de verb. oblig.vbi Alberi. & idem Alberi. in l. gallus. §. quid si tantum .ff. de lib. & posthumis,& in l.proinde,ad l.Aquil. Io.Faber institut. de cap. diminut. §. 1. vbi etiam Aretin. Barba. in §. cato legis.4. ff.de verb. oblig. in additio. vbi pro ista opin. allegat tex.in cap. audientia, extra de accusa. vbi Hieron. loquitur de morte Abel.& tamē Abel occisus fuit,& sic etiam occisus appellatur mortu. Io. de Anania in c.fin.extra de homici. Soci. cons.62. num.12.lib.4.ideo quando fit mentio
15 de morte, intelligitur etiam de violenter illata. Bald. & in l.proinde. ff. ad leg. Aquil. Felyn. in c. fin. de accusat. Bald. in l.vulneratus. ff.ad legem Aquil. & mortis appellatione, continetur etiam interfectio. l. qui duos. §. primo, de reb. dub. Barba. in cap. Raynutius, de testamen. Bald. in consil.8. lib.4. Vnde ad effectum committendæ stipulationis, non refert quomodo quis sit a vita exemptus, sed solum consideratur, an sit exemptus. l. 1. §. causa. ff. de ædil. edic.Guliel.de Benedic. in d. c. Raynutius, in verbo, mortuo Testatore, de Testamentis. Ideo donatio
16 confirmatur morte, ne dum naturali,sed etiam violenta.Bal.in l.si tibi. C. de donatio. ante nupt. & in l. res
17 vxoris.C. de donat.inter vir. & vxo. & lucrum, quod debetur vxori propter mortem viri, debetur etiam si maritus occisus fuerit Matth.de Afflict.in const. Neapol.lib.3.rub.13.n. 12. per tex.in d. l. res vxoris,& in l. relegato,in fi ff.de interdict.& releg. Idem Afflict.lib. 1. constitut.rub.73. nu.57.vbi vult illam constitutionem etiam habere locum, si notarius interfectus fuisset.

Et tenendo hanc partem tanquam veriorem,contraria nō obstant,quia
18 mors violenta naturalis proprie dicitur, vt probatur expresse in d. §. occisorum. in verbo,quod si quis,vbi dicit,quod si quis veneno interfectus sit,

fit, vindicta mortis eius non pertinet ad Sen.Con.idē probatur in §.sequēti, vbi habetur, quod appellatione mortis venit etiā occisio, & in d.l.qui duos. §.1. vbi interfectus in bello dicitur mortuus, ad idē tex.in l.cū.§.si ambo.ff.de donatio.inter vir.& vxo. & in l.ab hostibus.ff.solut. matri.vbi pactum de lucrāda dote in casu mortis vxoris, non habet locum si vxor sit a marito interfecta, rationem assignat:quia non est æquum,virum ob hoc facinus dotem lucri facere, ex qua ratione infertur, quod si ab alia persona occisa fuisset, maritus dotem lucraretur. Nec obstat tex. in d.§. occisorum, & in l. qua actione, & in l. ait lex, quia fatendum est, quod appellatione occisorum non veniant naturaliter mortui. tex. est, & ibi glos. & Bal.in d.l. proinde : vbi
19 habetur,quod omnis mortuus nō dicitur occisus,sed contra omnis occisus dicitur mortuus, allegatur tex. Instit.ad l.Aquiliam,ex quo sequitur quod mortuus prædicatur de omni genere moriendi, & proprie cum ge-
20 nus proprie comprahendat suas species. l.si quid eorum.§.inter emptū. ff. de legat.3. Non obstat tex. in d.§. si maritus, quia ille tex. procedit quoniā propter delictum publicum, & capitale bona delinquentis publicātur, & fisco applicātur; & ideo non potest de suis bonis disponere, quia est effectus seruus pœnę.l.eius,qui.§. primo,de testamen. Docto.in l. eius, qui.C.qui testa.facere poss. Aliæ ve-
21 ro Doctrinæ procedunt in morte ciuili,quæ differt a morte naturali, & app. mortis naturalis nō venit mors ciuilis,sed bene venit mors violenta, quæ operatur idem, quod mors na-
22 turalis. glos. instit. de cap.diminut. Bal.in d.l.res vxoris,& mors violen-
23 ta,licet quoad nos dici possit fortuita,tamē apud Deū nō dicitur fortuita,sed præuisa.Afflict.in d.cōstit.rub. 73.nu.57.lib.1. Deus.n.sæpe mortem citius,&cōtra naturā cōtingere permittit,nostris exigentib. peccatis & demeritis. vt dicit glos.in c.quia forte,de appellat. & not. in c. qualiter, & quando, & secundo, de accusatio.

Tamen hæc vltima opinio non procederet, quando fundans se in morte violenta,dedisset causam mortis,tunc non procedit a pari, vnde licet morte violenta donatio confir-
24 metur, non tamen quando donatarius causam illius mortis præbuisset. Bal.in d.l.si tibi,sequitur Fely.in d.c. fin. Hinc dixit ibi Fely. quod si quis
25 impetraret beneficium vacans, vel vacaturum morte Titij, licet veniat beneficium vacans morte violenta, vt per Docto. in c. susceptum, de rescriptis in 6. tamen si impetrans fuisset causa mortis Titij,nō valeret impetratio,nec beneficiū obtinere posset;sequitur Rolan.à Valle in tractatu de lucr.dot.q.61.nu.10.

Hinc etiam dixit Bal.quem omnes sequuntur,in l.1.C.vnde vir.& vxor.
26 quod maritus occidens vxorem, perdit mero iure ius ei succedendi: sequitur & Dec. consil. 525. & ratio est,quia qui occidit, videtur sua culpa diuertisse : vnde nihil lucratur. l. consensu. C. de Repub. Bald. consil. 15. lib.5. Hinc etiam dixit Abb. in
27 cap. postulasti,in vlt.col. de concess. præben.quod si pro certo delicto per aliquem commisso ad certam personam eius bona peruenire debeant, si illa persona procurauit illud delictū, eius bona consequi non debet, subdens quoque, quod si ex statuto liceret

liceret impune bannitum occidere, quod dolose procurans aliquem banniri, vt eum postea occidere possit, non fruitur priuilegio impunitatis. cum Abb. transit Lanul. Dec. in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solut. matr. vbi dicit de facto habuisse in Ciuitate Senarum, & in Ciuitate Bononiæ. Guliel. de Benedic. in d. c. Raynutius, in verb. mortuo itaque testatore, nu.
19 166. Inconueniens enim esset, vt quis lucrum ex maleficio suo reportaret. l. relegatorum, in fin. de interdict. & ex malitia sua, & improbitate reportaret commodum. l. siue hæreditaria. ff. de neg. gest. l. itaque fullo. ff. de furtis, & ex sua culpa, de iure punibili, consequi non debet simul pœnam, & præmium. c. si quælibet. 22. q. 2. plura cumulat Rolan. a Vall. in d. q. 61. Guliel. de Bened. in d. cap. Raynutius, in verb. mortuo. nu. 25. 31. & 32. Propterea cessat, quod dicebatur pro cõtraria parte in 4. fundamẽto, quia si officialis delinqueret, nullũ consequeretur lucrũ; ideo occasio delinquendi minime considerari potest.

SVMMARIVM.

1 *Homines sunt proni ad malum.*
2 *Auaritia est radix omnium malorũ.*
3 *Mors naturalis quando dicatur.*
4 *Mors ex varijs causis procedere potest.*
5 *Mortis naturalis & violentæ descriptio.*
6 *Mors naturalis, ex quibus causis contingat.*
7 *Mors naturalis dicitur etiam siquis ob lætitiam, vel dolorem obiret.*
8 *Mortuus naturaliter dicitur, qui in carcere, vel in itinere decederet.*
9 *Mors naturalis etiam dicitur, quando mulier in partu decedit.*
10 *Mulier prægnans valetudinaria dicitur.*
11 *Infirmitas quid sit.*
12 *Mulieres ad id natæ sunt, vt pariant.*
13 *Mulieres grauidæ plura habent priuilegia remissiue.*
14 *Mulier decedens in partu, dicitur naturaliter decedere.*
15 *Officialis, si pecuniam recepit in societate super vita alicuius mulieris, si illa in partu decederet, & quando non sortem acquireret.*
16 *Causæ impulsiuæ, & finalis diffinitio.*
17 *Ex dictio causam proximam denotat.*
18 *Causa proxima, non remota est attendenda.*
19 *Quod mulier ex partu decesserit liquide probandum est.*
20 *Medicorum iudicio standum est, an mulier ex partu decesserit.*
21 *Medicis etiam sine iuramento creditur.*
22 *Maritus si causa fuit, vt vxor in partu decederet, lucrum ex societate non consequitur.*
23 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi mputandum est.*
24 *Culposus ex sua culpa commodum reportare non debet.*
25 *Culpa si non est ordinata ad casum, considerabilis non est.*
26 *Statutum contra turbantes Ciuitatem intelligitur principaliter, non secundario.*

CAP. XVII.

Ad tollendum tamen omne dubium, & quia homines sunt pro-
1 ni ad malũ, vt habetur Genes. c. 6. in princ. & cap. 8. in fi. maxime propter
2 auaritiam, quę radix est omniũ malorum. c. nam concupiscentiã, de constitutio. c. bonorum. 47. dist. c. quia radix

radix de pœnitentia distin. 2. & auarus sit insatiabilis. glos. in d.c.bonorum; ideo non sine ratione in contractibus similium societatum solet apponi clausula; cum pacto expresso, & conuentione, quod N. moriente, huiusmodi societate durante, morte tamen naturali, & non violenter illata, vel inflicta ab homine, telo, ferro, vel veneno, vel alias quomodolibet violenter inflicta, officialis superlucretur sortem principalem datam, &c. Et tali conuentione, & reseruatione plures quæstiones oriri possent; pri-
3 mo quando quis dicatur decedere ex morte naturali, cum multi sint modi, & casus moriendi, & hominum anxietates innumeræ, & repentinæ mortes; vt in Auth. de consanguineis, & vter. frat. §. si igitur, & Statius in Thebaide; Mille modis leti miseros mors
4 vna fatigat; Ferro, peste, fame, vinclis, ardore, calore; Mille modis miseros mors capit vna homines; vt refert Guliel. de Bened. in d.c. Raynutius, in verbo, mortuo itaque testatore, nu. 13. & 15. Ideo non potest sub vna regula cōprehendi, vt dicitur de mora, l. mora, in princ. ff. de Vsuris.

Morsq. naturalis secundum Philosophum in lib. de vita, & morte, vt
5 refert Guliel. in loco citato, nu. 6. est quando est in ipso animali; mors violenta est quando principium, scilicet corruptionis, extra fuerit, & ibi dantur exempla. Alij, mortem violentā, aut naturalem esse scripserunt: violentam, quę ferro, vel igne, vel aliquo casu infertur; naturalem, qua anima a corpore iam infecto separatur; vnde Bal. in c. 1. quibus mo. fęu. ammit. inquit, quod mortuus sua morte dicitur, qui ab alio nō est occisus. glos. in l. quæ sub conditione. §. quoties. ff. de condit. & instit. Bald. in d. cons. 8. dicit, quod mors naturalis dicitur duobus modis; vno modo vt distinguitur contra accidentalem, & hoc modo mors violenta, non dicitur naturalis; alio modo prout distinguitur a ciuile, & isto modo mors violenta dicitur naturalis; vel etiam dici potest, quod mors naturalis sit illa, quę absque facto hominis prouenit, vel si aliquod adfuit factum, non fuit ea intentione actum, vt mors sequatur, & propterea si quis decederet ex intēperie aeris, vel partu, vel epidemia, mors naturalis diceretur. Bald. in l. 1. C. de fruct. lit. expen. Vnde mors na-
6 turalis potissimum ex tribus contingit, videlicet ex infirmitate, ex senectute, vel ex alijs varijs causis. Tiraq. de nobilit. cap. 31. num. 367. vbi plures allegāt auctoritates medicorum, & nu. 556. vbi ponit differentiam inter mortem naturalem, & accidentalem: potest etiam mors naturalis euenire ex improuiso casu, & subitaneo, iuxta illud Ecclesiast. c. 9. Nescit homo finem suum: sed sicut capiuntur pisces hamo, & aues laqueo: sic capiuntur homines in tempore malo, scilicet in præmeditate, & præter intentionem. Foller. in sua pract. crimin. in verbo, dentur capitola. nu. 18. cum sequen.

Mors etiā naturalis dicitur, quan-
do quis propter nimiam lętitiam, vel
7 nimium dolorem, & cordis tristitiam decederet, & de pluribus exemplis, qui de talibus, ac similibus mortibus perierunt, habetur per Valerium Maximum lib. 9. de morte non vulg. & per Plin. naturalis historiæ lib. 7. c. 53. vbi etiam ponit, quod multi morte insolita, ac repentina obierūt. Vnde idem Plin. eod. lib. c. 3. cum exem-

plis Anacreontis Poetæ, qui acino vuæ passæ obijt, ac Fabij Senatoris Prætoris, qui in vno lactis haustu pilo strangulatus, memores esse fragilitatis humanæ docet.

8 Mortuus etiam naturaliter diceretur, si quis in carcere absque aliqua violentia decederet, vt dicit Bal. in l.1. in fin. C. qui ad liber. procla. non poss. idem si in itinere. Bald. & Alex. in l. si pecuniam. §. si accepit. ff. de condit. ob ca. dat.

9 Mors etiam naturalis dicitur, si mulier decederet in partu, vt dicit Bal. in d.l.1. C. de fruct. & lit. expen. mulier enim prægnās valetudinaria dicitur. l.2. §. sed si non propter. ff. si
10 quis cautio. Floria. in l. inuicti. ff. de testibus, quod tamen displicet Felyn. in cap. quoniam, de testib. num. 6. cum in d. §. sed & si differentia constituatur inter prægnantem, & valetudinariam, diffinitioque infirmitatis mulieris grauidę non conuenit, infirmitas est habitus cuiuscunque cor-
11 poris contra naturam. l.1. §. sed secundum. ff. de ædil. edict. qui tamen habitus contra naturam non inest mulieri grauidę, cum mulieres ad id
12 natæ sint, vt partus edant. l. quæritur. §.1. ff. de ædil. edic. cap. pudor. 32. q.5. mulieres tamen grauidæ plura habent priuilegia, vt not. per Gloss.
13 & Doct. in l. prægnantis. ff. de pœnis. & in l. Imperator. la 2. de statu hominum. Matth de Afflict. super constit. rub. 23. lib. 1. nu. 11. Marcus Mar. sing. 10.

Si pecuniæ igitur acceptæ ad societatem ab officiali super vita alicuius mulieris, si ipsa postea durante societate in partu decederet, of-
14 ficialis pecunias receptas superlucraretur, quia morte naturali decessisse diceretur. Bald. in d.l.1. De communi tamen stylo ad practicā, quando pecuniæ dantur, siue ponuntur in huiusmodi societate, super vita alicuius mulieris, solet dici, quod N. voluit pecunias esse positas super vita, & periculo talis mulieris morte sua naturali, & non violenta in forma &c. Nec ex partu, nec causa partus. vnde mors, quæ prouenit ex causa partus, licet naturalis sit, tamen est excepta: ideo si mulier ex
15 partu, vel ex causa partus decederet, stipulatio nō esset cōmissa, vt officialis pecunias nomine societatis receptas, ex tali morte superlucraretur: determinauit Rota, vt per Orad. in vna Romana societ. 27. Iun. 1569.

Requiritur tamen, quod partus esset causa finalis, non autem impulsiua mortis, vt patet ex definitione causæ finalis, & impulsiuæ, quam ponit Abb. in c. post translationem,
16 col. 5. de translat. Prælat. & etiam colligitur ex alia definitione. Bald. in l. generaliter. col. 5. C. de Episcopis, & Cleric. dum inquit, quod causa finalis est illa, propter quam aliquid principaliter conceditur; causa autem impulsiua est illa, quæ occasionem aliquam remotam præstat, in qua non fundatur effectus: vnde proprie non est de genere causarum, quia causa remota non attenditur in huiusmodi stipulatione, maxime propter dictionem, ex, quæ causam pro-
17 ximam, & immediatam, & non remotam, & mediatam denotat. Bart. in l.1. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & naufrag. Alex. consil. 49. nu. 3. lib. 5. Bart. Alex. Ias. & cæteri in l. non dubium. C. de legibus, & regulariter semper causa proxima, & imme-
18 diata attendi debet magis, quam remota,

mota, & mediata. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupill. l. si mulier, in princ. & ibi glos. ff. rerum amota. Paris. consil. 127. lib. 1. num. 4. Soc. Iun. consil. 123. num. 13. lib. 3. & quando in aliquo actu duæ concurrunt causæ, quarum vna sit immediata, & altera remota, tunc effectus attribuitur propinquæ, non autem causæ remotæ. Aymo. cons. 131. num. 15. & consil. 163. nu. 4.

Vnde si mulier decederet ante partum, vel post partum, non diceretur
19 ex partu decessisse, nisi hoc liquide probaretur, cum etiam ex alia causa obire potuisset; causa enim vbi requiritur ad essentiam actus, non sufficit illam habere pro subsistente, nisi vere causa subsistere probetur. l. si forte. ff. de castr. pecul. alias semper dici posset mulierem grauidam ex partu decessisse: si autem casus esset dubius, an mulier grauida, dum est in actu pariendi, vel post partum, decesserit ex partu, vel ex alia causa,
20 arbitrio medicorũ standum esset, vt habetur in cap. significasti, de homicid. arg. l. 1. §. 1. ff. de ventr. inspi. probatur per l. septimo mense. ff. de statu homi. & per l. semel. C. de re milit. lib. 12. Orad. in d. decis. Hinc dicunt Doct. peritis standum esse, ac credi debere in arte sua. Bart. in l. si in rixa. ff. ad legem Corneliam de sicar. & medicis etiam aliquando sine
21 iuramẽto creditur, vt dicit glos. in d. l. 1. §. primo, & in l. iusiuran. C. de testibus, & si plures non reperirentur dicto vnius, standum esset. Bart. in l. fin. col. fin. num. 12. ff. ad legem Cornel. de sicar.

Si tamen mulier, vel eius maritus, qui pecunias dedit, officiali causam
22 dedisset, vt illa mulier decederet in partu, vel ex causa partus, vt quia procurasset abortum facere, vel aliquid simile, & propterea mors sequeretur, tanquam à viro procurata, pecunias datas in societatem amitteret, per ea, quæ adnot. Soc. consil. 188. lib. 2. Hippo. in § & quia, num. 16. in sua practica, & in l. nihil interest. ff. ad legem Corneliam de sica. Carer. in sua practica, in §. homicidij, num. 74. & facit regula, quod damnum,
23 quod quis sua culpa sentit, sibi ipsi imputet. c. damnum, de reg. iur. in 6. l. quod quis ex culpa, ff. eod. tit. est tex. in l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euict. dum negatur illum compromittentem, cuius facto euictio sequuta est, non consequi commodum duplex, & si pretium rei non amittat, & ibi glos. culposus enim
24 ex sua culpa commodum reportare non debet. c. intelleximus: vbi Dec. de Iudicijs. Si tamen culpa mariti non esset ordinata ad mortem vxoris, considerabilis non esset. cap. quia diuersitatem: vbi glos. de concess. præben. l. non omne. de statu liber.

Hinc generaliter dici potest, quod mors naturalis, etiam quod ex causa, vel culpa ipsius morientis, vel officialis, qui pecunias in societatem recepit, prouenisset, tamen si causa esset remota, & culpa non esset ordinata
25 ad casum mortis, talem causam, nec culpam non esse considerabilem, vt de causa est tex. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupill. & in l. si mulier, in princ. vbi glos. ff. rerum amot. Bald. in Authen. ex testamento, in 13. opp. C. de collat. vbi habetur, quod causa remota, & mediata non attenditur, sed prox. & immediata. l. socium, qui. §. 1. ff. pro socio. Soc. in l. 1. de verb. oblig. num.

10. in quibuscunque enim hominum actionibus semper causa immediata, non autem mediata, idest secundaria, & per occasionem inducta attenditur. Fely. in c. solitæ, de maiorit. & obed. Dec. in c. fin. de confir. vtili, vel inut. & rub. C. qui admitti. De culpa vero iam dictum fuit, quod si non est ordinata ad casum mortis, non esset considerabilis, vt etiam adnot. Bart. in l. 2. §. fin. ff. si quis cautionibus. Fely. in c. cum inter. nu. 20. de exceptio. Ripa in c. 1. de iudicijs. Bal. cons. 145. lib. 3. nu. 3. Vnde dicunt Docto. quod culpa ad casum nõ ordinata non consideratur, nec ad pœnam, nec ad præmium, nec ad damnum, nec ad commodum: vt in d. c. quia diuersitatem, vbi Abb. & Docto. in d. l. non omne. & in dicto c. intelleximus. Bar. in l. sicut certo. §. inrerdum. ff. commodati. Rolan. a Vall. cons. 30. nu. 29. lib. 3. Bald. in l. 1. §. huius studij, in 3. col. ff. de iustitia, & iure. vbi dicit, quod sta-
26 tutum factum cõtra turbantes Ciuitatem, intelligitur principaliter, non secũdario, vel occasionaliter, & eum sequuntur Alex. cons. 113. in fi. lib. 2. & cons. 1. lib. 3. Ias. cons. 86. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Mors violenta, quæ dicatur.*
2 *Mors violẽta aliquando ex facto hominis, aliquando natura prouenit.*
3 *Officialis si est causa mortis violentæ, lucrum ex societate nõ consequitur.*
4 *Paria sunt occidere, vel causam mortis præbere.*
5 *Præmium, & pœnam ex eadem causa, quis consequi non debet.*
6 *Obligatio est restringenda, quando materiam delinquendi præberet.*
7 *Officialis si est causa violentæ mortis mediate non immediate, an sortem superlucretur. nu. 13.*
8 *Homicidium imputatur ei, qui dedit causam proximam non remotam.*
9 *Consilium dans ad maleficium punitur.*
10 *Nemo debet consequi præmium ex sua culpa.*
11 *Officialis mandans interfici illum, qui ei pecunias dedit super eius officio, illas non lucratur.*
12 *Causa immediata quando nil agit in absentia causæ remotæ, illa remota attenditur.*
14 *Delinquens perdit beneficium sibi concessum.*
15 *Officialis si lapidem ex domo proijceret, & casu occideret illum, qui ei dedit pecunias in societatem, illas non acquireret.*
16 *Aliud est damnum non pati, & aliud lucrum non acquirere.*
17 *Officialis dans venenum illi, qui ei pecunias in societatem dedit, si non constat ex veneno decessisse, an pecunias lucretur.*

CAP. XIX.

Mors autem violenta, vt dictum fuit, est illa, quæ ex ferro, ve-
1 neno, igne, vel ex aliquo alio accidenti violento prouenit, & ista non proprie dicitur naturalis. Bald. cons. 6. lib. 4. & talis mors aliquando ex facto hominis, & aliquando ex facto
2 naturę, videlicet fulminis, vt dicit Boss. in tit. de dictis, num. 10. si ex facto hominis, tunc si ex facto officialis, qui pecunias ad societatem recepit, sine dubio si officialis esset causa
3 mortis violẽtæ illius, qui ei pecunias dedit, vt quia eum interfecerit, vel interficere fecit, mandato, auxilio, consi-

consilio, aut fauore, vtique pecunias non lucraretur, inconueniens enim esset, vt ex delicto suo commodũ re portaret. l. relegatorum. in fin. de interdictis. c. si quilibet. 22. q. 2. l. siue hæreditaria. ff. de neg. gest. & nil in-
4 terest vtrũ quis occidat, an causam mortis præbeat. l. nihil interest. ff. de sicar. facit tex. in cap. 1. de officio deleg. & in cap. sicut dignum, de homic. & propterea etiam quod in conditione non esset apposita illa clausula, & non violenta illata, & inflicta ab homine, &c. attamen si officialis fuisset causa mortis violentæ illius, qui ei dedit pecunias nomine societatis, minime illas lucraretur, ne ex eadem
5 causa quis præmium, & pœnam consequatur, contra dictam l. siue hæreditariam. Bald. consil. 254. lib. 2. in princ. aliter talis conuentio materiã delinquendi præberet. Ideo necessa-
6 rio facienda est restrictio. iux. legem conuenire. ff. de pact. dotalibus, & ea, quæ not. per Bald. & Bar. in l. cum lex. ff. de legib. q. 5. Rol. à Vall. in d. q. 61. in tract. de lucr. dot. Bald. consil. 163. lib. 4. num. 5. vbi dicit, quod institutus sub conditione mortis, interficiendo grauatum, non facit existere conditionem mortis. prout si hæres occideret testatorem, successione priuaretur. Paul. conf. 26. lib. 3.

7 Sed quid, si officialis fuisset causa mortis violentæ mediate, non autem immediate, vt quia tantũ præstitisset consilium ei, qui omnino erat facturus homicidium in personam illius, qui pecunias dedit, an sortem lucraretur, & forte videtur dicendũ quod sic, quia causa immediata non mediata proueniente ex facto officialis considerari debet, cum effectus magis attribuatur causę proximę, quam remotæ. glos. in c. de cætero, de homicid. vbi homicidiũ imputatur ei, qui dedit causam propinquam, secus
8 si remotam. & causa remota delicti, delictum nõ operatur. Bal. in l. siquis non dicam rapere. col. 3. vers. iux. hoc incidenter cadit.

Contrarium tamen credo verius, quia isto casu causa remota ex se ip-
9 sa venit punienda: consulens enim obligatur, sicut ille, qui facit. Bart. in l. non solum. §. si mãdato. vers. veniamus ad persuasorem. ff. de iniurijs: vbi tenet, quod consulens obligatur, siue principalis erat alias facturus, siue non, est tex. in c. fœlicis, de pœnis in 6. Clemen. 1. eod. tit. Et licet Doct. dicant, quod si alias erat facturus consulens mitiori pœna punitur. cap. sicut dignum. §. qui vero. de homicid. glos. in §. ope. instit. de oblig. quæ ex delict. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrupto. Bal. in l. ob hæc verba. ff. de his, qui not. infamia: vbi Alberic. dicit communem Doct. in c. 1. de offic. deleg. Iul. Clar. lib. 5. senten. q. 85. tamen delictum est, quia consilium fraudulentum, etiam si damni dati causa impulsiua fuerit, punitur. Philip. Franc. in c. nullus, de reg. iur. in 6. Cagno. in l. consilij. de reg. iur. in princ. merito ex tali delicto, siue culpa, nec præmium, nec lucrum
10 consequi debet: cum nemo ex sua culpa de iure punibili prǽmium consequi debeat. l. verum. §. tempus. ff. pro socio. c. si quælibet. 22. q. 2. Dec. in c. cum inter, de except. nu. 23. & d. cap. intelleximus, de iud. nu. 5.

Hinc etiam dici potest si officialis mandaret vulnerari illum, qui ei pe-
11 cunias ad societatem dedit, si mandatarius eum occideret, lucrum consequi minime deberet, cum mandan-

do in culpa fuerit, & euenire posse,
vt occideretur, cogitare debuerit. c.
fin.de homicid.in 6. l. qui occidit. §.
in hac. ff. ad l. Aquil. Bald. in l. cum
mandati. C. mand. qui enim causam
damni dat, damnum dedisse videtur.
cap.fin ext.de iniurijs, & in hoc casu
attenditur euentus,& casus,qui sub-
sequutus fuit, non autem casus, qui
fuerat præsuppositus. l. aut facta. §.
euentus.ff.de pœn.

Idem etiam si officialis arma mu-
tuaret, quia licet arma sint causa
remota,tamē ex quo fine eis effectus
sequi non potuisset, & quando causa
immediata nihil agit, in absentia pri
12 mæ scilicet remotæ, illa remota at-
tenditur. Bal.in l.nō eo minus. nu.3.
C. de accus. & propterea generaliter
dici, ac concludi potest, quod quo-
13 ties officialis esset causa proxima,
aut remota, vel impulsiua ad mortē
violentam illius, qui ei pecunias ad
societatem dedit,eas lucrari non de-
bet,nec potest; probatur ex l.penult.
ff. de iur. dot. vbi iurisconsultus re-
spondit, socero non concedi priuile-
gium aduersum generum, ne ab eo
conueniatur, vltra quam facere po-
test, si socer spe dotis generum ad
matrimonium contrahendum indu-
xit,& cum sciuerit se dotem præstare
non posse,id egit vt genero insidiare-
tur,& probatur in l.vlt.§.fin.ff.quę in
fraud.credit. & faciunt not. per Co-
uarr.lib.2.variar.resolut.c.16.nu.9.

Si enim officialis non potest dare
mortem illi,qui ei dedit pecunias,vt
eas lucretur, nec etiam poterit face-
re aliquem actum, ex quo mors se-
qui possit, vt pecunias lucretur. iux.
not.in l.Seia quis. §.ea lege,de verb.
oblig.Aymon.cons.95.facit,quod di-
cit Soc. in l.Marcellus. §. res,quæ.ff.
14 ad Trebell. Nam delinquens debet
perdere priuilegium sibi indultum. l.
sed si ex ea parte.§.quamquā.ff.quod
cum eo.l.relegatorum,in fin.ff.de in-
terdic.& releg. l. auxilium. ff.de mi-
nor.si ergo perdit priuilegium, quod
habet, a fortiori, ex eo delicto, quod
non habet,lucrari non debet,ne com
modum reportet ex sua culpa, & ma
litia,contra. l.2.§.si quid tamen. ff.si
quis cautio. d. l.si dictum. §. si com-
promisero. ff. de euictio. & ibi glos.
Mars.sing.263.

Officialis igitur,si proijceret lapi-
dem ex domo sua, & casu illum, qui
dedit pecunias ad societatem occide
15 ret,non deberet pecunias lucrari,cū
illum occidere posse cogitare debue-
rit.d.l.qui occidit.§.in hac.ff.ad legē
Aquil.& licet forte criminaliter pu-
niri non posset,cum id acciderit prę-
ter eius intentionem, & vbi culpa
præcedit casum, non tenetur de ca-
su, quando culpa non fuit ordinata
ad casum subsequutum. l.non omne.
ff.de statu liber.l.si alius.§.&alia cau
sa.ff.quod vi,aut clam. Bar.in l.sicut
certo.§.sed interdum.ff.commodati.
Bal.cōs.145.casus talisest,lib.3.tamē
cōmuniter dicūt Doct. quod tenetur
legis Aquilię,per tex.in l.capitulum.
§.qui ob inimicitias, vbi ex negligen
tia eorum.ff.de pœnis. Ang.in tract.
malef.in verb.incendiario,nu.6.& in
emendatione damni solum culpa in-
ferentis damni cōsideratur. l. quēad-
modum.§.si nauis. ff. ad leg.Aquil. l.
si seruus.§.si quis.vers. . . eod.tit.l.
si vsusfructus.§.si pręteritis. ff. de v-
sufruct. Alex. in l. domo. ff. de leg.1.
Dec.in c.cognoscentes,nu.12. de con
stit. Gozad. cons.27. per tot. vnde si
tenetur pœna legis Aquiliæ,vt etiam
notatur in l.qua actione. §. si quis in
collut-

colluttatione.ff.ad legem Aquil.& ibi glos.& Doct. vbi omnes dicunt,quod licet non puniatur, tamen ad damnū tenetur; multo igitur minus præmiū siue lucrum consequi debet, nō enim sunt paria damnum,siue pœnam non pati,& lucrum non consequi. Rolan.
16 cons.21.n.58.lib.2. & aliud est damnum pati, aliud lucrū omittere. Bar. in l. Titia, in 4. opp. de verb. oblig. Bald.cons.182. lib.1. & fauorabilior est,qui agit de damno euitando,quā, qui de lucro captando.Bar.in l.ita sti pulati.ff.de verb.oblig.facit.l.Proculus in fi.de dam. infecto,& in l.fin.C. de iur.& fac.igno.Corn.cons.197.lib. 3.Soc.cons.19.lib.3.col.4. Si igitur officialis ad damnum teneretur, præmium consequi non debet.

Sed quid, si non constaret, quod ex illa causa mors sequuta fuisset, vt
17 puta, quia officialis dedit venenum illi qui dedit ei pecunias,sed non constat ex veneno decessisse, an officialis pecunias superlucretur? & videtur dicen. superlucrari debere, ex quo non constat ex veneno decessisse, vt expresse constare deberet, iux. tex. in l.1.§.item illud.ff.ad Sillan.l.si quādo,vbi Ias. C.vnde vi.Posset tamē potius dici ex veneno perijsse, quia frequentius hoc accidit, iux. tex. in l. si venditam.ff.de peric. como.rei vend. & cogitationes nostras accommodare debemus ad ea, quæ frequentius contingunt. Bal.in d.§.illud,& in cōs. 37. in princ.lib. . . Tamen ego crederem standum esse arbitrio medicorum per ea, quæ late adnot.Boss.in tit.de delictis.nu.4.cum sequen.

SVMMARIVM.

1 Officialis occidens lege permittente illum,qui super eius officio societatem contraxit,an sortem lucretur.

2 Occidens aliquem ad sui defensionem, pœnam non meretur.

3 Maritus occidens vxorem in adulterio repertam, lucrum dotis consequitur.

4 Vasallus offendens dominum,se defendendo,non punitur.

5 Officialis, si occideret illum, qui contraxit societatem super eius officio, postquam bannitus fuit,sortem habitam lucrari debet.

6 Officialis intentio inspicienda est.

CAP. XX.

POsset etiam dubitari,quid si officialis occideret illum, qui ei pe-
1 cunias dedit ad societatē super eius officio iuste,vel in casu a lege,vel statuto permisso, vt puta se defendēdo, vel quia inuenit illum cum sua vxore,vel cum filia in adulterio, vel quia erat bannitus; & in istis,& similibus casibus a iure permissis crederem of-
2 ficialem pecunias habitas lucrari; qui enim occidit aliquem ad sui defensionem, maleficium non committit.Bal.in l.data opera, col.4. C. qui accus. poss. vim vi repellere,& se defendere, omnes leges, & omnia iura permittunt.l.scientiam.§.qui cū aliter.ff.ad l.Aquil. l. vim vi, de iust. & iure c. significasti,il 2. in fine, de homic.Et ne dum pœna temporali, sed nec etiā pœna spirituali tenetur; vnde si Clericus,dum missam celebrat, ab aliquo aggressus fuerit,licitum est ei celebrationem dimittere, & defendendo occidere aggressorem, deinde ad altare redire,& celebrationē perficere.Abb.in c.Clerici,il primo de vita,& honest.Cleric.& in c.sicut dignum, de homic.isto enim casu,occi-

sus, videtur a se ipso occidi. Abb. in d. c. Clerici. Bal. in l. fi. de rer. diuis. plene Bald. cons. 111. lib. 4. vbi etiam dicit, quod non valet pactũ, quod non liceat se defendere, ideo dum excipitur de morte violenta, non debet intelligi de illa, quæ ei, qui dedit pecunias ex causa licita, & eo procurata prouenit. l. si serui vestri. C. de noxal. Bald. d. cons. 111. nu. 2. lib. 4. procederent tamen prędicta, quando defensio fuisset facta cum moderamine inculpatæ tutelæ: vt per Bald. in cons. 312. lib. 4. vbi declarat, quando defensio dicatur cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Idem si occideret illum, qui dedit pecunias, repertum cum vxore, vel filia in adulterio. iux. terminos. l. Gracchus. C. de adult. l. marito. l. si adulterium. §. penul. l. patri. l. nec in ea. ff. de adult. Ang. de malefi. in verbo. che hai adulterata: facit, quod communiter notant Docto. in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solut. matr. vbi dicũt, quod

3 si maritus occideret vxorẽ in adulterio repertam, consequitur lucrum dotis concessum a statuto, quia id facit lege permittente. Rip. in l. fin. C. de reuoc. donatio. q. 23. Franc. Hercu'a. in tractatu de cautio. c. 34. ad id etiã facit, quia licet vassallus sub pęna pri

4 uationis fœudi, non possit dominum offendere, tamen non punitur si a domino aggressus ipsum offenderet, secũdũ gl. in c. 1. hic finitur lex in fęud. facit. c. 1. qualiter dominus proprie in fęud. facit, l. quod ergo. §. si hæres. de leg. 1. Vbi licet debitor speciei nõ liberetur interitu ipsius, si ipse causam dederit, vt habetur in l. quod te. vbi Saly ff. si cert. pet. tamen liberabitur si defendendo, vel in adulterio cum vxore, vel filia deprehensum seruum legatum, vel alias debite occiderit. Guliel. de Bened. in c. Raynutius, in verb. mortuo testatore. nu. 40. de testam. Et propterea etiam si ille, qui dedit pecunias fuisset postea bannitus, & ex forma statuti occidi pos-

5 sit, si officialis eum occideret pecunias ad societatem habitas superlucrari deberet, quia id fecit lege permittente, intantũ quod non solum nõ potest puniri, sed præmium a statuto concesso consequi debet, immo etiam est securus in foro animę, etiam apud Deum, vt dicit Alex. in l. si plagij, in princ. ff. de verb. oblig. Petr. Duen. in reg. 68. limit. 2. Quod etiam procedit, si officialis promisisset eum non offendere, quia nec etiam tunc ad pœnam conuentam teneretur. Bart. in l. 2. C. quando liceat vnica senten. iudi. se vindi. vbi Alex. in apostil. & in l. qui seruũ. ff. de verb. oblig. Barbat. in c. cũ M. Ferrarien. de constitutio. Rip. in l. fi. C. de reuocan. donat. nu. 86. vbi dicit esse communẽ. Credo tamẽ, quod officialis intentio consideranda esset,

6 si enim occideret animo lucrandi, ex tali praua intentione lucrum consequi non debet, per ea, quæ adnot. Anchar. in repet. c. 1. de constitut. vbi dicit, quod ingressus domum alicuius animo furandi, si surripiat scriniũ in quo erant litterę proditionis Ciuitatis, hoc patefacto non solũ non consequitur præmiũ, sed nec etiam vitat pœnam furti, quia intentio fuit lucrandi, & ex malitia sua lucrum reportare non debet. l. siue hæreditaria. ff. de neg. gest. l. itaque fullo. ff. de furt. faciunt not. per Bart. in l. si quis in graui. §. verum. ff. ad Syllan. & in l. nulla macula. C. de delato. lib. 10. vbi Alex.

Si vero intentio non fuisset lucrãdi,

di, sed occidendi hostem Reip. hoc casu lucrum consequi deberet. arg. l. 2. §. postea. de orig. iur. Fely. in c. 1. de præsumpt. Bald. consil. 264. lib. 3. vbi pulchre: & in dubio potius præsumeretur causa lucrandi pecunias, quam causa occidendi hostem Reip. arg. c. omnes. 6. q. 1. Ant. Rub. in repetit. §. morte. l. non solum. n. 647. ff. de oper. nou. nuncia. Bar. in locis citatis.

SVMMARIVM.

1 *Mens contrahentium semper attendi debet. & nu. 17.*
2 *Beneficium impetrans per resignationem cum clausula, siue quouis alio modo, compræhendit omnem vacationem.*
3 *Clausula, vel alias quomodocunque, compræhendit omnem mortem violentam declara ut nu. 14.*
4 *Dictio, vel, ponitur inter diuersa.*
5 *Dictio, quoquomodo, est vniuersalis, & comprehendit omnes casus.*
6 *Dictio, quomodocunque, non recipit interpretationem restrictiuam.*
7 *Sermo vniuersalis ab homine prolatus, non recipit interpretationem, nec restrictionem.*
8 *A verbis contractus recedendum non est.*
9 *Dictio, quomodocunque, solum comprehendit alios similes casus expressos. nume. 11.*
10 *Promissio generalis a lege recipit intelligentiam. nu. 18.*
12 *In contractu societate quare apponatur illa clausula, nõ tamen violenta.*
13 *Ratio, quę sola assignari potest, pro expressa habetur.*
15 *Generalitas verborum non extenditur ad casum non prauisum, nec a iure permissum.*
16 *Verba generalia non alterant dispositionem, vt extendantur ad casum dissimilem, & habentem aliam rationẽ.*
19 *Verba generalia a ratione reguntur.*

C A P. XXI.

Sed suprad. & alię similes quęstiones forte procedere possent, quando in instrumento talis societatis nõ adesset illa clausula, quæ communiter apponi solet, quod interim N. decedente morte naturali, & nõ violenta illata, vel inflicta ab homine, telo, ferro, vel veneno, vel alias quomodocumque violenter inflicta. &c. Nam illa verba, vel alias quomodocumque, non debent esse sine effectu operandi. l. si quando. ff. de leg. 1. Bald. in rub. de contr. empt. vbi dicit, quod nec etiam syllaba sine effectu operandi in contractibus esse debet: semperq. etiam in contractibus mẽs contrahentium attendi debet. l. in
1 conuentibus. ff. de verb. signif. l. fina. C. quæ res pign. obl. possit. glos. in d. l. in venditione. ff. commu. prædio. vbi causa verborum, & mens contrahentium inspici debet. Dec. consil. 555. colum. 1. & cons. 697. col. 2. est etiam tex. in l. si ita stipulatus. §. Crysogonus, de verb. oblig. ad fin. ibi plerunque enim in stipulationibus verba, ex quibus oritur obligatio, inspicienda sunt: at ex verbis colligitur. quod mẽs illius, qui pecuuias dedit, fuit, vt tantum officialis lucraretur sortem sibi datam, si ipse morte natu rali decederet, non autem si ex morte violenta quomodocumque illata, vel inflicta; ad hoc facit, quãdo enim
2 quis impetrat beneficiũ per resignationem, cum clausula siue præmisso, siue quouis alio modo comprehendit omnem

omnem vacationem, vt tradunt Domini de Rota. decis. 711. incip. nota quod beneficia in anti. Dominic. & alij. in c. susceptum de rescriptis in 6. & sic in casu nostro per illa verba
3 quoquo modo omnes casus, per quos mors violēta secuta fuisset, comprehensi videntur, & solum officialis potest lucrari sortem ei datam in casu mortis naturalis. Dictio enim vel po-
4 nitur inter diuersa. l. ille aut ille. l. si hæredes plures. ff. de cond. & instit. & propterea illa clausula vel alias &c. comprehendit omnem mortem violentam, non autem casus specificatos. Alex. consil. 134. lib. 2. vers. hoc etiam apparet; vbi habetur, quod clausula generalis sequens casus specificatos non comprehendit. dictio
5 etiam quoquo modo in omni morte violenta verificari potest l. si plures. de leg. 3. Bar. in l. hoc articulo. col. 2. de hære. instit. cum enim sit dictio vniuersalis omnes mortes violentas comprehendit, vulgata. l. Iulianus. ff. de leg. 1. l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro. argen. legat. Immo talis dictio vniuersalis quoquo modo operatur, vt in tali exceptione complectantur omnes casus, ex quibus mors violēta sequeretur, licet forte alias nō venirēt. vt in l. 1. ver. quoquo modo. ff. de testa. milit. l. 1. §. quidam iūcta glos. in verbo quoquo modo. ff. de fid. con. liber. vbi habetur, quod propter illud verbum quoquo modo, dispositum in prohibitione alienationis, extenditur etiam ad alienationem factam ex causa necessaria, quę non solet cōprehendi sub simplici prohibit. l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. Dec. cons. 37. col. 2. & cons. 137. col. 2. & consil. 173. & cons. 613. col. 1. Ruy. consil. 20. lib. 1. Roland. consil. 5. nu. 48. lib. 1. Alex. cons. 30. in 6. dubio lib. 5. vbi dicit, quod per talem dictionem quoquo modo, veniunt etiam onera ratione belli, quę alias non venirent, vt dicit Saly. in l. serui. col. 3. C. de noxa, & importat maiora, quam sine expressa. And. Sicu. consil. 21. colum. penul. & consil. 35. colum. antepenul. lib. 4. Ias. consil. 6. lib. 3. Alex. consil.
6 95. lib. 7. & ista dictio quomodocunque, non recipit interpretationem restrictiuam, quam sine dicto verbo dispositio pati potuisset. Alex. cons. 193. colum. fi. lib. 2. & consil. 97. lib. 3. Ruy. cons. 109. lib. 1. & cons. 77. lib. 2. Ias. cons. 124. lib. 4. col. pen.

Sermo enim vniuersalis prolatus ab homine non recipit interpretationem, nec restrictionem. l. generaliter. §. vxori, ff. de vsufruct. legat.
7 vbi Bar. Roman. consil. 44. Dec. cons. 301. nu. 2. Ruy. consil. 96. col. penul. lib. 1. & dispositio vbi simpliciter, & indistincte loquitur, nos distinguere non debemus. l. 1. ff. de aleę lusu. Bar. in q. incipien. Iudex. per imperitiam nu. 2. & a verbis contractus receden.
8 non est Dec. in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. & ad hoc plures leges allegantur, videlicet l. stipulatus es, ibi secundum verba stipulationis. ff. de fideiussoribus. l. sancimus. ibi nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit. C. de fideiussore. l. vt inter, ibi iuxta pacti tenorem. C. de inutil. stipu. & alias plures ad id allegat And. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo libertus. nu. 6. & 7. C. de reuocan. donatio. Vnde cum contrahentes solum casum mortis naturalis exceperint, & in illo tantum casu voluerint officialem pecunias receptas superlucrari, sequitur, quod per alias mortes contrarium voluerint, per regulam

gulam, l.cum prætor.ff.de iudicijs,& c. nonne, de præsumptio. si enim per mortes violentas, quæ sine culpa dantis pecunias, vel alias nec facto officialis prouenirent, voluissent officialem sortem sibi datam superlucrari, vtique expressissent, prout de morte naturali, & cum non fecerint, exclusæ non censentur, sed sub illa generalitate verborum, vel alias quomodocunque cōprehendi voluerunt, vt probant plura iura à Tiraq. allegat. in d.l.si vnquam, in verbo libertis.num.3.

His tamen non obstan.contrariam sententiam magis veritati amicam tenendam esse censeo, quia illa clausula, vel alias quomodocunque &c. non comprehendit casum, quando mors violenta procederet ex culpa illius, qui sub nomine societatis pecunias officiali præstitit, sed solum facit alios similes casus expressos com
9 prehendere: nam fuerunt expressi casus a regula generali, quando quis morte violenta, telo, ferro, vel veneno decederet; dum postea subiungitur, vel alias quomodocunque inflicta, &c. scilicet, lapide, fuste, pugno, suffocatione, proiectione in flumen, & similibus, ab homine allatis absque tamen culpa, & facto dantis pecunias, & absque permissione legis. Quælibet enim promissio, siue stipu-
10 latio intelligentiam a lege recipit; vnde illa clausula, vel alias violenter illata, licet generalis sit, ab illa generalitate excipiuntur casus a iure except. iuxta doctr. Bart. in l.quodam cum filium.ff.de verb. oblig. vbi ait, quod promissio, quod donans non reuocabit donationem, recipit intelligentiam iuris, scilicet non reuocabit, nisi in casibus a iure concessis, facit l.libertus.ff.de oper.libert. Rip. in l.si vnquam.C.de reuocan.in prin. num.11. vbi plene Tiraq. in fin.dicit, quod in qualibet promissione, siue oblig. semper intelligi debet, nisi ex legitima causa, vel leg. permittente eueniat, per not. per Bar. in l.societatem. §.arbitrorum.ff.pro socio. & licet illa clausula, vel alias quocunque
11 modo, non comprehendat casus iam specificatos, sed alios: tamen solum comprehendit alios casus similes expressis, non autē dissimiles, aut maiores, vel grauiores, scilicet, sed & si quis.§.quæsitum, vbi Docto. ff.si quis cautio. l.fin. §.cui dulcia. ff. de vino, trit.legat. cap.sedes, de rescript. vbi Docto. & max. Felyn. prout in casu nostro eueniret, si mortem violentā, quæ ex facto, & culpa dantis pecunias comprehenderet. Suadetur: nā talis contractus societatis permittitur, & licitus reputatur propter vitæ periculū quòd suscipit ille, qui pecunias ad societatē super officio ad suā vitā præstat, alias si tale periculū nō subiret, cōtractus minime licitus foret, vt sup.dictū fuit, sed ne officialis
12 postea vitæ illius, qui sibi dedit pecunias insidiaret, in cōtractu apponitur illa clausula, non tamen violenta: & cum ista ratio solum assignari possit, pro expressa haberi debet; &
13 ab illa argui potest. glos. sing. in l. quamuis, vbi Bal. & alij. C.de fideicom. & plene habetur per Tiraq. de retrac.ligna. §.27. in glo.1. num.19. quæ ratio cessat, si dans pecunias sibimet mortē consciceret, vel culpā, vel causam daret, vt ab alio interficeretur, & hi casus verisimiliter non fuerunt a cōtrahentibus considerati, cum de raro euenire soleant; ideo remanent sub periculo mortis naturalis

lis cum etiam mors violēta, naturalis etiam dicatur, dum postea excipitur de morte violēta illata ab homine, sub tali exceptione non comprehenditur mors violenta, quæ prouenit ab illo, qui pecunias dedit, vel à lege permittente, quia de illa verisimiliter a contrahentibus cogitatum minime fuit. l.qui cum tutoribus, in fine. l.mater decedens. ff.de inoff.testam. & facit quod adnot. Bart. in l. qui Romæ. §.duo fratres. ff.de verb. oblig. & quamuis illa clausula, quoquo modo, sit apta comprehendere omnem mortem violentam, non ta-
14 men videtur cōprehendere mortem violentam incogitatam. l.si libertus. ff. de oper. libert. nota. in c. quintiuallis, de iureiuran. Bart. in d. l. si societatem. §. arbitrorum. vnde qui suscipit in se omne periculum, etiam cum iuramento non videtur, suscepisse in se casum non cogitatum, & insolitum, secundum Bar.& communiter Scriben. in l. sed si quis. §.quæsitum.ff.si quis cautio. Canon.in c.1. de deposit. Alexan.consil.28.lib.1. & cons.31.lib.2. facit tex.in l.in oblig. generali ff.de pignor. c. fin. de offic. Vica.lib.6. c.2. de pœn. eod.lib. late Iaco.Mandell.cons.1. per totum.

Generalitas etiam verborum non extenditur ad casum non verisimili-
15 ter præuisum, nec ad casum de iure non permissum. Rip.in d.l.si.vbi etiã Tiraq. Io.Ceph.cons.115.nu.6. lib.1. nec etiam extenditur ad ea, quæ sunt diuersa naturæ. Ægid.decis.328. Fel. in cap.sedes, col.4.vers.& pro hoc.de rescrip.Diuersum enim est, quod quis ab alio occidatur, vel quod ab eo, quod quis sibi mortem consciuerit, vel causam proximam ad mortem
16 dederit: verba etiam generalia, & vniuersalia nõ alterant, nec ampliãt principalem conuentionem, ad effectum, vt conuentio facta in aliquibus casibus, extēdatur ad casum dissimilem, & habentem aliam rationē. per tex. in Clem.1.in fin.de concess. præben. Dec.cons.413.nu.7. & cons.500. nu.9.& cons.373.nu.14. Paris. consil. 110.nu 102.lib.1.& cons.75.num.35.
17 lib.2. Verisimilisq. etiam mens contrahentium magis attendenda est, quam verba. l.fin. C.quæ res pigno. oblig.poss.l.in conuentionibus. ff. de verb. signif. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.cap.inspicimus, de reg.iur.in 6. & plene Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, libertis, nu.58.C.de reuoc.donat.& ratio præfertur verbis.c.sedulo.38.q.3.& de verbis non est curandum, sed ratio attendi debet. Socin. cons.35. col.3.lib.1. vnde cum ratio, ex qua mors violenta incepta est, nõ extendatur ad mortem violentã, quæ prouenit ex culpa illius, qui pecu-
18 nias dedit, vel ex permissu legis, igitur verba, & si generalia sint, ad illas extendi minime debent, cum a iure communi interpretationem recip. l. quæro. §.inter locatorem. ff.locati.l. quidam cum filium. ff.de verb.oblig.
19 & a ratione reguntur. l. cum pater. §.dulcissimis.de leg.2.l.mulier. ff.solut.matr. & ratio ampliat, ac restringit dictum. d. §.dulcissimis, plene in l.fil.famil.§.diui.ff.de leg.1. & ex his patet, quod allegata sup. in contrarium non obstant.

SVMMARIVM.

1 *Dans pecuniam in societatem, si se ipsum interimeret, officialis sortem lucraretur. & nu.15.*
2 *Inclusus intelligitur, quod nõ excipitur.*

Verba

3 *Persona, ad quam loquimur, non intelligitur excepta in generali sermone.*
4 *Verba indefinite prolata sunt generaliter intelligenda.*
5 *Qui sibi mortem consciuerit, non dicitur occisus, nec mortem violentam ei illatam esse.*
6 *Statutum dans prēmiū reuelanti bannitum, bannitus, si se ipsum reuelet, præmium non consequitur, & nu.* 8.
7 *In generali sermone personæ stipulantis non comprehenditur.*
9 *Inter agentem, & patientem differentia esse debet.*
10 *Verba generalia ad causam restringi debent.*
11 *Causa exclusionis mortis violentæ, quæ fuerit.*
12 *Persona occisi a persona occidentis distingui debet.*
13 *Bona illius, qui sibi mortem consciuit, quando confiscantur.*
14 *Officialis præfertur fisco.*
15 *Ille, qui sibimet manus intulit, puniendus est.*
16 *Mortuus repertus in puteo, non præsumitur, quod ipsemet se præcipitauerit.*

CAP. XXII.

PRopterea si mors violenta ab ipso, qui pecunias super suā vitam
1 dedit super officio, nomine societatis prouenisset, vt quia se ipsum interfecisset, licet generaliter mors violenta excepta fuerit, & ideo videatur etiā mors ab ipsomet illata comprehensa, quia quod non excepitur, intelligi
2 tur includi. c.si euangelica.55.distin. c. ex litteris, de iurepatron. Vnde in præcepto, non occides, non intelligitur exceptus ipse, cui præcipitur. c.si
3 non.23. q.5. & persona, ad quam loquimur, nō intelligitur excepta in ge
4 nerali sermone.l.Paulus.§.fi.ff.de pigno. & verba indiffinite prolata generaliter intelligenda sunt. 31.q.1.c. si dormierit. Tamē in proposito dicēdū est officialē sortem ei datam in societatem lucrari, quia talis mors violenta a se ipso illata, comprehensa in excep. minime videtur, exceptio .n. mortis violētę intelligitur de ea, quæ infertur ab extraneo, non a se ipso. l. qui insulam.§.colonus, vbi Bar. ff.locat. Bald.cons.395.col. 1.lib.2.

Nam primo iste non potest dici occisus, quia ille dicitur occisus, qui vt ab alio occisus est, l.1. §. occisorū.ff. ad Sylla. verbum, occisus, venit a cedo, cedis, vt probatur in l.ita vulneratus.ff.ad l. Aquiliam, ille enim qui se-
5 ipsum suspendit, vel interficit non dicitur occisus, nec mortem violentam fore ei illatam, sed dicitur mortem sibi consciuisse.l.3. ff.de bon. eorum, qui sibi mortem consciue. & facit, quod dicit Bart. in l.1.§.si tibi.ff.de condict. ob turp. causam. Matth.de Afflict.in constit. Neapol. lib. 1. rub. 27.nu.30. hinc videmus, quod in iure nostro distincti sunt tituli. ff. de sicarijs, & ff.de his, qui sibi mor.consciue.

Secundo dum in exceptione dicitur de morte violenta, debet intelligi ab alio illata, non autem a semetipso, per ea, quæ dicit Bar.in d.§.si tibi, quod stante statuto, de dante præmium reuelanti bannitum, vel malefactorem, non intelligitur de ipsomet malefactore, si se ipsum reuelat. Bal. in l. 3. C.de condit.ob turp. causam. Lud.Roman.in l.si quis in graui.ff.ad Sylla.Matth.de Afflict.vbi supra.

Tertio cum dicatur ab homine illata, vtique non potest intelligi ab ip

so

6 so dante, tum quia in generali sermone persona stipulantis non comprehenditur. l. Paulus. §. fin. vbi glos.& Bar.ff.de pignor.l.inquisitio. C.de solution.vbi Bal.& Saly.Grammat.cõs. 2. nu.13. post decis. tum quia debet esse differentia inter agentem, & patientem, vt inquit Bero. in c.quæ in
7 Ecclesiarum.de constit.nu.122.& ibi late Fely. & communiter dicunt Docto. quod si statutum concedit præ-
8 mium interficienti bannitum, si bannitus se ipsum interficeret præmium statuti non consequeretur, immo nec euitaret pœnam de his, qui sibi mortem consciuerunt, vt per Dec. in l.2. C. qui testamen. facere poss. Curt. Iun.cons.182. Et licet mors violenta
9 generaliter exclusa fuerit, tamen talis exclusio debet ad causam eius restringi. l.cancellauerat. ff. de his, qui testam..delentur. sed causa exclusionis mortis violentæ fuit, ne officialis
10 vitæ dantis pecuniam insidiaretur: igitur debet restringi ad mortem violentam, quæ proueniret aliunde, quã ab ipsomet dante pecunias: cum etiã verba in exceptione posita, ad talem mortem adaptari non possint, cũ dicatur non violenta illata, vel inflicta ab homine: nam ista verba videntur designare mortẽ violentam illatã ab alia persona non a se ipso, ita vt persona occisi a persona occidentis distinguatur, vt in simili adnot. Corn. cons. 195.lib.2.Dec.cons.438.num.6. Et licet se ipsum occidens puniatur, ac in præcepto, ne occidas, cõprehen datur, est, quia nemo est dominus mẽ
11 brorum suorum, & si punitur, multo magis non debet posse officiali præiudicare.

Sed in hoc animaduertendum est, quia si dans pecunias ad societatem, se ipsum interficeret, propter cõsciẽtiam alicuius perpetrati sceleris, vt de C. Licinio legitur apud Valerium
12 Max. lib.9. bona ipsius tunc ipso facto confiscarentur. l. 3. ff. de bonis eorum, qui sibi mor.consciu. vbi Bar. Ias.in l.2. num.2. C. qui testam.face. poss. & propterea controuersia tunc esse posset inter fiscum, & officialem, quæ tamen ad fauorem officialis re-
13 soluenda esset, quia statim pecuniæ fuerunt irreuocabiliter acquisitæ ipsi officiali ob mortem dantis sibi pecunias super vita ipsius, ex quo sua culda eas amisit, & ideo fiscus illas apprehendere non potest tanquã illius, qui sibi mortem consciuit, postquam tunc non erat illius, sed officialis irreuocabiliter; sed si ille, qui dedit pecunias in societatem officiali non ob conscientiam criminis, sed tedio vitæ se interficeret, vt de Annibale, & de Catone legitur apud Valer. Max. lib.3. vel de Empedocle, qui in ignem se coniecit, vt dicit glos. in l. si quis filio exhæredato. §.eius, qui, in verbo iactationis, de iniusto testam. vel si se proiecit in flumen, vel veneno, vt in c. ex parte, il 2.de sepul.& isti etiã à l. damnantur, vt in l.qui rei. §. sic autem distinguen.ff.de bonis eorum, qui sibi mor.consciue. vbi ita legitur,
14 merito si sine causa sibi manus intulit puniendus est, qui cum sibi non pepercerit, multo minus alij parceret habetur in c. displicet, vers. noli ergo iam dicere. 23. q.4. late in c. si non licet, & in c. tu dixisti, & in c. non est nostrum, & in c. placuit. 23. q.5. plene Rolan. à Valle cons.21. nu.15. lib.3.Guliel.de Bened.in cap.Raynutius, in vers. si bona eius non publicantur. Corn. cons.195. lib.2. Dec. cons.438. Paris. consil.155. lib. 4. & propte-

propterea in his casibus officialis fu-
15 perlucraretur, ac si esset mortuus naturaliter, vt est tex. iuncta glos. in l. si quis filio exhæredato. §. proinde. ff. de iniusto nupt. testam. facit tex. in l. si quis fugitiuus. §. idem interrogatus. vers. nec eum quidem fugitiuum. ff. de ædil. edic. cum §. seq. Et in dubio quis tædio vitæ se interfecisse præsumitur. Bar. in l. fin. ff. de his qui sibi mortẽ consciue. Alex. & Dec. in d. l. 2. nec in dubio præsumitur, quod quis sibi mortem intulerit, sed
16 debet probari; vnde si aliquis repertus fuerit mortuus in puteo, nõ præsumitur, quod ipse se præcipitauerit. Dec. in d. l. 2. n. 13. & in cõs. 438. & propterea si officialis diceret seipsũ in puteo proiecisse, deberet hoc probare.

SVMMARIVM.

1 *Officialis si se defendendo occiderit illum, qui ei dedit pecunias sub nomine societatis, sortem acquireret.*
2 *Promissio de non offendendo recipit ex mente legis conditionem, nisi promittens prouocatus fuerit.*
3 *Promissio indẽnitatis ab omni lite intelligitur, nisi his sua culpa euenerit.*
4 *In qualibet dispositione intelligitur clausula, rebus in eodem statu permanentibus.*
5 *Conductor non tenetur de casu prouenientes ex culpa locatoris.*
6 *Damnũ in societate ad ipsum spectat, cuius culpa contingit.*
7 *Officialis ex culpa sibi dantis pecunias damnum sentire non debet.*

CAP. XXII.

Hinc etiam dici potest, si officialis se defendendo, & absque ta-
1 men inculpata tutela illum, qui ei pecunias dedit sub nomine societatis, interficeret, sortem habitam lucraretur, vt supra dictum fuit, & probatur ex illa communi conclusione, quæ se
2 habet, quod promissio de non offendendo ex mente legis recipit conditionem, nisi is, qui spopondit, prouocatus fuerit. Bart. in l. 1. ff. si quadr. pau. fecis. dica. & in l. aut facta. ff. de pœn. & in l. verum, de furt. Bald. cons. 195. lib. 2. Alex. cons. 19. lib. 1. & consil. 115. lib. 4. Corn. consil. 51. lib. 1. & consil. 42. lib. 2. Aymo. cons. 244. lib. 2. Rip. in d. l. fi. C. de reuoc. donat. ita etiam in casu nostro exceptio de morte violenta, recipit tacitam conditionem ex lege, nisi mors violenta à dante pecunias peruenerit.

Secundo probatur per not. per Soc. consil. 70. lib. 3. vbi dicit, quod
3 promissio facta indemnitatis ab omni lite mouenda alicui, intelligitur, nisi lis sua culpa euenerit, seq. Cagno. in l. quod quis ex sua culpa. ff. de reg. iur. & promissio de non offendendo, intelligitur, nisi culpa offensi accedat. Bald. in l. 2. C. de naut. fen. Bart. in d. l. 1. & in d. l. aut facta; & generale est, quod in qualibet dispositione, siue legis mortuę, siue viuę, si-
4 ue hominis etiam vniuersalis, & iuramento vallata intelligitur semper clausula, rebus in eodem statu permanentibus, & nisi culpa stipulatoris eueniat. l. quod Seruius. ff. de cõd. ob causam. l. fi. ff. qui sat. dar. cog. c. quemadmodum, vbi Docto. de iure iur. Dec. consil. 35. num. 6. & cons. 352. nu. 7. & propterea communis est conclusio, quod & si conductor in se
5 omne suscipiat periculum, tamen nõ tenetur de periculo culpa locatoris eueniente. d. l. 2. l. qui officij. §. fin.

ff. de

ff.de contr.empt.Rom.fing.585.Rip. in tracta. de pefte, de priuil. contr. caufam peft.nu.87.

Tertio probatur ex regula vulgata, quod damnum fua culpa contingens fibi, & non alteri imputari quis debet. d. l. quod quis ex fua culpa, vbi Doct.& in c.damnum,de reg.iur.
6 in 6.& expreffe in focietate damnũ ad ipfum fpectat, cuius culpa contingit.l.cum duobus. §. damna,ibi fi dolo,vel culpa.§. quidam faginariũ. ff. pro focio. Petr. de Vbal.de fociet. 8. par. princ. quæft. 1. verf. fi autem culpa focij: facit tex. in l. qui fidem. ff. de tranf. & in l.fi ex legati, & in l. fi verbum. ff.de verb. oblig. & in l. venditor, cum fequen. ff. de peric. commod.rei vend. & in l.fi pignus.ff. de pigno.actio.in l. maritus. §. fi vir. ff. folut. matr. iniquum, ac iniuftum
7 effet,vt officialis ex culpa dantis fibi pecunias grauaretur, & ad reftitutionem fortis teneretur,contra l.fiue hæred. ff. de neg.geft.l.ex duobus, in fin. ff.eod.l.1.in princip.ff.de alienat. iud.mut. caufa fac. l. fi quis in fuo. §. legis. C. de inoff. tefta.& refragatur iuri naturali. l. 1. C. vt nulli ex vic. lib. §.1. quoniam vero, in Auth. vt nulli iudic.

SVMMARIVM.

1 *Dans pecunias officiali fub nomine focietatis fi proficifcantur ad bellũ, ibidemque decedant; an officialis lucretur pecunias fibi in fortem datas.*

2 *Ad bellum proficifcens, dicitur fe periculo exponere.*

3 *Culpa non ordinata ad cafum, non nocet.*

4 *Dans operam rei licita, nil ei imputandum eft.*

CAP. XXIII.

Sed quid fi dans pecunias officiali ad focietatem, ad bellum profectus effet, ibique morte violẽta periret, dici forte poffet officialem pe-
1 cuniam fibi datam fuperlucrari debere, cum talis mors culpa dãtis acciderit, quia in locum periculofum, & ad bellum acceffit, vbi folent homines facile ferro perire, iux.not.per
2 Anton. de Butr. in c. quia frequenter, vt lite non contefta. Et de illo, qui vadit ad bellum loquitur Abb. in c. paftoralis. §. præterea de officiali ordina. & idem de intrante in domũ peftiferam; de quibus, omnibufque etiam loquitur Bar.in tract.de tefta. verf. mortuo. & in fi. de infam. Cardi. in Clem. 1. in princip. & in fin. de pœn.

Sed contrariũ verius dicitur,quia etiam fi dans pecunias eundo ad bellum in periculo vitæ fe exponat, tamen quia talis culpa non eft ordina-
3 ta ad caufam mortis violẽtæ, fed honoris;igitur talis culpa ei non nocet. Bart. in dict. l. 2. §.fin.ff.fi quis cautio.& fup. late dictum fuit;& fi diceretur, quod etiam in fuperiori cafu, quando dans pecunias fuiffet occifus ab officiali fe defendendo, non fuit culpa ordinata ad illum cafum, refpondetur, quod tunc dans pecunias amittit, quia culpa præceffit cafum, & dabat operam rei illicitæ; & propterea ipfi imputãdum eft. c.tua, etiam ibi not.de homicid. l.fcientiã. §.fin. ff. ad legem Aquiliam, & not.
4 Bart.& alij in l. 1. ff.de legibus, fed fi dans pecunias ad bellum acceffit, nõ eft ei aliquid imputandum,quia operam rei licitæ dedit, c. dilectus, de homic.

homic. l. si putator. ff. ad legem Aquil. §. item si putator. instit. eod. tit. qui enim dat operam rei licitæ, non est ei imputandum, si aliquid mali inde sequatur. c. sæpe. distinct. 50. c. de occiden. 33. q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Dans pecunias in societatem, si accessit ad bellum, & per multos annos stetisset, quod nil de eo auditum sit, an præsumatur mortuus ex morte naturali, vel violenta.*

2 *Mortuus præsumitur, qui ad bellum profectus est, vel in longinquas regiones, & de eo aliquod nouum non habetur, & non reperitur.*

3 *Mortuus præsumitur post lapsum quinquennium ab illo tempore, quo de eius vita dubitatur.*

4 *Vxor tenetur expectare virum per quinquennium, postquam de eius vita dubitari cœpit.*

5 *Mors non præsumitur, nisi probetur. & nu. 12.*

6 *Vita præsumitur durare vsque ad centum annos, & nu. 8.*

7 *Mortuus non præsumitur, nisi de morte certus nuncius adsit.*

9 *Mortem probare tenetur, qui in ea se fundat.*

10 *Procurator quando teneatur probare vitam domini.*

11 *Vita potius, quam mors præsumitur.*

13 *Hæres dantis pecunias quando mortem probari teneatur illius, de cuius vita dubitatur.*

14 *Paria sunt non esse, vel esse, & non apparere.*

15 *Hæres tenetur probare mortem, & qualitatem mortis.*

16 *Qualitas quando est causa actionis, illam agens probare tenetur. & numero 23.*

17 *Mors qualiter probetur.*

18 *Mors naturalis potius, quam accidentalis præsumitur.*

19 *Mors in homine naturalis est.*

20 *Accidens debet probari per illum, qui in accidenti se fundat.*

21 *Mors ex pluribus causis accidere solet.*

22 *Hæres dantis pecunias in societatem, mortem violentam probare tenetur.*

24 *Mors violenta quando præsumatur.*

25 *Visus intrare in bellica clade, nec visus exire; an præsumatur mortuus.*

CAP. XXIV.

Dubitari etiam posset, quid si ille, qui pecunias officiali sub
1 nomine societatis dedit, ad bellum, vel trans mare, aut ad longinquas partes accederet, & per multos annos de eo nihil auditum esset, an præsumeretur mortuus ex morte naturali, vel violenta; ista quæstio potest diuidi in duas partes; prima est an præsumatur mortuus; secunda præsupposito, quod ita sit, an præsumatur mortuus ex morte naturali, vel violenta.

Circa primum videtur dicendum, quod si dans pecunias ad bellum,
2 vel in longinquas partes iuit, & non reperitur, & de eo aliquid noui non habetur, mortuus præsumitur. per not. per Bart. in l. si certus. §. si vnius. ff. ad Syllan. & est tex. in l. fin. §. si quis in bello. ff. de infam. vbi Bart. & Bald. dicunt, quod præsumitur mor-

F tuus

tuus ille, qui fuit in bello, & postea non comparet, & non reperitur, nec viuus, nec mortuus, vt & adnot. Bart. Bal. & Ang. & omnes, in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. testam. aper.
3 Bar. in tract. de test. ver. mortuum, & in tract. qualiter prob. mors. dicit, quod si per mundũ cœpit vagari iuuenis bellicosus, si ab eo tẽpore, quo cœpit de vita eius dubitari, lapsum sit, quinquennium ex hoc solum probatur, & præsumitur mortuus: quia
4 hoc Iustinianus in muliere volente transire ad secũda vota approbauit, si tanto tẽpore expectauit. l. vxor. C. de repud. Alex. cons. 4. n. 18. lib. 2. Maranta. in l. eis potest. nu. 141. ff. de acqui. hæred. Soc. Iun. cons. 26. lib. 2. & licet in muliere volente transire ad secundas nuptias per posteriores leges derogatum fuerit: vt in Auth. hodie. C. de repud. & in c. in præsentia, de sponsal. vbi Docto. id tamen est quantum ad Matrimonium, quæ est causa nimis grauis prĳudicij, cũ non possit in eodem statu se poni, secus forsan est in alijs causis, & de iure Longobardorum, mors probatur, & præsumitur eo ipso, quod stetit per triennium extra Prouinciam. Maran. in d. l. eis potest. nu. 147.

In contrarium tamen facit, quod mors cum sit quid facti, nõ præsumi-
5 tur, nisi probetur. l. in bello. §. facti. ff. de capt. postlim. idque præsertim, cũ
6 vsque ad centum annos quis viuere præsumatur. l. fin. vbi Docto. C. de Sacr. sanct. Eccl. l. nam vsusfructus, in fi. ff. de vsufruc. c. in præsentia, de spõsal. vbi Docto. glos. in l. 2. §. si dubitetur. vbi Bart. ff. quemadm. testa. aper. & in l. sed si de sua. ff. de acqui. hęred. Dec. cons. 304. nu. 4. & cons. 535. vbi dicit communem. & Ang. in d. l. sed si de sua; tenet, quod non sit necessarium vitam probare, quia satis probatur ex iuris præsũptione, quod quilibet vsque ad metam centum annorũ viuere pręsumatur. Corn. cons. 251. lib. 1. Ias. in d. l. fi. vbi dicit communem. Alex. cons. 27. lib. 7. & cons. 1. lib. 5. Alci. præceptor meus de pręsumptio. in 1. reg. præsumpt. 44. & dicit Abb. in d. c. in præsentia. n. 4. quod
7 quis non præsumitur mortuus, licet habita diligenti inquisit. ignoretur vbi sit, nisi de morte certus nuncius non sit, vt in d. cap. in præsentia, in fine, vel saltem talis præsumptio, quod quis vsque ad centum annos viuere pręsumatur, transfert onus probandi in eo, qui dicit aliquem mortuum esse. l. fin. in princ. ff. quod metus causa. Bar. in l. si. quidem. ff. solut. matr.
8 Multi tamen dicunt, quod in d. l. fi. nec in alijs iuribus supra allegatis probatur, quod quis præsumatur viuere vsq; ad centũ annos, sed tantũ, quod longissimæ vitę terminus hominum est meta centum annorum, vt declarat Arctin. in d. l. sed si de sua. Corn. cons. 119. & cons. 340. lib. 1. & cons. 181. lib. 2. & 243. lib. 3. vbi clare declarat Dec. in l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. & in c. cum dilecta, de confir. vtil. vel inut. Paris. cons. 86. in fin. lib. 4. Ruy. cons. 189. nu. 14. lib. 1.

Quod etiam probatur per argum. a commu. accidentibus, quod in iure validum est. l. neque natales: vbi glos. C. de probat. l. quid si nolit. §. qui assidue. ff. de ædil. edict. c. 1. vbi Abb. & alij de Cler. non residen. & a communiter acciden. videmus, quod pauci homines, & forsan nulli ad ætatem centum annorum perueniunt, vt dicit Alciat. in d. præsum. 44. vel saltem tale argum. a communiter accidentibus

bus transfert onus probandi in aduersarium, vt dicit Roma. conf.397. Hippol.sing.1.

Sed talem quæstionem sic resoluēdā esse putarim. Si dans pecuniam ad societatem ante discessum procuratorem ad fructus exigendos, vel ad reuocandam societatem, & sortē repetendam reliquisset, si procurator fructus exigere, vel sortem a principali repetere vellet, vtique posset, quamuis de vita sui principalis notitia aliqua non esset, & si officialis de morte excipere vellet, cum id fun-
9 damentum suæ intentionis esset, mortem probare teneretur. Bart. in l. si quidem. ff. solut. matrimo. & in d. l. 1. §. si dubitetur. Socin. Iun. conf. 26. nu. 4. lib. 2. & si diceretur, quod mandatum procuratoris est fundatum in vita domini, per mortē cuius extin-
10 guitur. §. item si adhuc instit. mandat. l. mandatum. C. eod. vnde cum vita domini sit fundamentum intentionis ipsius procuratoris, illi videtur incumbere onus probandi vitam domini, vt in l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excus. tuto, & in l. qui duos. §. cū in bello. ff. de reb. dub. Alc. in d. præsumpt. 44. Replicatur, quod procurator non agit ex persona sua, sed sui principalis, qui viuus præsumitur, cū potius vita, quā mors præ-
11 sumatur, vt notatur in d. l. si quidem. & mors cum sit facti, & facta non præsumatur, vt in simili dicit Bald. conf. 145. nu. 5. lib. 5. igitur officiali
12 incumbit onus probandi mortem domini, cum sit suum fundamentum ad excludendum procuratorem, non autem procuratori, qui de vita replicat; excipiens enim quantumcunque se fundaret in vita illam probare, non tenetur, vt dicit Soc. in l. inter virum. col. fi. vers. 4. infertur. ff. de reb. dub. & ita intelligit glos. in d. §. si dubitetur.

13 Si vero filius, vel alius propinquus ipsius si dantis pecunias sub nomine societatis, tanquam hæres ipsius, de cuius vita ignoratur ab officiali fortē repetere vellet ex eo, quod diceret mortuum esse illum, qui pecunias dedit, vtique cum ius suum sit fundatum in morte, illā probare tenetur, cum nemo possit se gerere pro hærede, viuente testatore. l. neminem. ff. de acquir. hæred. cum viuentis non sit hæredi. l. 1. ff. de hæred. vel actio. vend. l. 2. §. interdum. de vulg. & pu-
14 pil. & paria sunt non esse, vel esse, & non apparere. l. duo Titij, in fi. de testamen. tute. l. in lege, de contr. empt. Ille igitur, qui dicit se hæredē, probare debet de morte illius, cum sit fundamentū suæ intentionis. Bar. in d. l. si quidem. & Docto. in d. §. si dubitetur. Bald. d. conf. 145. lib. 5. & non solum debet probare mortē, sed
15 etiam fuisse mortuum ex morte violenta ab homine illata, iux. tenorem stipulationis, adeo, ut non sufficeret simpliciter probare ipsum mortuum esse, sicut in simili dicitur de eo, qui dicit se hæredem ex substitutione pupillari, debet probare casum euenisse, & idem in omnibus similibus. l. fin. C. de edict. diui Adria. toll. Bald. d. conf. 145. num. 4. & generale est quoties qualitas, & causa actionis illam
16 agens probare tenetur. l. tribunus. l. Diuus. ff. de testam. mili. cum igitur ad effectum consequendi sortem requiratur, quod dans pecunias morte violēta mortuus sit, talis qualitas probari debet. l. matrem tuam. C. de probatio. l. cum actum. ff. de neg. gest. quando enim parti incumbit proba-

tio facti, & qualitatis: non sufficit factum absque qualitate probare. l. habebat. ff. de instit. C. si forte, de electio. in 6. Bald. consil. 459. lib. 4. num. 11.

Illa tamen præsumptio, quod quis præsumatur viuere etiam si quod de eius vita ignoretur, per contrariam præsumptionem, vel suspicionē oi ien tem ex fama publ. vel ex dicto vnius testis tollitur iux. not. per Bar. in d. l. §. si dubitetur. & per Alciat. in d. præsumpt. 44. in fi. & per Corn. consil. 251. lib. 1. vbi dicit, quod mortuus præsumitur, si aliquis fuit visus in prœliū
17 ingredi, nec exire visus fuit, cū mors in locis incognitis cū difficultate probari queat, probatio per inditia euidentiss. sufficit. vt habetur in l. consensu. C. de repud. l. præsenti. C. de his, qui deiec. vel effud. vt per Bal. in l. sciant. C. de probat. Cyn. in Auth. hodie. C. de repud. & ideo testes de auditu hoc casu probrarent. Thomas de Saluet. consil. 50. inter consil. crimin. in fol. lib. 1. & etiam per famam, vt per Bald. consil. 398. lib. 2. vbi ponit exemplum illius, qui dicitur decessisse in loco multum remoto, vel in sylua, vel in mari, vel in bello. Aliqui etiam dicunt, quod arbitrio iudicis relinquitur an mors probata sit. Abb. in d. c. in præsentia. Tholos. decis. 316. arbitrium tamen Iudicis ex pluribus instrui debet, quæ adducuntur per glos. Bart. Saly. in d. l. si quidem. ff. solut. matr. Corset. sing. in verbo, mors. Alex. cons. 115. lib. 4. & consil. 4. num. 15. lib. 2. Cassad. in consuet. Burgun. in procem. Cappel. Tholos. decis. 312. Boer. decis. 288. Soc. Iun. consil. 26. lib. 2. Natta. 241. Dec. consil. 575. col. fin. Io. Cephal. consil. 65. nu. 44. Cyn. & Ang. in Authen. sed hodie. C. de repud.

Circa secundam quæstionem; an ille, qui discessit, & ad bell. vel in marè, vel in longinquam partem accessit, & de eo per multos annos aliquid minime auditum fuit: an mortuus ex morte naturali, vel violenta præsumatur; in dubio fuisse mortuum ex mor-
18 te naturali, non autē accidentali arbitrarer; nam qualitas, quæ naturaliter inest homini, semper potius præsumitur. glos. & Doct. in c. his, qui fidem, & de spons. glos. in cap. si forte, de electio. in 6. & non dicitur aliquid tale ex eo, quod contingere potest, sed ex quo est, confert l. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. 1. de officio eius, qui vicem alt. gerit. Mors enim
19 naturalis in homine à natura inest, quia statutum est homini semel mori, quod autem homo ex morte violenta moriatur, nō est per naturam, sed per accidens, & contra naturam; igitur talis accidēs probari debet per eum, qui in tali accidente se
20 fundat, cum semper natura essentialis attendenda sit, non accidens. l. si quis nec. l. naturalem. §. apium. ff. de acqui. rerum domi. vbi Bart. & Alberic. dicunt rei naturam essentialē, & non accidens attendi; ideo si fiat mentio perfectæ ætatis, de naturali perfectione potius intelligendū est, quam de accidentali. l. fin. C. de his, qui veniam ætat. impetr. facit quod adnot. Dec. in rubr. de eden. col. 3. vbi dicit, quod actus debet iudicari secundum eius communem naturam, non ex eo, quod aliquo casu accidentaliter contingit, quia originalis natura est inspicienda, non accidentalis. l. item veniunt. §. cum prædiximus. ff. de petit. hæred. facit tex. in l. 1. ff. de in litem iur. vbi si quæratur, an

an illud, quod euenire possit, sit in cō sideratione, sit distinctio; an secundum naturam primordialem, vel accidentalem; adnot. Angel. in d. §. prędiximus. Bar. in §. sacram. l. inter stipulantem. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod casus contingens communiter per naturam in consideratione esse debet. per tex. in l. hęres meus. ff. de cond. & demonstr. vbi dicitur, quod hora mortis est incerta. Natta cons. 125. num. 2. Alex. cons. 2. lib. 1. colum. 1. & quod potius præsumatur mortuus ex morte naturali, adnot. in simili Clemen. sing. 52. Lucas de Penna in l. Princeps. C. de princip. agen. in reb. lib. 12. relati à Rolan. in
21 tract. de lucr. dot. q. 60. Et cum mors ex pluribus varijs causis euenire soleat, vt dicit Foller. in sua pract. in verbo, dentur capitula, quod suffocauit nu. 18. Tiraq. de nobilit. cap. 31. nu. 452. igitur ei, qui dicit mortuum fuisse ex morte violēta, incūbit onus probandi, cum etiam morte naturali in bello mori potuisset, ex crapula, ex labore, ex intemperie aeris, vel ex alijs infinitis causis, & multoties etiā homines in eundo ad bellum morte naturali moriuntur, & propterea ei obstat regula, quod non probat hoc esse. &c. Et propterea hæredibus dātis pecunias incumberet onus pro-
22 bandi illum decessisse ex morte violēta ab homine illata, si pecunias ab officiali repetere vellent, adeo quod minime satis esset, simpliciter probare mortuum esse, sed necesse etiā esset probare mortuū esse ex morte violenta; cū ista qualitas mortis violentæ sit causæ dandæ actionis, & vbi cūque qualitas est causa dādæ actionis, vel exceptionis, debet per agentē, vel excipientē probari. l. non ignorat. C. qui accusa. non possunt. pont Bald. in l. editia, colum. 8. C. de eden. per tex. in l. prætor. §. docere. ff. de vi bon. rapt. Bart. in cons. incipien. Bart. Ruffoli, & cons. incipien. caue tur statuto Gualdi. tamen si ille, qui dedit pecunias in societatem, ad bellum, vel in aliquem alium locum periculosum, vbi de facili occidi solent homines accessisset, cum de his, quæ fiunt in pręlio, vel tumultu, clara haberi non possit probatio, vt est tex. cum glos. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus causa, ideo illa præsūptio, quod ex morte naturali, non accidentali mortuus præsumatur, potest per contraria indicia, & præsumptiones elidi, & tolli; nam si ille, qui dedit pecunias, reperiretur mortuus, & plura in suo corpore vulnera habere, ex illis vulneribus,
23 & sic ex morte violenta mortuus præsumeretur. Angel. & Saly. in l. 1. C. de emendat. seruo. idem si iuuenis sanus fuisset visus intrare conflictum belli, & postea non exire, præsumeretur mortuus in illo conflictu
24 ex morte violenta, vt dicit Corn. cons. 251. lib. 1. & notatur in l. quoties. vbi Bart. C. de naufra. lib. 11. & eodem modo si fuisset visus intrare in aliquam syluam, in qua solēt conuersari latrones, vt dictum fuit, adnot. Cyn. in d. Auth. hodie. C. de repud. Sed hæc sola præsumptio forte non sufficeret, quod fuerit visus intrare in bellicam pugnam, & non redire, quia id forte fuit, quia ab inimicis, vel latronibus captus fuit. c. cum per bellicam cladem. 34. q. 2. in c. dominus. de secun. nupt. ideo debent etiam alia concurrere, facit tex. in l. nō omnis. §. à Barbaris. ff. de re iudic. adnot. Cyn. Ang. & alij, in Auth. hodie.

die. C. de repud. Bald. in conf. 77. lib. 3. & conf. 398. lib. 2. Foller. in sua pract. in verbo, dêtur capitula, quod suffocauit vxorem. nu. 17.

SUMMARIUM.

1 *Officialis si vulneraret illum, qui ei dedit pecunias in societatem; an illas lucrari possit.*

2 *Officiali incumbit onus probandi non ex vulnere decessisse.*

3 *Mortuus ex vulnere quãdo quis præsumatur.*

CAP. XXV.

VLterius dubitari etiam posset, 1 quid si ille, qui dedit pecunias, fuit vulneratus ab officiali, vel ab alio, deinde post nonnullos dies decedat, an officialis pecunias habitas in societate, superlucretur: pro solutione plures casus considerari possent; nam si liquido constaret dantem pecunias ex vulnere decessisse, officialis pecunias superlucrari non posset: si vero constaret aperte, vulneratum omnino ex vulnere conualuisse, & ea agebat, quę sani facere consueuerunt, vel longo interuallo postea decessit, tunc quia ex noua causa non ex vulneribus decessisse pręsumeretur, vt dicit Bal. conf. 328. lib. 2. officialis pecunias superlucrari deberet; si vero essemus in dubio an vulnera fuerint mortalia, vel decessis-
2 se ex vulneribus, vel ex alijs causis; isto in casu officiali incumberet onus
3 probandi, ex alia noua causa decessisse, cum in dubio mortuus ex vulneribus præsumatur. Bal. in c. 1. in princ. quibus mod. feud. amitt. Ang. & Saly. in l. 1. C. de emendatio. seruorum. Gome. in reg. de infir. resignan. in 10. q. col. fin. plene Bald. conf. 136. lib. 2. vbi declarat, quando vulnus dicitur mortale, vel non mortale, & quod quis præsumatur mortuus ex vulnere, habetur per Blanc. in sua pract. crim. fol. mihi 130. num. 68. cum pluribus sequen. Matth. de Afflic. in constit. Neapol. rub. 13. nu. 12. Rebuff. in sua practica. in reg. de infir. benef. resignan. glos. 11.

SUMMARIUM.

1 *Officialis occidens in colluctatione illum, qui cum eo societatem contraxit; an sortem sibi datam lucretur.*

2 *Officialis occidens dantem sibi pecunias in societate in duello, illas lucrari non posset.*

3 *Officialis occidens dantem sibi pecunias, eo etiam volente, illas non lucratur.*

CAP. XXVI.

1 QVid si officialis occideret dantem sibi pecunias ad societatẽ in colluctatione, cum luctando exercerentur, & forte dici posset sortem lucrari, cum tali casu, nec etiam legis Aquil. teneretur, cum illud non inferendæ iniuriæ causa, sed honoris, virtutis, & gloriæ fecerit. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad l. Aquil. Sed contrarium dicendũ est; quia illa lex non solum est correcta de iure Canonico, per tex. in c. 1. de tornea. sed etiam de iure ciuili, per tex. in l. 1. C. de gladiato. lib. 11. Io. de Anania in rub. de Cleric. pugnan. & licet forsan aliquo casu, saltẽ de consuetudine, sit licita colluctatio, quando saltem non est periculum, vt mors succedat

succedat, licet tunc a pœna excusetur, non tamen lucrum sortis consequi debet; quia, vt dictum fuit, aliud est non pati damnum, sine pœnam, & aliud lucrum non consequi: & multo
2 magis procederet, si dans pecunias interficeretur in duello, cum duellũ sit omni iure prohibitum, etiã si pro experimento innocentiæ in defectu aliarum probationum fieret, cũ multis sub iusto clypeo perire contingat. c. 2. de purg. vulg. cum etiam dicatur
3 Deum tentare. c. monomachiam. 2. q. 4. Idem etiam si officialis occideret dantem sibi pecunias eo volente, cũ hoc etiam casu puniatur. l. liber. homo. ff. ad legem Aquil. Bart. in l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniur. c. contingit, de sent. excommun.

SVMMARIVM.

1 *Societas dissoluitur per obitum illius, qui pecunias dedit sub periculo vitę alterius, etiam quod persona nominata superuiuat.*
2 *Quis præsumatur prius decessisse, an persona, quæ pecunias dedit, an persona nominata.*
3 *Officiali incumbit onus probandi personam nominatam, durante societate, obijsse.*
4 *Prædecessisse aliquem, vbi est fundamentum intentionis alicuius, ei incumbit onus probandi.*
5 *Vxor an præsumatur viro prædecessisse, si simul perierint.*
6 *Impubes præsumitur puberi prædecessisse.*
7 *Filia non præsumitur matri prædecessisse.*
8 *Vxor præsumitur viro prædecessisse fauore lucri dotis.*
9 *Aliquem ex pariter mortuis, non pręsumitur prædecessisse.*
10 *Donatio non confirmatur morte, si vir, & vxor simul obierint.*
11 *Pater præsumitur prædecessisse filio, nisi esset impubes. & nu. 12.*
13 *Senex præsumitur citius mori, quam iuuenis.*
14 *Officialis debet probare vxorem prędecessisse viro, si lucrum consequi vellet.*
15 *Si officialis, & ille, qui pecunias dedit simul obirent, hæredi officialis onus probandi incumberet, officialem supra uixisse, si lucrum consequi vellet.*

CAP. XXVII.

Datur etiam aliquando pecunia in societate non super periculo vitæ ipsius dantis, sed alterius personæ ab eo nominatæ, vt illa descendente durante societate, officialis pecunias in societate datas, lucretur; & tunc etiam, quod pecuniæ stent sub periculo alterius vitæ, attamen, vt supra diximus, societas cum dante pecunias, non autem cum nominato inita erit: vnde si dans pecunias
1 ante nominatum decederet, cum per obitum ipsius societas finita esset, etiã quod postea nominatus obiret, officialis pecunias lucrari minime posset, cum dici non possit nominatum, durãte societate, decessisse, postquam per obitum dantis pecuniãs, societas iã finita erat. sed quid si ille, qui pecunias dedit, ac nominatus simul obirent, vt incertum esset, quis prius ipsorum spiritum emiserit, an tunc officialis pecunias lucretur: &
2 quæstio non caret difficultate, quia iurisconsulti diuersimode scripserũt, vnde maiores nostri non parum la-

borarunt in inuestigando rationem,
2 & mentem dictorũ iuris consf.vt colligitur ex not.per Bart.in l.qui duos. §. in bello. & in §. maritus. & in l. quod pariter.vbi Soc.de reb.dub. Aret.cons.50.Alci.in reg.1. præsumpt. 49. de præsumpt. Rol.a Val.in tract. de lucr.dot.q.60.& latissime Couarr. cap.7.lib.2. variarum resolut. & per alios,ab istis citatis.

Sed restringendo eorum dicta solum ad terminos quæstionis nostræ, sic illam resoluendam existimarem; nam cum societas fieri soleat cum pacto, quod moriente persona nominata durante societate, officialis pecunias in societate habitas lucretur,
3 quod officiali onus probandi conditionem extitisse incumberet, nominatum nempe durante societate decessisse,cũ sit causa stipulationis committendæ, cum aliquem ex pariter morientibus superuixisse in committenda stipulatione non præsumitur. l. quod pariter. ff. de reb.dub. secundum intellectum glos. communiter approbatũ. Vnde præsumendum non est, nominatum prius decessisse, vt officialis lucrum consequi valeat,vbi enim ad lucri conditionem, aut alicuius rei acquisitionẽ requiritur,aliquem altero superstite,mortem obijsse, tunc vtroque ruina, incendio, vel naufragio simul extincto, si non constat,quis prius spiritum emiserit,deficit conditio,& acquisitio lucri,quia non potest dici nominatum existente conditione, scilicet durante societate, decessisse: ista enim qualitas
4 cum sit fundamentum intentionis officialis, vt lucrum consequi valeat, ad eum id probare spectat. l. sed & in illo. ff.de reb.dub. siue esset actor, siue reus. l. mater. C. de probat. c. auditis. de præscript. Bart. in l. non solum. §. sed probari. col. 2. ff. de oper.nou.nunciat.etiam si constat in negatiua, Innoc.& alij in c.super his, de accus. Doct.in l.in illa. ff.de verb. oblig.Io.Botta.cons.80.nu.8.

Nec huic conclusioni obstat tex. in l.si duo.§.si maritus. ff.de reb.dub. vbi si maritus, & vxor simul perierint,stipulatio de dot.si mulier in matrimonio decessisset, locum habebit; & ideo Bart. ibi,& cæteri inferunt si statutum diceret, quod muliere decedente in matrimonio vir certam partem dotis lucretur, si simul perierint habebit locum dispositio statuti,
5 vt per Rolan. in d.tract. vbi alios citat. Et probatur etiam in l.possessor. §.eodem, iunct.glos.ff.de relig.sump. fune. vbi si eodem momento temporis vir, & vxor decesserint, in hæredẽ viri dandam esse actionem funerariã pro portione dotis, & glos. ibi dicit, pone talem pactionem fuisse, vt maritus dotis dimidiam lucraretur, si vxor decesserit in matriomnio, & dubio fuerit, an prius decessisset in matrimonio, an post, respondet, quod præsumitur prius mulierem decessisse, vt maritus lucrum consequi valeat, & istam glos. dixit notabil. ibi Alber. quod pręsumitur vxorẽ prius, quam maritum obijsse, nempe quia mares sunt robustiores fœminis, & dictum glos. approbant plures Doct. citatos à Tiraquel.in l.1.connub.nu. 58. & omnes fere dicunt ob debilitatem sexus, siue fragilitatem. Rom.in l.si cum dotem.in fi.ff.solut.mat.Anchar.cons.458.in fi. Hippol.in rub.de probat. nu.416. quæ ratio etiam colligitur ex text.in l.qui duos.§.fi.ff.de
6 reb. dub. vbi pubere, & impubere simul pereuntibus, præsumitur impuberem

berem ob imbecillitatem, & debile corpus prius obijsse.

Et licet Couarru. in d.cap.7. vers. secundum infertur, dicat dispositionem d. §. si maritus non procedere ea ratione, quod presumatur vxorem prius mortuam esse, sed ex eo, quod vxor superstes non fuerit, & reprahendat Accur. aliter dicentem in d.l. si possessor. §. eodem, Sed ipse cum Acc. assentio, tum quia opinio Acc. videtur magis communiter approbata, vt per doct. citatos à Tiraq. tum quia in d.§.si maritus habetur, quod stipulatio locum habebit, si non probetur illam superstitem viro fuisse; & ratio, quia præsumptio est contra se, quia mulier præmori fingitur, vt dicit ibi glos. & in l.inter. ff.eod.tit. Luc.de Pen. in l. Princeps, in 44. casu. C. de princip.agen.in reb. lib. 12. quæ præsumptio cessat in l. quod pariter, vbi mater, aut quilibet extraneus stipuletur dotē sibi reddi à marito, mortua vxore in matrimonio, si simul mater, & filia, extraneus, & vxor decesserint, non est locus stipulationi, nec ad hæredem stipulantis dos pertinet, quia lex hoc casu non
7 præsumit filiam matri prædecessisse, imo contrarium præsumit, vt in l. cum pubere. ff. de reb. dub. nisi filia impubes esset. l. si mater. eod. tit. l. cum inter.ff.de pact.dot. Lex enim non præsumit ad fauorem extranei, quemadmodum ad fauorem mariti in restitutione, siue lucro dotis, cum ei debeatur ex tit. oneroso propter matrimonij onera, vt per Rolan. in d.tract.q.4. & q.49. & ideo Bald.in l. si possessor, quæ sequitur. Clemen.singul.53. quòd fauore ipsius lucri vxor præsum.mortua, in d §.si marit. Luc. de Pen. in d. l. Principes. 44. casu.

8 Nec admittendam esse censeo differentiam, quod in d.§.si maritus.stipulatio sit concepta vxore decedente in matrimonio, & in l. quod pariter, vxore premoriente, vt Paul.Cast. & alij adnotarunt: quia vtroque loco stipulatio fuit mortua vxore in matrimonio, nempe in d.§.si maritus, de dote per maritum lucranda, & in d. l.quod pariter, de dote matri redden da, & vtroque casu requiritur, vt stipulatio locū habeat, quod vxor præmoriatur. Vnde in d.§.si maritus, nō posset dici vxorem mortuam in matrimonio fuisse, nisi prius ipsam obijsse præsumeretur fauore lucri dotis, cum impossibile fere sit, vt eodē momento spiritum emiserint, etiam si ruina, incendio, naufragioue perierint: immo verisimile est cōtrarium, prout à cōmuniter accidentibus contingit, & considerat Corn. cons. 197. lib.4.col.fin. secus est in d.l.quod pa-
9 riter, vbi aliquem ex pariter mortuis prædecessisse non præsumitur: Vnde si non constat stipulatorem superuixisse, Diuus Pius, stipulationem minime commissam fuisse, rescripsit, cū non videatur alter alteri superuixisse. d.l.sed in illo.

Cæterum in donationibus a marito factis vxori, & econtra, quæ rescin duntur, si donator superstes fuerit do natario præmorienti, alia fuit consideratio si vir, & vxor ruina, naufra-
10 gio, & incendio, pariter moriantur, & non apparet quis prius spiritum emiserit; tunc non confirmantur donationes, quia lex præsumat alterum prædecessisse, sed quia verba orationis Diui Marci donationes annullāt, si prior decesserit, qui donatum accepit, vt Vlpian. consideratio l. cum hic status. §. si ambo. ff. de donat. inter vir.

vir.& vxo.quæ verba non possunt verificari, vtroque simul moriente, & ideo Paul. in d.l. inter. ff.de reb.dub. placuit,donationẽ valere,si non constat donatorem superuixisse, qui rem condicere possit,cum hæredi non detur talis reuocatio. vt per Alcia.in d. præsumptione.nu.7.

Ideoque in quæstione præposita incumbit officiali probatio cõditionem extitisse, scilicet nominatum durante societate decessisse, vt lucrum consequi valeat, maxime si præsumptio esset pro hæredibus illius, qui pecunias dedit, vt si ille, qui pecunias præstitit, filium nominaret, sub cuius vitæ periculo stare voluisset; tunc quia ex legis,ac naturæ præsumptione patrem prædecessisse,nec filiũ
11 superuixisse præsumatur. vt in l. qui duos.§.in bello,& in §.fi.& in l.si mulier.ff.de reb.dub.vbi Labeo ait: humanius est credere filium superuixisse; ideo officialis habet præsumptionem cõtra se,vt per Soc.in d.l.in bello.Aret.consf.50.col.3. Bal.consf.145. lib.5. cum etiam a communiter accidentibus, pater soleat filio præmori. argumentũq.a cõmuniter accidentibus est probabile, vt saltẽ onus probandi transferat in aduersarium, vt signanter dicit Rom.singul.402. glo. in l.neque natalis.C.de probat.Hippol. singul. 1. Vnde cum præsumptio sit pro hæredibus patris, ad officialẽ pertinet probare filium durante societate obiisse.Paul.Castr.consil.101.
12 lib.2.in princ.Bal.cõsf.145.lib.5. nu. 13. & consil.186. lib.4. ideo conditionem lucri euenisse: verum si filius impubes esset,secus dicendum foret, per tex. in d. l. cum pubere. ff. de reb.dub.

Idem quoque dicendum esset, si ille,qui dedit pecunias, esset senior illo, sub cuius periculo lucrum pecuniarum stipulatum extitisset,ad officialem pariter spectaret probare, illum nominatum prædecessisse, tũ per ea,quæ dicta fuere, tum etiam quia habet præsumptionem contra se, cũ
13 præsumatur citius mori senex,quam iuuenis. vt in l.hæreditatem. ff. ad l. Falc. & si aliter dicetur, ordo naturæ turbaretur.l.nam,& si parentibus. ff. de inoff.testam.l.is,qui ex causa in fi. ff.de fideicom.hæred.Alciat.præsumptio.43.reg.1.præsumpt.

Pariter dicendum censeo,si maritus daret pecuniam in societatem super vita vxoris; non posset officialis dicere vxorem in societatẽ decessis-
14 se, cum præsumatur marito prædecessisse.vt in d.§.si maritus,quia ibi illa præsumptio habet locum in lucro dotis, quod marito ex titulo oneroso propter onera Matrimonij defertur, vt dictum fuit; secus erit in hoc lucro, quod officiali debetur ex titulo lucratiuo, in quo non est commissa stipulatio, nisi officialis probet conditionem, ex qua lucrum causatur, purificatam fuisse, nempe vxorẽ marito prædecessisse,vt dici valeat durãte societate obiisse, iuxta dispositionem.d.l. quod pariter.

Omniaque prædicta locum etiam vendicarent, si officialis, & ille, qui pecunias dedit, varijs casibus simul perirent, si ignoraretur, quis prius ip
15 sorum spiritum emisisset, vt in l. qui ex liberis,in princ.ff.de bon. poss. secundũ tab.ad hæredes officialis eiusmodi lucrum nõ pertineret,nisi probarent illum, qui pecunias dedit in societate durante societate decessisse, & conditionem extitisse, cum ad acquisitionem huiusmodi lucri non præ-

præsumatur officialem superuixisse, & illum, qui dedit pecunias durante societate decessisse. d.l.quod pariter. vbi Bart. dicit, in dispositione hominis non præsumi ex duobus simul mortuis, alterum præmortuum fuisse; & probatur in l.idem est. eod.tit. vbi si dubium fuerit mortuis legãte, & legatario, quis prius obierit, perit legatum, nec ad hæredes transmittitur.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an lucretur pecunias receptas in societatem, si ille, qui dedit, in flumine, vel in mari perierit. & num.13.*
2 *In stipulationibus id primum sequitur, quod actum est.*
3 *Nauigatio periculosa, & incerta est.*
4 *Non est in culpa, qui nauigando naufragium patitur.*
5 *Nauigatio quo tempore fieri debeat.*
6 *Culpa non imputatur ei, qui facit, quod alij faciunt.*
7 *Tenor stipulationis inspiciendus est.*
8 *Prouisio facta modo terminato suos non excedit terminos.*
9 *Prouisio facta in vno casu, non includit alium, immo penitus excludit.*
10 *Exceptio verba generalia declarat.*
11 *In societate arbitrium boni viri versatur, & quod æquum est, fieri debet.*
12 *Officialium fallacijs, & fraudibus occurrendum est.*
14 *Incendium culpa hominis euenire solet.*
15 *Sequentia declarant præcedentia, & è conuerso.*
16 *Vna pars orationis aliam declarat.*

C A P. XXVIII.

QVæro etiam quid si ille, qui pecunias dedit naufragio, vel trãseundo flumine perijsset, an officialis
1 isto casu sortem, superlucraretur, & forte dicendum videtur, quod non, ex quo perijt morte violenta: quo in casu stipulatio locum nõ habet, quia ita fuit inter partes conuentum, & in
2 stipulationibus, & contractibus id primum sequitur, quod actum est. l. semper in stipulationibus, l. semper in ambiguis.ff.de reg. iur. & actũ videtur, quod ex verbis colligitur, cum quis videatur sentire, quod verba sonant. l.Labeo. §. idem Tubero. ff. de suppel. leg. l. nepos Proculo. ff. de verb. signif. sed ex verbis colligitur, actum fuisse officialem ex morte violenta, sortem lucrari non posse, non poterit igitur, si mors sequatur ex naufragio, vel suffocatione in flumine, sortem sibi in societatem datam: & licet forte dici posset talem mortem ex sua culpa prouenisse, cum na-
3 uigatio sit periculosa, & incerta. l.Ciuitas.ff.de off.rec.Prouinc.Bald.in c. pastoralis.col.2.de off.ord. Hinc Cato ille Censorius dicere consueuit, trium, quæ in vita egit, se pœnitere: primum, quod arcana fœminæ credidisset: secundum, si qui dies ipsi absque fructu effluxissent: tertium, si quopiam nauigio vectus esset, quo pedestri itinere peruenire licuisset: & alia etiã adducit Gomes.in reg.Cancell.de infir.resignan. q.8.

Tamen talis culpa considerabilis non est, quia non fuit ordinata ad casum mortis violentę. Vnde dicit Pau.
4 in l.vtiq. §.culpa.ff.de rei vindic.non esse in culpa, qui tempore congruo

vltra

vltra mare nauigans, naufragium fa
cit,& ideo excusatur.l.quoties. C. de
nauf. lib.10. & si diceretur, quod id
procedit si congruis temporib. mare
ingreditur, videlicet à kal. Aprilis,
5 vsque ad kal. Octob. iuxta tex.in l.
quoties, & in hoc casu procedit d. §.
culpa, alias si tẽpore prohibito,se in
mari posuisset, dici potest se in peri
culo posuisset:& isto casu debet intel
ligi. l. 3. ff. de dona. causa mortis,
sed quia hodie omni tempore naui-
6 gatur, culpa ei imputari non debet,
ex quo facit illud, quod alij faciunt,
vel facere consueuerunt. Bart. in l. si
pignore.§.fi.ff.de pign.actio.Roman.
cons.349. nu.34. l.cum duob.§.fin.ff.
pro socio.

Sed in fauorẽ officialis,si casus oc
curreret, forte respondendum esset,
7 quia tenor stipulationis sit diligen-
ter inspiciendus. est l.si quis stipula-
tus sit stichum. ff. de verb.oblig. l.fi-
deiusso. magistratuum. ff.de fideiuss.
sed ex tenore stipulationis apparet,
partes conuenere, quod N. morien-
te morte naturali,non violẽta illata,
vel inflicta ab homine, officialis for-
tem superlucraretur, vnde cum solũ
casu mortis violentæ illatæ, vel in-
flictæ ab homine exceptus sit, aliæ
8 mortes violentæ non illatæ, vel in-
flictæ ab homine exceptæ minime
censentur, quia prouisio facta modo
terminato suos non excedit ter. siue
prouisio sit legis,siue hominis. l. cui-
cumque. §.non tamen omne. ff. de
instit.l.si plures. ff. de exercit. l. qui
aliena.§.libertos.ff.de neg.gest.l.non
hi. §. modus. ff.de transact.Bal.cons.
51. lib. 5. num.2. Vnde cum solum
fuerit excepta mors violenta illata,
vel inflicta ab homine,illa mors vio-
lenta,quæ prouenit non ab homine,
sed iud.Dei,vel casu fortuito,non est
9 excepta,prouisio.n.in vno casu facta
non includit alium, immo penitus
excludit. l. legata inutiliter. ff. de
actio. legat. ac etiam inclusio vnius
sit exclusio alterius. vulg. l.cum præ-
tor.ff.de iud.c.nonne,ext.de prę sũpt.

Confirmatur, quia N. qui pecu-
nias dedit,tantummodo casum mor-
tis violentæ ab homine illatæ reser-
uauit: igitur quomodocumque mors
aliter sequeretur, officialem super-
10 lucrari voluit: quia exceptio verba
generalia declarat. l. nam quod li-
quide.§.fin.de pœn.leg.& in alijs ca-
sib. non exceptis, declarat locum
non habere, immo contrarium fore
dispositum, & seruan. l.quæsitum.§.
deniq.ff.de fund. instruc. & ibi Bart.
l.Tribunus. §. 1.& ibi Bald.ff.de mi-
lit. testam. tradit Socin.cons.22. lib.
4. Ruy. cons.41. num.9. lib. 1. Dec.
cons.247.num.8. Bart.cons.50. num.
13.Gemi.post Lap.in c.quod ad agẽ-
dum. de procur. in 6.vbi dicit, quod
si do procuratori mãdatũ ad agen.cũ
clausula,quod omnia possit facere,
quæ ego possem,excepto, quod non
posset de calumnia iurare,ista excep.
operatur, quod omnes alios casus ex
pedire potest, etiam spirituale man-
datum requirentes.Fely.in c.quoniã
frequenter,in princ.vt lite nõ cõtest.

Vel saltem casus mortis violentæ
non illatæ,vel inflictæ,ab homine re-
manet exclusus, & in dispos.iuris cõ-
munis. l.commodissime. vbi Doct.ff.
de lib.& posthu.l.si extraneus.ff.de
condit.causa data.l.si cum dotem,in
princ.ff.soluto matr.sed de iur.com-
muni quando stipulatio est facta in
casu mortis, erit locus stipulationi,
quoquo modo mors secuta sit, quia
mors dicitur, quoties anima a corp.
sepa-

ſeparatur.l.ſi mater.C.de inſtitut. & ſubſtitut. & ſupra late demoſtratum fuit, & max. in ſocietatib. quæ fiunt ſuper officijs,quæ licitæ reputantur, quia ad vitã dantis pecunias fiunt,& quemadmodum ſi officialis decederet ex quauis morte. Camera,pretiũ ab officiali ſolutũ acquireret,ita etiã officialis ſortem ſibi datam in ſocietatem ſuper officio per omnem mor
11 tem dantis ſibi pecunias lucrari debet, cum in ſocietate arbitrium boni viri verſetur,& quod æquum eſt, fieri debeat.l.interpoſita.cum l. ſeq. ff. pro ſocio. excep. quæ de morte violenta illata, vel inflicta ab homine admittitur, vt fallacijs,& fraud. quæ fieri poſſent ab officialibus occurrat.
12 l. 1. §. cauſa. ff.de ædil.edic.l.1.ff.de nau. caup. ſtabula. §. illud vero, in procem. ff. & vt malitijs etiam officiali obuietur, iuxta l.in fundo. ff.de rei.vindict.l.cum hi. §.ſi cum his. & ibi gloſ.ff.de tranſact.c. plerumque, de reſcript. quæ fraudes, & malitiæ ceſſant, ac interuenire negantur, quando mors violenta caſu fortuito abſq. aliqua culpa officialis, vel alterius hominis proueniſſet, vnde cũ iſto caſu ceſſat cauſa,ex qua moti fuerunt contrahentes ad excipien. mor. violentam illatam, vel inflictam ab homine, diſpoſitio quoque ceſſare debet. l. adigere. §.quamuis. de iur. patr.c. cum ceſſante, de app. & de vno caſu ad alum argui, nec extenſio fieri poteſt.

Et propterea etiam ſi N.qui pecunias dedit, fulmine, vel incendio periret, ſi tamen incendium diuino iu-
13 dicio, vel caſu fortuito, abſque hominis culpa eueniſſet, prout euenire poſſet.l.ſi finita. ff. de damn. infect.l. incendium,cum ibi not.C.ſi cert.petat. l.cum duobus. §. damna. ff. pro ſoc. Ancharan. conſ.71.Bal.conſ.77. lib.3.& conſ.174.lib 2.Rolan.a Vall. conſ. 95. lib. 2. officialis ſortem lucrari debet,quia talis mors violenta non fuit illata ab homine. Sed quia incedium, vt plurimum culpa hominis euenire ſolet, & in dubio præſu-
14 mitur,vt per Bal. & alios in locis citatis. Ideo licet culpa alias per allegantẽ probari debeat,tamen nõ procedit in incendio, & in his, quæ non ſolent ſine culpa euenire. gloſ. Bart. Bal. in l. creditor. C. de pign. actio. Bart. in l.ſi quis ex argentariis. §.an vero. ff. de edendo: igitur hoc caſu officiali incumberet onus probandi incendiũ abſque culpa hominis eueniſſe.Et generaliter dici poteſt,quod ſi mors violenta venerit, ex iudicio Dei, vel aliquo caſu fortuito abſque tamen hominis culpa, quod ſtipulatio facta ab officiali commiſſa ſit in eius fauorem, vt ſortem ſibi datam acquirere debeat,nec obſtantilla verba, nec alias quomodolibet violenter inflicta,quia intelliguntur,ac referuntur ſcilicet ab homine: poſtquã ſupra dixit,telo,ferro,vel veneno,poſtea ſubiunguntur illa verba generalia, vt in exceptione omnes mortes violentæ ab homine illatæ, vel infli-
15 ctæ comprehenderentur, cum verba præcedentia declarent ſubſequentia, vulg. l. ſi ſeruus plurium. ff. de leg. 1.
16 & vna pars orationis aliam declarat. l.vtrum.ff.de peti. hæred. cum omnia ſub vna determinatione ponantur,æqualiter debent determinari.l.iam hoc iur. ff. de vulg.& pupill. ergo debent intelligi, vel alias quomodolibet inflicta, ſcilicet ab homine.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Officialis, an lucretur pecunias, si ille, qui dedit ex condemnatione iudicis moriatur.*

2 *Verba generalia generaliter sunt intelligenda, vt etiam casum comprehendant priuilegio præditum.*

3 *Exceptio vniuersalis tantũ operatur, quoad quamlibet eius speciem, quantum specialis quoad suam speciem.*

4 *Primaua natura, non accidentalis attendenda est.*

5 *Accidentia non faciunt diuersam speciem in homine.*

6 *Causa proxima, & non remota attenditur.*

7 *Iudex, qui malos percutit, minister Dei dicitur.*

8 *Aequitas nulla maior est in natura, quam hominem criminosum exterminare.*

9 *Reipub. interest, vt delicta puniantur.*

10 *Præceptum, Non occidas, non habet locum in iudice.*

11 *Mors data de mandato iudicis non dicitur illata ab homine.*

12 *Homicida, quod facit, semper expectat.*

13 *Iudex non potest minuere, nec augere pœnam.*

14 *Verba generalia à iure interpretationem recipiunt.*

15 *Promissio quælibet recipit interpretationem à iure communi.*

16 *Verba generalia secundum mentem contrahentium intelligi debent.*

17 *Casus aduersus non debet esse in consideratione.*

18 *Verba generalia restringuntur ad id solum, quod cogitatum fuit.*

19 *Mens colligitur ex ratione, & causa disponendi.*

20 *Iudicis officium, est seruare leges.*

21 *Homicidium imputatur homini, & non ensi.*

22 *Mors data delinquenti, non imputatur iudici.*

23 *Officialis etiam, quod instigaret contra illum, qui ei dedit pecunias, & iudex iure medio illum suspendi faceret, pecunias acquireret.*

CAP. XXIX.

Hinc alia quæstio subnecti potest, si N. qui dedit pecunias
1 interimeretur condemnatione iudicis, an officialis sortem acquirere deberet. Et primo aspectu, videtur negatiue responden. cum huiusmodi mors violenta ab homine inflicta fuerit, exceptio subintrat ad fauorem
2 heredum N. quia verba sunt generalia, & indefinita, ergo generaliter, & indefinite intelligen. sunt, scilicet à quocumque homine. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. & etiam in casu priuilegiato obseruari debent, vt dicit Bald. in l. in fraudem. §. si de milit. testa. & generalis dispositio omnes etiam alios casus includit, licet maior ratio sit in vno, quam in alio. l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. l. fin. §. vxori. ff. de au. argen. leg. Dec. consil. 5. col. 1. immo verba generalia includũt illa, quę alias non includerentur, vt per Bart. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. leg. Ruy. cons. 149. nu. 10. lib. 2. merito sub dicta generali clausula comprehenditur mors violenta, ex sententia iudicis illata, etiam quod in ea cesset ratio, quæ forte est quando mors ab officiali, vel ab alio homine illata est.

Comprobatur hæc sententia, quia hæc

hæc vniuersalis exceptio, tãtum ope
3 ratur regulariter, quoad quamlibet eius speciem, quantum specialis quo ad suam speciem tantum. l. si chorus, de leg. 3. l. si duo. ff. de administr. tut. Ideo perinde habetur, ac si specialiter exceptio expressisset de morte illata a iudice ex culpa ipsius N. cum etiam ista mors sub generalitate mortis violentæ compræhendatur, faciunt plura per Rolan. a Vall. congesta in tract. de dote q. 29. num. 7. cum seq. nec refert, quod talis mors a iudice prouenerit, quia per hoc minime dici potest, quod ab homine illata non sit, cum primæua eius natura, nõ
4 accidentalis, attendenda sit. l. item veniunt. §. cum prædiximus. ff. de petit.
5 hæred. Accidentia non faciunt diuersam speciem in homine. Cagno. in l. quod attinet. de reg. iur. num. 6. Et si alias diceretur, si Clericus officialis occideret illum, qui ei dedit pecunias ad societatem, sortem lucraretur: quia diceretur nõ ab homine, sed a Clerico occisus, quod dicendum non est, & talis mors ab ipso iudice dicitur illata, etiam quod forsan N. delinquendo causam dederit, quia
6 attenditur causa proxima, non remota. glo. in c. studeat. in c. sæpe contingit. 50. distin.

His tamen non obstantibus contraria sententia de iure verior videtur, quia talis mors, & si violenta sit, attamen non ab homine, sed a iudice illata dicitur, & iudex, qui malos per
7 cutit, in eo, quod mali sunt, minister Dei est, vt dicit Hiero. super Ezechie. & super Hierem. homicidas inquit, sacrilegos venenarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. cap. homicidas. 23. q. 5. & in c. qui malas. per totam illam quæst.
8 & in c. quæsitum. 23. q. 4. & nulla est maior æquitas in natura, quam hominem criminosum exterminare, quia homo nõ est, sed belua, quo se armat contra naturam, vt dicit Bal. in c. super hoc. in fi. de renunt. est tex. in l. vt vim. ff. de iust. & iu. Vnde non potest iudex maius bonum offerre Deo, quã de criminosis iustitiã facere, nec pinguior victima potest mactari, quam homo iniquus, secũdum Senec. vt eũ refert. Pau. Cast. in l. nemo deinceps. C. de Episco. audien. est tex. in l. nec
9 is. 15. q. 1. & interest etiã Reip. vt delicta puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. vt pœna vnius, metus sit multorum. l. 1. C. ad l. Iul. repetund. in Auth. de mand. Princ. §. homicida. vbi glos. Iudices ergo occidẽdo reos, mandato Dei occidunt, qui legẽ statuit, vt rei occidãtur, & minister Dei est vindex in iram ei, qui malũ agit,
10 & illud præceptum, de occidendo hominem, non intelligitur de iud. c.
11 reos. 23. q. 5. Mors igitur violenta data reo de mandato iudicis, qui iuste, & recte processit, non potest dici illata ab homine, sed a lege per ministrum Dei, vt dicit Ang. cum homo iuste occiditur, lex eũ occidit, non tu. c. si homicidiũ. 23. q. 5. c. quos Deus. 23. quæst. 2. vbi glos. cap. 1. distinct. 1. dicit, quod iudex non infligit mortẽ, sed lex, dummodo faciat zelo iustitiæ, & non per vindictã, & iuris ord. seruato. Matth. de Afflict. in const. Neap. rub. 13. lib. 1. num. 4. quinimo, qui crimina digna pœna mortis committit, seipsum occidere, vel interimere videtur, cũ scriptũ sit Genes. 9. quicumque effunderit sanguinem hu
12 manum, fundetur sanguis illius, & homicida, quod fecit, semper expectet. l. 3. C. de Episcop. aud. vbi etiam habe-

habetur, quod delinquentes non sunt digni aliqua gratia, & iudex potest solum ad mortem illos condemnare,
13 quos lex prius condemnauerat, nec iudex potest remittere, minuere, augere, vel alterare pœnam a lege statutam. vt in l. 1. in fi. ff. ad Senat. Conf. Turpil. c. de causis. & ibi Doct. de off. deleg. immo si iudex pœnam remitteret, aut immunitatem cõcederet, sese conscium illius criminis offenderet. l. 2. C. de cõmer. & merci. vbi Bald. & plene per Tiraq. de pœnis, in præfat.

Non obstant allegata in cõtrariũ, quia verba illa generalia a iure com-
14 muni interpretationem recipiunt. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. Igitur illa mors violenta intelligitur excepta, quæ fuisset illata ab homine, secus si a iudice, iustitia mediãte: nã qui promittit aliquem tractare, vt filium sub pœna non incidat in pœnã, si de iure eum exhæredet. d. l. quidam cum filium. vbi Doct. & etiam qualibet
15 promissio debet intelligi, nisi lege permittente contrarium eueniat. vt per Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. vt supra dictum fuit, & illa verba indefinita, non violenta, inflicta ab homine, nõ possunt referri ad mortem violentam illatã a iudice, quæ nõ dicitur illata ab homine, sed a lege, culpa sua, ideo etiam damnum sentire debet: nec etiam illa verba generalia debent, nec possunt comprehendere mortem violentam incogitatam, cum secundũ mẽtem contrahentium intelligi, ac interpretari debeant. l. fi. in princip. C.
16 quæ res pign. oblig. poss. l. non omnis. ff. si cert. pet. Dec. cons. 374. num. 3. nec est credendũ, quod de tali morte cogitauerint, quia nemo præsumitur, velle delinquere. l. merito. ff. pro
17 soc. Bal. in l. moueor. C. si ser. expor. vend. & casus aduersus non est in cõsideratione. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de verb. oblig. & verba ge-
18 neralia restringuntur solum ad id, quod cogitatum fuit. Bald. cons. 159. lib. 3. post nu. 5. per tex. in l. si quis ita. ff. de test. tute. Aym cons. 3. nu. 11.

Ad id etiam faciunt notata per Paul. Castren. cons. 332. viso testa-
19 mento Michaelis lib. 1. vbi dicit mẽtem colligi ex ratione, seu causa disponendi, ex qua motus quis fuerit ad ita disponendũ, & illa causa, seu ratio dispositionem restringit per ea, quæ ibi adducit, & in cons. 174. videtur dicendum, quod dictus Iudæus. & cons. 437. quantum ad primum. Aym. d. cons. 3. illa igitur verba, non violenta illata, vel inflicta ab homine, debent restringi a causa, seu ratione, ex qua posita fuerunt; sed ratio, seu causa non respicit verisimiliter hunc casum incogitatum, *igitur* illum comprahendere non debet, cũ etiam verba non patiantur, quia talis mors non potest dici illata ab homine, sed a lege per ministerium hominis, tale enim ministerium considerandum non est, sed lex, quæ est causa, vt ad talem effectũ perueniatur, vt deducit Tiraq. in l. si vnquã. C. de reuoc. donat. in verbo largitus. nu. 189. si enim lex non fuisset, vtiq.
20 iudex non eum condemnasset, cum iudicis officium sit leges seruare. instit. de offi. iud. in princip. & iudex illud solum potest, quod ius postulat. l. nepos Proculo. ff. de verb. signif. nam ensis est causa mediata, quæ interficit hominem, igitur ille considerari deberet, sed quia ensis non interficeret, nisi homo illum moueret,

igitur

Igitur homicidium imputatur homi-
21 ni, & non ensi. Cagno. in l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iu. & sic ista mors violenta non imputatur homini, sed
22 legi. c. quos Deus. 33. q. 2. alias carnifex esset ille, qui eum occideret, quod non est dicendum, & obiectum, de Clerico vanum est, quia Clericus non habet a lege potestatem occidēdi, prout iudex, & si Clericus occideret, puniretur tanquā legis transgressor: secus iudex, qui si malos perimit trāsgressor legis non dicitur, nec a cœlesti patria alienus efficitur. c. reos, in fin. 23. q. 5. c. si homicidium, eadem q. & peccare non dicitur, qui obtemperat legi, cui Deus est auctor.

Et propterea etiam si officialis instigaret contra N. qui ei dedit pecunias, si iudex iuris ordine seruato se-
23 cundum leges in pœnam vltimi supplicij condamnasset, nihilominus officialis sortem acquireret, nisi tamen aperte constaret, id fecisse animo cōsequendi tale lucrum, tunc ex improbitate præmium cōsequi minime deberet.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an lucretur sortem sibi datam, si ille, qui dedit, postquam condemnatus fuit ad mortem, a carceribus familiæ aufugit.*

2 *Condemnatus post sententiam, illico seruus pœnæ, & intestabilis efficitur. & num. 6.*

3 *Lex est, quæ homicidam interficit.*

4 *Condemnati ad mortem bis moriūtur.*

5 *Condemnatus non dicitur mortuus, donec anima non separatur a corpore.*

7 *Sub conditione mortis mors naturalis, non ciuilis comprehenditur.*

CAP. XXX.

QVid dicendū si N. qui pecunias ad societatem dedit, condem-
1 natus fuisset in pœnam vltimi supplicij iure medio, & ante exec e carcere fugisset, vel dum ad supplicium duceretur de manibus familiæ ereptus fugisset. vt in l. mulier in opus salinarum. ff. de cap. & postlim. reuers. Bart. in l. qui vlt. ff. de pœn. officialis sortem lucretur & forte affirmatiue respondendum esset, quia
2 post prolatam sententiam, illico seruus pœnæ factus fuit, & intestabilis quocunque locorum vadit etiam extra territorium iudicis, secundum Bald. in l. 1. in vlt. q. C. de summa Trinit. l. si quis filio exhæredato. §. irritum, si quis. ff. de iniust. rup. testa. vbi Ang. Imo. & Bald. in d. l. qui vlt. Cor. cons. 55. lib. 2. & consequenter dicitur mortuus, & pro mortuo habetur.

Secundo quia lex est, & sententia est illa, quæ eum occidit, non carnifex, igitur statim lata sententia di-
3 citur mortuus, & ideo non potest facere aliquem actum, quem viuens facere posset. Bal. in Auth. & omnino C. ne filius pro patre. Innoc. in c. grauem. de sent. excommu. & dicit Bald. in l. is qui. C. si pēden. appellat. quod illi, qui in præsentia damnantur ad
4 mortem confestim moriuntur, & bis moriātur. primo gladio oris iudicis, quia fiunt serui pœnæ. secundo per separationem animæ a corpore.

Contrarium tamen respondendū est, quia condemnatus non potest ve
5 re dici mortuus, donec anima a corpore separetur. Bal. in l. fi. C. si pēden. appell. mors interue. vbi dicit, quod

moritur naturaliter dãnatus tẽpore realis executionis, scilicet quando fit separatio animæ a corpore. Bal. conf. 8. lib. 4. vnde seruus pœnæ, licet dica-
6 tur mortuus, non tamen morte naturali, sed ciuili. Bart. in d. l. qui vlt. Bal. d. conf. 8. vbi dicit, quod cõditio mor
7 tis verificatur per mortem naturalẽ decapitationis, non per mortem ciuilem damnationis. est tex. in l. Statius. §. Corn. ff. de iure fisci. in l. cũ pater. §. hæreditatem. vbi Doct. ff. de leg. & licet ciuiliter mortuus dicatur, tamẽ talis mors ciuilis hoc casu nõ æquiparatur naturali, vt infra latius dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an sortem lucretur, si ille, qui eam dedit, occidatur, dum ad supplicium ducitur.*
2 *Potentia quando deducitur ad actum, non dicitur quid noui.*
3 *Qui occidi potest, pro mortuo habetur.*
4 *Potentia in conditionibus significat actum.*
5 *Bannitus reputatur ille, qui necessario banniri debet.*
6 *Bannitus, licet impune occidi possit, non tamen quando est in manib. Curiæ, vel in carcere.*
7 *Potentia quando non potest deduci ad actum.*
8 *Condemnatus licet pro mortuo habeatur, non tamen interfici potest.*
9 *Culpa non caret, qui se immiscet in rẽ non spectantem ad suum officium.*

CAP. XXXI.

Alia ex hoc quæstio posset resultare, si talis condemnatus eius-
1 modi, qui pecuniã dedit officiali sub nomine societatis in carcere, vel dũ duceretur ad suppliciũ, occideretur; an officialis sortẽ acquireret, ex quo habetur pro mortuo, & a quocumq. occideretur, diceretur occisus a tem-
2 pore sententiæ non tunc de nouo fictione iuris, quando enim potentia deducitur ad actum, nõ dicitur quid nouum, vt dicunt Bald. & Pau. Castr. in l. fin. ff. si ex nox. causa aga. & pro-
3 pterea, qui potest occidi, habetur pro mortuo, cum idem sit esse in habitu, vel in actu. Alberic. in l. fi. C. de Epis. & Cler. Dom. in c. licet, in 4. col. de elect. in 6. & in conditionibus po-
4 tentia significat actum. Bal. in l. 1. C. de institu. vel substitu. in 8. quæst. & non reputatur esse id, quod necessario destrui debet. l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. 3. vbi Bal. dicit, quod
5 reputatur bannitus ille, qui necessario banniri debet, & qui occidit illũ, qui ad furcas ducitur, non tenetur de homicidio.

Contrarium tamen dicendum est, quia condemnatus ad mortem securus in carceribus, & ad locum supplicij manere, ac duci debet, vnde licet
6 bannitus ex forma statuti impune occidi queat; secus tamen est, quando est captus, & in potestate familiæ, tunc si occideretur, occidens in crimen læsæ maiest. incideret, vt dicit Bar. in l. 3. §. trãsfugas. ff. de sica. quia tunc dicitur habere securitatem a lege, vt etiam voluit Fely. in c. iuramẽto. extra de homic. & in c. quæ Ecclesiarum. col. 2. de constitutio. Bal. in l. additos. C. de Episc. aud. pariter etiã non potest offendi, dum est in carceribus. l. fi. ff. de custo. reorum, nec etiã postquam est condemnatus. Bart. in l. 3. ff. ad l. Iuliam maiest. Alex. & Ias. in l. 1. §. 1. ff. si quis ius dicendum non

obtemp.

obtemp.& in §.pęnales. instit.de act. Iulius Cla.in §. fi.q.68.lib.5. & hanc dicit esse communem opinionem Pl. in lib.delictorum.cap.37. nu.7.& est tex.in c.cum minister. 23. q.5. vbi si minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi, si sponte fecit, homicida est, etiam si sciat occidi debuisse, secus si mandato iudic.c.si homicidium.d.q 5.quia tunc non ipse, sed ille, cuius auctoritate id facit, facere videtur.c.vt famæ. de senten. & excom.

Non obstant in contrarium allegata, quia licet talis condẽnatus, quo ad effectus ciuiles pro mortuo habeatur, tamen non proprie dicitur mortuus, nisi anima a corpore separetur, & aliud est esse mortuũ, vel pro mortuo haberi, & doctri. Alber. procedit, quando lex hoc expresse dicit; sed in casu nostro lex prohibet condemnatum occidi posse, vnde cum absit potentia ex parte illius, qui condemnatum interficit. Bart. in l. suus. §. sed si
7 filio.ff.de hæred.instituen. non potest illa deduci ad actum a priuato, & sic non potest dici, quod adsit potentia, cum etiam Bal. dicat in d.l.1. in 8.q. quod actus actum significat, & potentia potentiam, per iura per eum allegata: tamen in hoc casu requiritur actus, scilicet execu. sententiæ ab ipso iud. vel ab alio de ipsius mandato, & etiam quamuis condemnatus ad
8 mortem pro mortuo habeatur quo ad actus ciuiles, non tamen est, quod a priuato interfici possit. & Bal. in d. l. fideicommissa, non approbat illam opinionem, quod occidi possit ille, qui ad furcas ducitur, immo contrarium tenetur, vt colligitur ex iurib. & doctri. alleg. Nec culpa caret, qui
9 rei ad suum officium non spectanti se immiscet. l.culpa. ff.de reg.iu. vbi glo. immo, qui facit id, quod ad se nõ pertinet, etiam si bonum sit, improbatur. 96. distin.c. bene quidem. c.dilectis filijs, & quod ibi notat.glo.in verbo iudicauit.de appel. culpa igitur officialis, vel alterius in occidendo condemnatum, vel captum in manibus familiæ, officiali non debet prodesse ad lucrum, nec hæredibus occisi nocere ad damnum.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an sortem lucretur, si dans ei pecunias a familia Potestatis occidatur, quia ei resistebat.*
2 *Familia Potestatis potest resistentem interficere.*
3 *Qui resistit familiæ Potestatis in culpa dicitur.*
4 *Dans pecuniam ad societatem, resistendo Curiæ non est in dolo, neque puniri potest.*
5 *Pœnæ impositæ eximenti captum a manibus Curiæ non habent locum, quando captus ipsimet se eximit.*
6 *Fuga a carceribus sine fractura, quando sit punienda.*
7 *Carcerum violatores puniuntur.*
8 *Opinio Bossij, & Iulij Clari, quod eximens se a manibus Curiæ puniri possit, non est simpliciter tenenda.*

CAP. XXXII.

QVid si N. qui pecunias dedit ad societatem a familia Potestatis occideretur, quia resistebat, ne ab ea caperetur; an officialis ex tali morte violenta sortem
1 acquirere posset, & videbatur dicen. forte, quod sic, quando enim familia habet mandatum ad aliquem capiendum,

piendum, si ille resistat, si aliter capere non potest, eum impune interficere potest, vt colligitur ex tex. in l. si
2 seruus. C. de his, qui ad Eccle. confu. adnot. Bald. in l. fin. cap. de exhibi. reor. refert, & sequitur Angel. de malef. in verbo fama pub. num. 54. Boss. in tit. de captu. num. 12. Hippo. in l. 1. num. 25. ff. de sica. & in §. vlterius, in sua practica late Capic. decis. 41. sed N. capiendus fuit in culpa
3 in resistendo Curię. vt dicit Iul. Clar. in §. fin. q. 29. lib. 5. senten. damnum igitur, quod causa sua quis sentit, damnum sentire non intelligitur. l. quod quis. ff. de reg. iu.

Sed cōtraria opinio verior est, nam cum N. ex morte violenta decesserit, officialis contra formā stipulationis, & verba contractus, fortē lucrari nō potest, & licet N. resistendo familiæ ab ipsa occidi potuisset, non propterea est, quia stipulatio locum nō habeat; illud enim factum, licet non esset punibile, non tamen potest dici, quod non fuerit illicitum, etiā quod punibile nō esset. l. pen. ff. qui not. infa. & ex facto illicito præmium, aut lucrum officiali resultare debet, nec N. resistendo familiæ fuit in aliquo
4 dolo, ex quo vnicuique licet per fas, & nefas proprium sanguinem redimere. l. 1. ff. de his, qui sibi mor. cōs. omnes in l. transigerem. C. de transact. ideo bannitus, licet possit ab alio occidi, tamen ipse bannitus potest se defendere, ne occidatur; cum defensio sit de iure naturali, & iura, & do-
5 ctrinę, quæ pœnam eximenti aliquē de manibus fam. imponunt, loquuntur, quando tertius eximit, vt habetur in toto tit. ff. ne quis eū, quis; vbi Ias. in l. 3. bene declarat, quæ pœna sit eximenti aliquem e manibus familiæ, habetur etiam per Bart. in l. 3. ff. ad l. Iul. maiest. Bald. in l. additos. C. de Epis. aud. Cepol. cons. 14. Alex. 36. lib. 2. Felyn. in cap. 1. de offi. deleg. Ias. in §. pœnales. instit. de actio. & tertius punitur, quia turbat, ac impedit iurisdictionem iud. Bart. in l. 1. §. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. num. 6. vbi ponit remedia, quæ sunt prodita contra tertium impedien. iurisd. iud. sed secus quando capiendus, vel etiam captus se eximit e manibus fam. quia tunc iura, & doctrinæ supra allegata locum non habent; cum cuilibet liceat sanguinem suum redimere, & licet Bart. in l. relegati. ff. de pœ. dicat esse peccatum a carceribus aufugere, non tamen dicit quod posset puniri, &
6 tit. de fracto carc. ponderat fracturā, non simplicem fugam. Bald. in d. l. fin. non dicit, quod fugiendo a fam. ne capiatur puniri possit. glo. in l. succurritur. ff. ex quibus cau. maior. dicet solum, quod quis non debet ex carceribus exire, etiam quod posset, sed dato etiam quod simplex fuga esset punibilis, vt dicunt Ang. in l. 1. ff. de frac. carc. & Bald. cons. 32. lib. 3. vbi dicunt, quod punitur pro motu iud. id tamen esset, quando a pub. carceribus aufugeret, quia sunt sacræ, & non licet eas violāte, violatoresque puniuntur, vt per Cuman. cons. 106. sed secus esset si a loco priuato aufugeret. Bald. in d. l. succurritur. Boer. in decis. 215. num. 13. Nat. consil. 499.
7 nu. 16. Viui. in lib. commun. opin. in verbo fugiens a carcere: multo minus igitur si a manibus familiæ aufugeret, & cum aliqua resistentia, tunc posset forte puniri de excessu, non vt aufugere voluerit, & propterea reducitur dubitabilis resolutio.

Boss.

Boss. in tit. de captu. n. 17. & Iul. Clar. in §. fi. q. 29. lib. 5. senten. dum volunt, quod ille, qui seipsum eximit de manibus, familiæ puniri possit, sed eorũ opinio procedere posset, propter decretum Mediolanen. de quo mentionem facit Boss. igitur N. qui voluit se eximere, non potest dici in culpa, saltem ordinata ad casum, & licet id cogitare potuisset, tam tristis euentus non est in consideratione, & ideo officialem non posse sortem lucrari in hoc casu censeo.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an lucretur pecunias in societatem datas, si dans fuerit condemnatus ad perpetuos carceres.*
2 *Pœna perpetui carceris imponitur loco mortis.*
3 *Pœna perpetui carceris subrogatur in loco mortis, ideo eius naturam assumere debet.*
4 *Minor pœna est statim mori, quamdiu affligi sine salutis spe.*
5 *Pœna perpetui carceris, capitalis dicitur.*
6 *Condemnati ad perpetuos carceres serui pœnæ sunt. & nu. 32.*
7 *Condemnati ad perpetuos carceres saltem ficte mortui dicuntur.*
8 *Mors ficta morti naturali æquiparatur.*
9 *Mors quæ resultat ex perpetuo carcere, non dicitur naturalis, nec violenta.*
10 *Dispositio loquens in casu vero, non habet locum in casu ficto.*
11 *Aliud est esse talẽ, vel haberi pro tali.*
12 *Verba sunt intelligenda naturaliter, & vere, non autẽ ciuiliter, & ficte.*
13 *Verba debent intelligi in potiori significatu.*
14 *Mors ciuilis non dicitur proprie mors, nisi per fictionem.*
15 *Condemnatus ad perpetuos carceres, non dicitur condemnatus ad mortem, sed ad tedium vitæ.*
16 *Pœna perpetui carceris laicis non datur, nec est in vsu.*
17 *Pœna perpetui carceris data Clericis, potius datur ad peragendam pœnitentiam, quam in vindictam malorum.*
18 *Clerici si in carceribus non emendentur, Curiæ sæculari traduntur.*
19 *Degradatio actualis morti æquiparatur. & nu. 25.*
20 *Pœna perpetui carceris, & pœna mortis naturalis differunt.*
21 *Mors naturalis est vltimum terribilium.*
22 *Damnato ad perpetuos carceres, alimenta relinqui possunt.*
23 *Damnatus ad perpetuos carceres, si postea moriatur, tunc dicitur naturaliter mori.*
24 *Mors naturalis vbi datur de iure ciuili, de iur. can. succedit degrad.*
26 *Pœna carceris perpetui æquiparatur pœnæ damnationis in metallum.*
27 *Quando post mortem ciuilem potest euenire mors naturalis, tunc mors ciuilis non æquiparatur naturali.*
28 *Regula, quod subrogatus, idest broccardica.*
29 *Pœna capitalis differt a pœna vltimi supplicij.*
30 *Pœna corporalis non reperitur imposita de iure canonico.*
31 *Mors naturalis quando dicatur imposita a iudice.*
33 *Condemnati ad perpetuos carceres, an possint testari.*
34 *Conditio, quod N. moriente, &c. debet impleri in forma specifica.*

CAP. XXXIII.

Alia poffet forte oriri dubitatio, fi N. qui pecunias dedit fuper officio fub nomine focietatis, poftea
1 a iudice rite ac legitime condemnatus ad perpetuos carceres fuerit, an officialis facta condemnatione fortem acquirat. Et pro affirmatiua facit, quemadmodum officialis lucraretur, fi N. fuiffet condemnatus in pęnam vltimi fupplicij, vt dictum fuit, pari modo ex tali condemnatione facta executione officialis lucrari de-
2 bet cum talis pœna foleat faltem Clericis imponi loco mortis.c.quamuis. de pœ.in 6.gl.in c.cum tu Epifcopus. de off. ordi. & loco pœnæ vltimi fup-
3 plicij fubrogatur, & ideo eius naturã fequi debet, vt in l.eum qui.§.qui iniuriarũ.ff.fi quis cautio. & in l.1. vbi plene Bar.ff.fi quis tefta.lib.effe iufs. quod etiam procedit in pęna. Afflict. lib.1.conftitut.Neap.rub.65. num.9. ideo dicendum eft, quod talis pœna perpetui carceris pariat eũdem effectum, quem parit pœna vltimi fupplicij, cum id, quod fubrogatur, vere id dicatur. Barba.conf.2.col.fi. lib.2. immo Calde. in c.cum non ab homine. de iudi. fcripfit, quod longe mi-
4 nor pœna eft, ftatim mori, quamdiu affligi fine falutis fpe.
5 Secundo quia talis pœna perpetui carceris, pœna capitalis dicitur. Bart.in l.1.ff. de pub. iudi. Bald.in l. reos, in princ. de accuf. Fely.in cap. qualiter.il 2.§.ad corrigendos.de accufat. & vbi pro delicto imponitur pœna mortis de iure ciuili, de iure canonico Clericis imponitur pęna perpetui carceris, & pariter eius bona publicantur. Oldrad.conf.17.& conf. 4. Cappel. Tolof. decif. 150.
6 Tertio condemnari ad perpetuos carceres ferui pœnæ efficiuntur. Rolan.a Val.conf.2.nu.53.& 48.& feruitutem mori fere comparamus. l. feruitutem.ff. de reg.iu.ac inteftabiles redduntur. Guliel. de Bened. in c.Raynutius, in verb. mortuo itaque teftatore.nu.129.Bal.conf.448.lib.1. quæritur in primis, & ratio eft fecundum eum, quia talis pœna continetur fub condemnatis ad mortem.
7 Quarto condemnatus ad perpetuos carceres, faltẽ ficte dicitur mortuus, fed idem operatur fictio in cafu ficto, quod veritas in vero. §.fponfalib.in Auth.de fanctis Epifcopis, tradunt Bart. & alij in l. fi quis pro emptore. ff.de vfucap. vnde quemadmodum per mortem violentam illatam a iudice officialis lucratur forté, ita
8 etiã per iftam cum a iure fint æquiparata, igitur difpofita in vna, cẽfentur etiam in altera eodem modo difpofita.§. & quid fi tantum.l.gallus.ff.de lib.& pofthum.Iaf.in l.ab emptione. ff.de pact.

Sed contrarium credo verius, quia
9 mors, quæ refultat ex perpetuo carcere, non poteft dici naturalis, nec ẽt violenta, cum mors naturalis, vel violenta, tunc proprie dicatur, quando anima a corpore feparatur, & damnatus tunc realiter moritur, quando fit feparatio corporis, & animæ. Bald. in l.fi. C.fi penden.appel. mors interue.vt locus igitur fit ftipulationi, quę proprie ftricte intelligi debet, requiritur, quod ille, qui dedit pecunias morte naturali, vel violenta ex caufa ipfius vere decedat, non autem ficte, etiam quod mors ficta, vel præfumpta pro morte naturali habeatur,
10 quia difpof.loquens in cafu vero, nõ habet

habet locum in casu ficto. l.3. §. hæc verba.ff.de neg.gest.l.quicquid astrin gendæ.in fi.de verb.oblig.vbi Bart.& cæteri scribentes adnotant, quod stipulatio, siue statutum in casu vero lo quens, non extenditur ad casum fictũ,vt late per Bar.in l.omnes populi. ff. de iust.& iur. Aliud enim est es-
11 se talem, vel haberi pro tali.l.rei iudicatæ.ff.solut.matr.l.1.C.de his,qui sub mo. Bar.& Alex.in addi.in l.maritus. §. legis Iuliæ. ff. ad l. Iuli. de
12 adult.Et verba semper debent intelligi naturaliter,& vere,non autem ci uiliter,& per fictionem.l.fi. vbi Doc. C.de his,qui veni.ætat.impetr.dicũt, quod si in dispositione fit mentio ætatis legitimæ,debet intelligi de legitima ætate naturaliter,non autem ciuiliter.l.fideicommissum. in princ.ff.de
13 cond.& demonstr.Et verba etiam debent intelligi in potiori significatu.§. sed quoties.insti.de iure natu.gen. & ci.l.1. §.qui in perpetuum. ff. si ager vectiga.c.si pater.de testa.in 6.eo magis,quia verba stipulationis non possunt verificari in morte ficta, vel ciui
14 li,cum illa proprie nõ dicatur mors, nisi per fictionem. Bal. cons.8. lib.4. & nisi quoad actus ciuiles, & à verbis contrahentium recedendum non est; mors namque posita in conditione ab homine,intelligitur de vera,nõ de ficta. Bal. cons.148 .lib.4. per tex. in l.ab hostibus.§.fi.ff.solut.matri.Et
15 damnatus ad perpetuos carceres,nõ dicitur condemnatus ad mortem,sed ad tædium vitæ. Bal.d.cons.448. lib. 1.Et stipulatio collata in tẽpus mortis,habet locum per mortem naturalem,non per ciuilem,vt in l.ex ea par te.§.insulam.ff.de verb.oblig.& inferius latius dicetur.

Non obstant modo in contrarium adducta; sed primo sciendũ est, quod pœna perpetui carceris non potest dari, nec est in vsu, max. contra lai-
16 cos. l.incredibile. C.de pœn. Io.Andr.ad spec. in tit.de off.ord.in nouiss. Iul.Clar.lib.5.senten.§.fin.q.77.quia carceres debent esse ad custodiam, non ad pœnam. l.1. l.fi. C. de custod. reorũ.l.aut damna.§.solet.ff de pœn. c.in memoriam. 19. dist. & licet aliquando Clerici pro eorum magnis sceleribus in carcerem, in perpetuũ, vel ad tempus detrudantur. vt in c. quamuis. de pœn. in 6. & in d. c.tuæ. eodẽ tit. talis carcer eis datur potius
17 ad pœnitentiam peragendam, quam in vindictam delictorum, vt in dictis iurib.& magis expresse in c.nouimus in fi.de verb. oblig. & in c.pe. de hæreti.& in c.Romanus.81.distinct. notat Alcia.in c.cum non ab homine. de iudi.num.29. & licet glo.in c.cum Episcopus. de off. ordi. dicat, quod carceres fuerũt institutæ ad custodiã reorum, tamen interdũ sunt ad pœnam,huiusmodi tamen pœna non est capitalis, nec morti naturali æquiparari potest, quia si Clerici in carceri-
18 bus nõ emendẽtur, ac incorrigibiles essent,degraderentur,ac Curiæ seculari tradereutur, vt moriantur. in c. cum non ab homine, de iudi. glo. in c.tuæ.de pœn.& talis actualis degradatio æquiparatur morti. Abb. in c. quoad sedem, de off. ordi. immo si Clericus valde enorme delictum cõ-
19 mitteret,non debet expectari, vt pœniteat, sed debet statim degradari, & Curiæ seculari tradi, vt in d.c.nouimus,de verb.signif. Merito est dif-
20 ferentia inter pœnam perpetui carceris, & pœnam mortis naturalis, vt per Cano. in d. c. cum non ab homine. Mors enim naturalis,vel violen-

ta, per quam anima a corpore fepa-
ratur,eft vltimum terribilium, & om
21 nia foluit, vt in §. deineeps. in Authen. de nup. & in §. illud. in Anthen. de non eligen. fecund. nub. vbi glo. in ver. morte. in §. morte. infti-tu. mandati, & poft mortem naturalem non datur velle,nec nolle,eum finitum fit, quod amplius non redit arbitrium. l. 1. C.de Sacr.fan.Ecclef.
22 quod fecus eft in damnato ad perpetuos carceres,cui faltem alimenta relinqui poffunt. Bal.in l. 1. C.de his, qui ad liberta. Fely. in c. qualiter, il 2. §.ad corrigendos, de accufat. Immo fi damnatus ad perpetuum carce
23 rem, poftea moriatur, dicitur naturaliter mori. Fely. ibi nu. 28. & talis mors iudicio Dei prouenire dicitur. Bal.in d.l. 1. vnde, cum damnatus ad perpetuos carceres,poffit iterum mori, non poteft dici,quod per condemnationem ad perpetuos eareeres,naturaliter mortuus fit,& lieet talis pęna foleat dari in eafibus,in quibus de iure eiuili imponitur pœna mortis, feeundum Abb. tamen talis opinio eft a multis damnata, vt per Dee. & Alciat. in d.c.eum ab homine.immo Anchar.conf.157.dicit, quod vbicunque de iure ciuili imponitur pœna mortis naturalis, de iure can. fuccedit degradatio, & traditio iudici fe-
24 culari, quod verius eft, colligitur per not. per Doct.in d.c. eum ab homine, fed quantum attinet ad cafum noftrum, etiam quod pœna perpetui earceris in iure can. imponatur loco pœnæ mortis naturalis;ideo eft,quia ius can. non habet,nec imponit maiorem pœnam. Bald. conf.448. lib. 1. non tamen eft, quod morti naturali æquiparetur, neque hoc dicit Abb. immo in c. ad fedem. de offi. ordina. dixit degradationem actualem æqui-
25 parari morti, vt etiam dieunt Inno. in c.qualiter,il 2. de accuf. Ale.in d. c.eum ab homine;num.12. Bart. in l. imperium. ff.de iurifdic. omniũ iud. & l. 2. ff.de pub. iudi. Fely.in d. c. ad corrigendos,& aliqui dicebant,quod
26 pœna carceris perpetui æquiparatur pœnæ damnationis in metallum, vt per Bart. & alios in locis citatis, nec poteft dici quòd homini pęna fit fubrogata loco pęnæ mortis naturalis, cum etiam damnatis ad perpetuos carceres poffit dari mors nat.&
27 quando poft ciuilem cafum poteft euenire mors nat. tunc mors ciuilis non æquipollet morti naturali, fecundum doctr. Petri, quam refert, & fequitur Cyn. in l. Deo nobis. C. de Epifc.& Cler.nec tunc parit eundem effectum, vt ibi per Cyn. & Docto. in l. ex parte. §. infulam. ff. de verb. oblig. Poffet etiam à Principe à tali pœna liberari, & in priftinum reftitui. Fely.in d.c.ad corrigendos,quod non poffet, quando naturaliter effet mortuus,& regula,quod fubrogatum &c. vt dicunt Io.Faber. Iaf. in §.fue-
28 rat. Inftitut. de action. & Ang. in d. §.qui iniuriarum. eft broccardica, eum aliquando reperiatur vera, aliquando non, & propterea non femper procedit vt adnot. Soc.Iun.conf. 74. nu.21. lib.3. Soe.in tract.regu.in verbo fubrogatum; & illam regulam reftringit Bart.in l.fi pater filium. ff. de inoff.tefta.

Secundo non obftat, quod pœna perpetui carceris capitalis dicatur, non propterea dicitur pœna mortis, vel vltimi fupplicij, max.enim eft differentia inter pœnam capitalem, & pœnam vltimi fupplicij, illa verifica-
29 tur non folum in pœna mortis, fed etiam

etiam in amiſſione libertatis. gl. in l. 1. in verbo capitali. C. ne Chriſti. manc. Bart. in d.l.2. de pub.iud.immo in dubio pœna capitalis verificatur in exilio. Hippo. in pract. crimi. §. opportune.nu.40. Duen.Reg.393. Iul.Cla. §.fi.q.67.lib.5.ſent. quando igitur Doct. dicunt, quod pœna perpetui carceris eſt pœna capitalis, nō inferunt, quod ſit pœna mortis, & ſi hoc dicerent, forte male ſentirent; quia pœna corporalis non reperitur impoſita de iu.can. vt dicit Fely.in
30 d.c.ad corrigendos,num.78.ver.tertia ſpecies; max.pęna mortis,vel ſanguinis. glo.in c. Archiepiſcopatu. de rapt.c.ſententiam. extra ne Cler.vel Mona.Docto.in d.c.cum ab homine. Mors enim naturalis tunc dicitur a
31 iudice inflicta, quando diceret, laqueo ſuſpendatur, igne comburatur, ſuffocetur torqueo,ſtranguletur, caput a ſpatulis amputetur, & ſimilia verba.vt eſt glo.in l.eius,qui. in verbo, ant ferrum. ff.de teſtam.in l. aut damnum. §.vita.l.capitalium.ff.de pœ. Foller. in ſua pract.crim.in verbo pœnis debitis feriantur. num.47. & licet bona damnati ad perpetuos carceres publicentur, quod forte hodie dicendum eſt contrarium, per tex.in Auth.bona damnat.C.de bon. damna. non propterea officialis fortem ſuperlucrari debet, ex quo conditio,ſub qua lucrum cōſequi debet, non eſt impleta, cum mortuus naturaliter minime dici poſſit.

Tertio non obſtat, quod dānatus ad perpetuos carceres ſeruus pœnæ efficiatur, ac inteſtabilis reddatur, licet hoc enim verum eſſet,non tamē deſunt, qui cum contrarium tenent cum homo liber nō efficiatur ſeruus ex ſupplicio,vt dicit glo.in l.damnū.
32 §. eſt pœna.ff.de pœn.alleg.tex. in Auth.de nup.§.quid autem max.hodie,quia ſecundum iura nouiſ. nemo ſeruus pœnæ efficitur. Auth. ſed hodie. C.de donat.inter vir. & vxo.in his tamen, qui viui remanent poſt condemnationem, prout ſunt damnati in opus metalli, vel ad beſtias, ſed in damnatis,qui ſtatim mori debent gladio, nil eſt immutatum, iſti enim moriuntur ſerui pœnæ, ſecundum Bart.in l. qui vltimo.de pœ.declarant Dec. & Cagnol. in l.ſeruitutem.de reg.iur.Nat.conſ.178.num.3. & an tales dānati poſſint teſtari, eſt
33 quæſtio ſatis a doct. ventilata.vt per Abb.in rub.de teſtam.& per Alex. & Bart.in d.l.2.de pub. iud. tamen etiā quod inteſtabiles eſſent, non propterea dicūtur naturaliter mortui, cum etiam quis inteſtabilis reddatur ex morte ciuili.

Quarto non obſtat, quod dicebatur de fictione, quia fictio non poteſt operari, quod ille vere mortuus ſit, licet in pleriſque pro mortuo habeatur, ſcilicet quoad actus ciuiles,
34 & illa conditio, quod N. moriente &c.debet impleri in forma ſpecifica, & non per æquipollens. l. Mæuius. & l. qui hærede.ff. de cond. & demonſt. & ibi Docto.tradunt Bart. & alij cōmuniter in l.gallus. §.quid ſi tamen. ff. de libe. & poſth. ex quo infertur, quod dato pœna perpetui carceris morti nat.æquipolleret, tamen conditio in iſta morte non fuiſſet impleta, & ſi homini pœna diceretur ficta mors nat.& idem operaretur in caſu vero,ſequeretur,quod per iſtam pœnā Epiſcopus incurreret irregularitatē,prout pro pęna corporali,quod eſt falſum,& ideo morti naturali, vt dictum fuit, æquiparari non poteſt.

SVM-

SVMMARIVM.

Officialis an lucretur sortem sibi datam in societatem, si dans in pœnam excommunicationis inciderit.

1 *Iudices delinquentibus triplicem pœnã inferre possunt.*

2 *Excommunicatio morti naturali æqui paratur.*

3 *Excommunicatio est maior pœna, quæ imponatur de iure canonico. & num. 5.*

4 *Excommunicatio occidit animam & eam dat Sathanæ.*

6 *Excommunicati sunt loco illorum, quibus aqua, & ignis interdicebatur.*

7 *Excommunicationis pœna non dicitur mortalis, sed medicinalis.*

C A P. XXXIV.

QVoniam supra dictum fuit de morte proueniente ex sententia iudicis, sciendum est, iudi-
1 ces delinquentibus triplicem mortẽ, scilicet naturalem, spiritualem, & ciuilem, inferre posse, vt dicit glo. in §. si igitur. in Auth. de consan. vter. fra. de morte naturali iam dixi, mo-
2 do dubitari posset, quid de morte spirituali, quam quis consequitur per excommunicationem, quæ morti naturali æquiparatur. c. per venerabilem, vbi Abb. extra qui filij sint legit. c. 1. de homicid. c. 1. de furt. & vbicunque in cano. fit mentio de morte, intelligitur de morte ciuili, hoc est de sententia excõmunicationis. Alex. consf. 145. nu. 7. lib. 7. Et ista est max.
3 pœna, quæ imponitur de iure cano. secundũ Innoc. in c. qualiter. §. ad corrigendos. de accusa. vbi Fely. nu. 51. Iu. Cla. §. fi. q. 77. lib. 5. senten. & ratio est, quia occidit animã, & eam dat
4 Sathanæ, vt in c. cũ infirmitas de pœnit. & remis. Abb. in rub. de senten. excommunica. Bal. in c. propterea requisisti, de appella. & ideo Beatus Thomas 2. 2. q. 99. articulo vltimo dicit, quod de iure can. non pœna mortis, sed loco eius est excommunicatio, prout eũ refert Fely. in d. c. ad corrigendos. nu. 25. & non est pœna
5 maior in mundo, quam pœna excommunicationis. l. hi qui sanctam. C. de apost. vnde glos. in §. minor. in verbo interdictum. instit. de cap. diminu. dicit quod excommunicati sunt loco
6 illorum, quibus olim aqua & ignis interdicebatur, vnde quemadmodum per mortem nat. illatam iuste a iudice, illi, qui pecunias in societatem dedit, officialis acquirit sortem, ita illam per sententiam excommunicationis acquirere deberet.

Sed contrarium dicendũ est: quia pœna excõmunicationis quoad præsentem materiam non potest æquiparari morti naturali, nec violentæ, per quam anima separatur a corpore, pœ-
7 na enim excommunicationis non dicitur mortalis sed medicinalis, vt a delicto desistat, & se emendet, vt dicit Bart. in l. 2. nu. 2. ff. de pub. iudic. per tex. in c. cum medicinalis. de senten. excommunicatio. in 6. & opinionem Bart. defendit Alcia. in c. quoad sedem, de offi. ordina. num. 96. vnde excõmunicatus non dicitur mortuus quoad omnia. Bart. & Curt. in l. more. ff. de iurisdic. omniũ iudic. potest enim ipsum pœnitere, & ab huiusmodi pœna eximi. c. sacro. de senten. excommunicatio. secus est a morte naturali, merito in casu nostro æquiparatio non procedit, & officialis sortem minime superlucraretur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officialis an lucretur sortem, si dans in aliquam religionem approbatam ingrediatur.*
2 *Mors ciuilis duplex est.*
3 *Monachus mortuus mundo dicitur.*
4 *Dos ita acquiritur per ingressum religionis, sicut per mortem naturalem.*
5 *Ingressio in monasterium Mendicantium, morti naturali æquiparatur.*
6 *Testamentum professi in religione mẽdicantium, per profess. confirmatur.*
7 *Mors ciuilis naturali æquiparatur.*
8 *In æquiparatis idẽ debet esse iudicium.*
9 *Stipulatio quomodo intelligi debeat.*
10 *Dispositio loquens in casu vero, non habet locum in casu ficto.*
11 *Mors, quæ resultat ex ingressu religionis lucra conferre non solet.*
12 *Religiosus quoad naturalia non dicitur mortuus.*
13 *Mors quid sit.*
14 *Religiosus omnes actus naturales exercet.*
15 *Mors ciuilis non semper æquiparatur naturali.*
16 *Quoad Matrimonium religio, & mors æquiparantur.*
17 *L. Deo nobis. C. de Epis. & Cler. hodie est correcta.*
18 *Religiosi quoad actus ciuiles habentur pro mortuis, secus quoad naturales.*
19 *Pecuniæ in societatem, datæ facta professione erunt hæredis professi.*
20 *Professus potest aliquando effici capax bonorum.*
21 *Papæ auctoritas semper in votis censetur exempta.*
22 *Substitutus in casu mortis non admittitur, si hæres fecit professionem in monasterio incapaci bonorum.*

C A P. XXXV.

CVm aliqua supra de morte ciuili dicta fuerint; sciendũ est, quod
1 mors ciuilis duplex est, vna voluntaria, & meritoria, quæ per iudicem imponi minime potest, nec quis ad eam aliquo modo cogi debet, vt est illa, per quam quis voluntarie ad frugem melioris vitæ conuolat, veluti ingrediendo, vel profitendo in aliquam approbatam religionem, & si loquamur de ista, forte prima facie videtur di-
2 cendum, officialẽ lucrari sortem, si N. qui dedit pecunias sub nomine societatis in aliquam religionem ingredia-
3 tur, cum Monachus mortuus mundo dicatur. cap. placuit. 16. q. 1. & adeo mortuus est mundo, quod Papa sine causa non potest eum mundo restituere, vt dicit Io. Andr. in c. semel Deo. de reg. iu. in 6. Soc. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. vbi etiam scribit, quod ingressus in monasteriũ appellatione mortis continetur, & ad hoc allegatur lex in l. Deo nobis. C. de Episc. & Cleri. vbi pactum de lucrãda dote in casu mor-
4 tis, verificatur in morte ciuili per ingressum religionis, & ibi plene per Doct. & Soc. in d. §. quid si tãtũ. & dicit istam esse cõmunem opinionem Ias. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. & in cons. 135. lib. 2. Roland. a Vall. in tract. de lucro dot. q. 95. Nat. cons. 282. & idem operatur professio, quod mors, & eo magis si N. qui pecunias dedit officiali in monasterium mendicantium ingrederetur, qui in communi, nec in particulari possidere possunt, iuxta not. per Bart. in tract. minor. lib. 4. in 2. distinct. cap. 2. quia talis ingressus morti nat. æqui-
paratur,

peratur, & ita verificatur cōditio per ingressum huiusmodi religionis, ac si per mortem naturalem. Soc. in d. §. quid si tantum. Bar. in l. cum pater. §. hæreditatē. in fi. de leg. 2. Ias. in Auth. si qua mulier. C. de sac. san. Eccle. col. 10. vers. intelligo. vbi dicit, quod in hoc casu mors ciuilis habet effectum mortis naturalis. Paris. cons. 65. lib. 2. & ad id facit, quod scribit Bal. in cōs. 42. lib. 2. relato ab Alex. in cons. 155. col. 1. lib. . Quod fratres minores ordinis mendicantium sunt adeo mortui mundo, quod mors naturalis nihil in eis operari potest, ad id etiam
6 facit, quia testamētum professi in tali religione statim per professionem confirmatur, non expectata morte naturali, vt concludunt Bar. Bald. commu. Docto. in l. 1. de testa. habetur plene per Soc. cons. 92. lib. 1. in princ. & per Alex. in cons. 13. li. 3. igitur mors
7 ista quæ ciuilis appellatur, morti naturali æquiparatur, & in ęquiparatis
8 idem debet esse iudicium. glos. in l. si quis seruo. C. de furt. Docto. in l. 1. ff. de leg. 1.

Verū istis non obstātibus cōtrariū dicendū est, quia stipulatio cum fuerit solū facta in casu mortis natura-
9 lis locū habere non potest in ista morte ficta. stipulatio enim proprie & stricte intelligi debet. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. & sic naturaliter iuxta not. in l. fi. vbi Bal. & Pau. Castr. C. de his qui veniam ætat.
10 impetr. Et dispositio loquens in casu vero non habet locum in casu ficto, vt per Bart. in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & in l. 1. de font. plene Fel. in rub. de spons. vnde si hoc procedit in dispositione statutaria, multo magis in pacto, quia verba pactorū sunt magis stricti iuris quam statutorum, cum in pactis in dubio fiat interpretatio contra eū qui in eo se fundat. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. vbi fit mentio de morte intelligitur de naturali non de ciuili. Anchar. & Imo. in rub. de testa. Alex. cons. 139. nu. 3. lib. 2.

Mors etiam ficta, quæ resultat ex
11 ingressu religionis non solet lucra conferre, sed solum damna euitare, vt dicit Anch. cons. 273. in fi. ad hoc etiā facit, quod scribit Alexan. in d. cons. 139. vbi concludit per ingressum religionis non finiri vsumfructum ingredientis, alias ingressus monasterij esset ei noxius, & ex actu meritorio damnū reportaret, quod iniquum esset, vt dicit Bal. in Auth. excipitur. C. de bon. quæ liber. Bart. in Auth. si qua mulier. C. de sacr. sanct. Eccle. Et
12 propterea religiosus quoad naturalia non dicitur mortuus, licet forsan quoad ciuilia aliquo casu mortuus dicatur: si igitur monasterium erit capax bonorum loco illius, qui dedit pecunias ad societatem subintrabit, & pecunias ab officiali repetere poterit. glo. in c. quia tua. 12. q. 1. not. in Auth. ingressi. C. de Sac. sanct. Eccl. si vero monasterium nō erit capax bonorum, nec in particulari, nec in vniuersali, hæredes illius, qui pecunias dedit, ab officiali repetere poterit saltem finita societate, si ad tempus facta fuerit. Saly. in d. Auth. si qua mulier.

Non obstat modo in contrarium adducta 1. Quia licet ingrediens monasterium dicatur mortuus mundo, & habere vocem funestam, & translatam conuersatione cælesti in corpore, & in anima. c. placuit. il 2. 16. q. 1. c. non dicatis. 22. q. 1. tamen proprie

proprie

prie loquendo, non dicitur mortuus.
13 Mors enim præsentis lucis subtractio, & animæ a corpore separatio, omnia dissoluens, & omni professione priuans, & reuersio in puluerem. §. deinceps. in Auth. de nup. hæc autẽ non parit professio; nam professus corpore viuit, vsum rerum habet, loquitur, testificatur, comedit, elegit, &
14 eligitur ad prælaturas, & generaliter omnes actus nat. exercet cap. religiosus, de elect. in 6. Ergo stipulatio nostra, etiam si loqueretur simpliciter de morte naturali, quæ omnia soluit, non autem de ista impropria, & ficta, quæ inducitur ex ingressu monasterij, vt late ostendit Alex. d. conf. 139. Fel. in rubr. de sponsal. Soc. consil. 8. in fi. lib. 3.

Et propterea dicunt communiter Doct. quod ista mors ciuilis nõ ęqui-
15 paratur nat. nisi in casibus a iure expressis. glos. in d. c. placuit. & in c. statutum, de rescrip. in 6. in verbo, morte. Cyn. in l. Deo nobis. Alex. in d. cõs. 139. & ita tenent communiter Cano. vt dicit Ias. in d. §. insulam. in fin. Vnde cum isto casu mors ciuilis non reperiatur æquiparata morti naturali, nõ procedit regula æquiparatorum, & ideo non obstat tex. in d. l. Deo nobis, quia in illo casu a iure mors ciuilis naturali æquiparatur. vt dicit glo. in d. cap. placuit, & in d c. statutum, & vbi casus verus, & fictus a iure expresse æquiparantur, & eundem habent effectum, tunc fictus casus vna cum vero intellig. comprehensus. Alex. in l. adoptiuum, in princ. ff. de in ius vocan. & in conf. 178. lib. 2. col. fin. vers. non obstat. secus quando non sunt a iure expresse æquiparati. d. l. 3. §. hæc verba.

Secundo dici potest, quod ideo in d. l. Deo nobis, mors ciuilis naturali æquiparetur, quia in illo casu mors ciuilis eundem effectum operatur, adeo quod expectare mortem naturalem frustra esset, vt in matrimonio dissoluto per mortem ciuilem, tunc non potest naturalis aliquid operari; quod enim dissolutum est, amplius dissolui non potest. vt dicunt Docto. in d. l. Deo nobis. Alex. d. consil. 139. Ias. in d. §. insulam. secus quando non operatur eundem effectum, vt in casu nostro. per tex. in d. §. insulam. & in l. Statius. §. Cornelio. ff. de iu. fisc. & l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Cyn. Bald. & Salyc. in d. l. Deo nobis. Vnde Bart. in d. §. Cornelio,
16 dicit, quod quantum ad matrimonium religio, & mors æquiparantur, quia sunt eiusdem effectus, quod non est quantum ad fideicommissum, vt etiam voluit Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicomm. in vers. ibi post mortem.

Dum tamen Doctores dicunt, per mortem ciuilem matrimonium dissolui, debent intelligi, non sequuta copula carnali, quia si illa sequuta esset, coniugium separari non posset, si vnus vellet ingredi in religionem altero non consentiente. c. agatosa. c. desponsatam. 27. q. 2. & propterea Doct. dicunt, quod text. in d. l. Deo
17 nobis, hodie est correctus secundum iura. can. quando est sequuta copula carnalis, quia tunc matrimonium nõ dissoluitur. c. licite. 32. q. 8. cap. cum sis. de Cler. coniug. Alex. in l. si cum dotem. ff. solu. matrim. nu. 11. tamen per mortem naturalem matrimoniũ etiam consumatum dissoluitur. c. pe. c. fin. de secun. nupt. & sic quando est sequuta copula carnalis, mors ciuilis non affert eundem effectum, quem affert

affert mors naturalis, & ideo non æquiparantur, vt dicit Iaſ. in d. §. inſulam. verſ. ad idem facit, quia per mortem naturalem diſſoluitur Matrimonium, &c.

Hinc etiam videmus, quod per talem mortem ciuilem filius non poteſt petere hæreditatem, nec legitimam, ſed debet expectare mortem naturalem, vt latè deducunt Felyn. & Dec. in c. in pręſentia. de probat. Abb. in c. ſimus. de regu. Guliel. de Benedic. in c. Raynutius, in verbo, mortuo. il 1. nu. 299. de teſtam. Alex. in d. l. ſi cum dotem. Couarru. de teſtam. c. 2. nu. 6. dicit hanc eſſe communem, & nu. 7. ex mente fere omnium Doctorum dicit, quod ſi quis ante profeſſionē, teſtamentum fecerit, per profeſſionem non rumpitur: ſed ſi monaſteriū erit capax bonorum durante vita ipſius, bona ad monaſterium pertinebunt, poſt vero mortem naturalem, ad hæredem inſtitutum c. Abb. & Dec. in d. c. in præſentia. Alex. conſil. 13. lib. 3. & ſic videamus, quod in pluribus caſibus mors iſta ciuilis eundem effectum, quem mors naturalis non operatur.

Nō obſtat, quod dicebatur de profeſſis in aliqua religione, omnino bo-
18 norum, tam in particulari, quam in communi incapace: quia licet quoad bona, & quoad aliquos actus ciuiles mortui omnino cenſeantur, ſecus tamen quoad naturales, & cum hi viuant, comedant, loquantur, & vſum rerum habeant, & generaliter omnes actus naturales exerceant. c. religioſus. de elec. in 6. Ideo naturaliter mortui dici non poſſunt, cum naturaliter mortuus non habeat nec velle, nec nolle. & propterea ſtipulatio facta in morte, non poteſt habere locum in hac morte ciuili, quæ non operatur eundem effectum, iux. not. in d. §. in-
19 ſulam. Vnde pecuniæ datæ in ſocietatem, facta profeſſione in huiuſmodi religione, erunt hæredum profeſſi, qui pecunias dedit ſub nomine ſocietatis. iux. tradita per Salyc. in d. Auth. ſi qua mulier. in fi. Bart. in trac. mino. lib. 4. cap. 3. Alex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. vbi latè. Et iſto caſu ideo teſtamētum per ſolam profeſſionem confirmatur, quia fruſtra eſſet mortem naturalem expectari, cum teſtamentum reuocari nō poſſit, neque etiam in fauorem Conuentus incapacis bonorum, & ideo ſtatim facta profeſſione teſtamētum confirmatur, non propterea eſt, quod in alijs caſibus profeſſus non habeat velle, & nolle, & expectare mortem naturalem ei prodeſſe non poſſit; poſ-
20 ſet enim aliquando effici capax bonorum, vt per Bart. in tract. mino. c. 4. lib. 4. & etiam eximi a voto. Innoc. & Abb. in c. ad monaſterium, de ſtat. Monac. Soc. conſil. 13. num. 19. lib. 1. Pariſ. conſil. 68. lib. 4. nu. 148. ſemper
21 enim in his votis auctoritas Papæ excepta eſſet. Anton. Rub. conſil. 147. Et quod talis mors non æquiparatur naturali, demonſtrat etiam Alex. in d. §. ex facto. vbi dicit, quod ſubſtitutus vocatus in caſu mortis non ad-
22 mittitur ſi hęres facit profeſſionem, etiam in monaſterio incapaci bonorum, tam in particulari, quā in vniuerſali: ſed debet mortem naturalem expectare, & interim hæredes ab inteſtato admittuntur. Bald. 280. lib. 1. igitur ex tali morte ficta officialis pecunias minime lucrabitur, vt etiam ex infra dicendis in ſeq. q. latius apparebit.

SVMMARIVM.

Officialis sicut per mortem naturalem sortem sibi datam in societate acquirit, an idem sit per mortem ciuilem.

1 Mors ciuilis necessaria, quae dicatur.

2 Deportationis poena.

3 Relegationis poena.

4 Bannitus dicitur ciuiliter mortuus.

5 Mors ciuilis naturali aequiparatur.

6 Officialis sicut per mortem naturalem, pecuniam acquireret, ita & per ciuilem.

7 Fideiussor sicut per mortem naturalem liberatur, ita etiam per ciuilem.

8 Substitutio facta in casu mortis, extenditur etiam ad mortem ciuilem.

9 Fideicommissum ita debetur per mortem ciuilem, sicut per naturalem.

10 Pactum de lucranda dote in casu mortis purificatur, etiam per mortem ciuilem.

11 Societas sicut finitur per mortem naturalem, ita etiam per ciuilem.

12 In collatione, & vacatione beneficiorum mors ciuilis naturali aequiparatur. & nu. 19. & 28.

13 Legitima sicut debetur filio per mortem naturalem, ita etiam per ciuilem.

14 Patria potestas etiam per mortem ciuilem soluitur.

15 Banniti sunt liberi a patria potestate.

16 Lis sicut finitur per mortem naturalem, ita etiam per ciuilem.

17 Clementina si de procurat. habet etiã locum in morte ciuili contra. nu. 44.

18 Mandatum finitur etiam per mortem ciuilem.

20 Prouisio facta in vno casu, ad omnes similes extenditur.

21 Mortis appellatione venit etiam mors ciuilis, sed contra. nu. 34.

22 Dispositio loquens in casu vero, quando habeat locum in casu ficto.

23 Mors ciuilis non facit conditionem existere.

24 Donatio non cõfirmatur morte ciuili.

25 Deportatus non habetur pro mortuo.

26 Fideicommissi dies non cedit per mortem ciuilem.

27 Stipulatio collata in tempus mortis, non committitur per mortem ciuilẽ.

29 Vsusfructus consolidatur per mortem naturalem, non per ciuilem.

30 Mors, verbum ab homine prolatum, mortem ciuilem non comprehendit.

31 Verba naturaliter, non autem ciuiliter intelligi debent.

32 Dispositio loquens in casu vero, non habet locum in casu ficto.

33 Pro, dictio importat fictionem.

35 Mortis naturalis appellatione non venit ciuilis. & nu. 38.

36 Dispositio loquens in vno casu, dicitur alteri repugnare, & illũ excludere.

37 Verbum speciale additum alteri verbo generali restringit eius significatum.

39 Verba stipulationis debent intelligi, vt veritati, non autem fictioni conueniant.

40 Verba in potiori significatu accipi debent.

41 Potior significatio, quae sit.

42 Mors naturalis aequiparatur ciuili in his, quae similes sunt, & eadem ratio concurrit.

43 Similitudo sufficit, quod sit in eo, quod agitur.

45 In paribus causis paria iura gubernãt.

46 Mors ciuilis etiam si in aliquibus pariat eumdem effectum, quem mors naturalis, non tamen est mors naturalis.

47 An deportatio, interdictio, relegatio, exilium morti nat. cõparari possint.

CAP.

CAP. XXXVII.

Altera est mors ciuilis necessaria, quæ a iud. datur, vt quando
1 ob aliquod crimen pœna interdictionis aquæ, & ignis imponitur, loco cu-
2 ius postea deportatio successit. vt habetur in l. Gallus. §. quid si tantũ, vbi glos. ff. de lib. & posthu. & in l. 3. ff. ad leg. Iul. de pecul. vel quando quis ad metallum, siue opus metalli damnatur. l. quidam. l. in metallũ. ff. de pœn. cuius loco hodie successit pœna triremium, vt dicit Carrer. in sua pract. fol. 567. num. 121. Capic. decis. 153. Et tales pœnæ, cum homines sua libertate priuent, ac in seruitute ponant. l. eius. §. fin. ff. de testa. talis seruitus dicitur mors ciuilis. vt dicit glo. in d. §. quid si tantum. & in l. quod attinet. & in l. seruitutem. ff. de reg. iur.
3 instit. de iu. person. §. fin. Sed etiam si quis deportatur, vel relegatur in aliquem locum, vt in l. capitalium. ff. de pœn. dicitur mortuus ciuiliter, quamuis non perdat libertatem, tamen Ciuitatem amittit, & Peregrinum appellat iurisconsultus in l. sed & si sub conditione. §. solemus. ff. de hæred. instituen. l. 1. C. eod. tit. & alium hominem esse dixit iurisconsultus in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. & hodie loco relegationis solet dari exi-
4 lium: igitur bannitus dicitur ciuiliter mortuus, & pro mortuo habetur. §. relegati. institu. quib. mod. pa. po. sol. l. 1. C. de hæred. instituen. Bald. cons. 27. lib. 4. maxime quando bannitus impune offendi potest, vt plene per Alex. in cons. 26. lib. 1. nu. 15.

Quæ mors ciuilis morti naturali comparatur, vt dicit tex. in d. l. serui-
5 tutem, & loco mortis naturalis habetur. vt est tex. in l. 1. §. quidam filium. ff. de bon. possess. con. tab.

Et propterea dicendum videtur, quod quemadmodum per mortem
6 naturalem officialis pecuniã sibi sub nomine societatis datam acquireret, ita etiam per mortem ciuilem lucrari deberet, quæ, vt dictum fuit, comparatur, ac loco mortis naturalis habetur. d. §. quidam filiũ. vbi quemadmodum mors naturalis filij non nocet nepotibus, ita nec etiam deportatio, quæ loco mortis habetur, vt etiam dicit tex. in l. si necem. §. si patronus. ff. de bon. libert.

Secundo probatur per text. in l. si decesserit. ff qui satisd. cog. vbi Alex. num. 6. Ias. num. 10. Soc. in vlt. not. dicunt mortem ciuilem morti naturali æquiparari, & ideo quemadmodum per mortem naturalem fideiussor li-
7 beratur, ita etiam per mortẽ ciuilẽ. facit tex. in l. fi. ff. quæ senten. sine appell. rescin. vbi habetur, quod mortuum exhibere impossibile est, idem si sit mortuus ciuiliter, & ibi glo. dicit ęquiparari impossibilitatem iuris & naturæ, & latè declarat Horat. Caglien. in cons. 163. lib. 1. consil. Crim. in fol. nu. 6. & 7.

Tertio probatur in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de lib. & posthu. vbi substitutio facta de pronepote in casu
8 mortis, extenditur etiam ad mortem ciuilem, & ibi fere omnes scribentes dicunt, mortem ciuilem morti naturali æquiparari. vt ibi per illustrem Alci. præceptorem meum.

Quarto idem probatur in l. interdicit. in fi. ff. de cond. & demonstrat. vbi rogatus restituere, si fuerit ad metal-
9 lum condemnatus, statim fideicommissum debetur, non aliter expectata morte naturali. vt late declarat Alex.

Alex. in d. l. ex facto. §. facto. ff. ad Trebel. quia isto casu efficitur mortuus pœnæ; ideo pro mortuo habetur. d. l. ex facto. §. si rogatus, vbi Alex.

Quinto idem probatur in d. l. Deo nobis, in princ. C. de Epis. & Cler. vbi pactũ de lucranda dote factum in casu mortis purificatur in morte etiam ciuili per ingressum religionis. ad idem est tex. in l. sed si alia lege. ff. de bon. damnat. in princ. vbi maritus dotem lucratur, si vxor serua pœnæ efficiatur.

Sexto etiam probatur fere in his terminis in §. publicatione. instit. de
11 societ. & in l. actione. §. publicatione. ff. pro socio, vbi ita finitur societas per mortem naturalẽ, sicut si bona amisit per deportationem, quia pro mortuo habetur. ad idẽ est etiam tex. in l. 1. ff. de bon. damnat. vbi bona publicantur, si mors naturalis, vel libertatis, vel ciuitatis, ex sententia sequatur.

Septimo id etiam habetur in c. 1. §. 1. vbi Gemin. hoc notat. ne sed. vacant. quod ad collationem bene-
12 ficiorum pariter est inhabilis mortuus, & suspẽsus. ad idẽ est tex. not. in cap. pe. & ibi glo. 4. hoc notat. de sup. neg. prel. in 6. per quem tex. Franc. Marc. decis. 1100. nu. 3. dicit mors ciuilis naturali æquiparatur in beneficiorũ vacatione, & simile est in l. res vxoris. C. de don. inter vir. & vxo. vbi donatio. causa mortis confirmatur morte ciuili sicut naturali.

Octauo ad idem facit in legitima quemadmodum consideratur tempus mortis naturalis, vt in l. cũ quæ-
13 ritur. C. de inoff. testa. & in Auth. nouissima. C. eodem, ita etiam quando quis damnatus est, consideratur tempus mortis ciuilis, quæ operatur idẽ, quod naturalis, & ei æquiparatur. Bart. in l. 4. C. de his qui ven. æta. impetr. & quemadmodum debetur filijs legitima per mortem naturalem patris, ita etiam per mortem ciuilem. Boss. in tit. de public. bono. nu. 6. & seq. Roland. a Vall. cons. 97. num. 39. lib. 2.

Nono probatur, quemadmodum per mortem naturalem patria pote-
14 stas soluitur, ita etiam per mortẽ ciuilem. l. 1. §. fin. ff. de bon. posses. con. tab. in §. cum autem. instit. quib. mo. pa. pot. sol. & cum banniti nostri tẽporis deportatis æquiparentur secundum opinionem glo. in §. relegati. institu. eod. & Bart. & Bal. & aliorum in l. 1. C. de hæred. instituen. Alexan.
15 cons. 118. lib. 2. Ideo erunt liberati a patria potestate. Alex. cons. 175. lib. 4. Paris. cons. 175. num. 2. lib. 4. Corne. cons. 55. n. 23. lib. 2. Scio tamen, quod in hoc multi sũt in cõtraria sentẽtia. vt per Iul. Clar. in §. fi. q. 71. lib. 5. senten. crim. sed nihil ad rem nostram facit, satis enim est per dispositionẽ filium a patria potestate liberati.

Decimo probatur in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. vbi scribentes omnes.

Vndecimo probatur, quia his quẽ-
16 admodum finitur per mortem naturalem, ita etiã finitur per mortẽ ciuilem. Cassiod. decis. 3. nu. 6. vt lit. penden. Ægid. decis. 156. & alij in c. licet, de offi. deleg. Sebast. Vant. in tract. de nullit. senten. ex inhabili, seu defect. manda. num. 171. Vnde aliqui dicebant, quod dispos. Clemen. fin. de
17 procu. habet etiam locum in morte ciuili.

Duodecimo etiã probatur, quia mãdatum, sicut finitur morte naturali. l.

18 mandatum. C.mand.ita etiam morte ciuili. vt per Doct. in d.Clemen.si. vbi Cardina. q.14. post alios Illustr. Alcia.cons.24.lib.8.in princ.

Vltimo probatur, quia mors ciuilis naturali equiparatur in beneficio-
19 rum vacationibus, cum sit eadem ratio secundũ glos. in c.si propter tuã debita. de rescript. in 6. super verbo vacabit, videlicet morte, renũciatione, depositione, translatione, vel quocunque alio modo. in c.si Episcopus, de sup.neg.Prælat. in 6. & ibi glo.super verbo, morte.c.si.§.officium. de offi.potest.iud deleg.lib.6.

Vnde si mors ciuilis æquiparetur naturali, vt habetur in dictis iurib.& ibi per Docto. succedit regula æquiparatorum, vt idem iudicium esse debeat. Et propterea stipulatio in casu mortis concepta, ad mortem ciuilẽ extendi debet, vti similem naturali.
20 prouisio enim facta in vno casu ad omnes similes extenditur. Bar. in d.§. quid si tantum. bonus tex. in l. mater.C.de institut. & substitut. ibi deportatus, vel aliter mortuus, & in l. qui vxorẽ.ff.de iniust. test.& in similibus idem debet esse indicium. l. si vir.C.de inst. & subst. Hinc est, quod multi dixere, quod appellatione
21 mortis, venit etiam ciuilis, & ciuilis naturali æquipollet, vt per Scribent. in d.§.quid si tantum. Bart in l.posthu de iniust. test. Cor. cons. 249. lib. 1. Alex.in d.l.si discesserit. maxime quãdo mors ciuilis eundẽ parit effectũ, plene illustr. Alciat. in lib. 2. de verbi.
22 signif. Et licet dispos. loquens in casu vero non extendatur ad fictum, secus vbi casus verus, & fictus a iure expresse æquiparantur, tunc casus fictus vna cum vero, intelligitur comprehensus, vt per Alex.in l.adoptiuũ, in princip.ff. de in ius vocan. & cons. 178. lib. 2. num. 22. Ruyn.cons. 50.nu. 9. lib. 3.

In contrarium tamen alia diuersa iura allegãtur, & primo tex. in l.cum pater.§.hereditatẽ.de leg. 2. vbi mors
23 ciuilis non facit existere conditionẽ, sed naturalis, & per deportationem non perditur eligendi fideicommissum.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebel. declarant ibi Bart. & Docto.

Secundo facit tex.in l.sed si mors, in princ.ff.de donat. inter vi. & vxo. vbi donatio inter virum, & vxorem
24 confirmatur morte naturali, non autem per deportationem, & sic per mortem ciuilẽ. late habetur per Bos. in tit.de bon.publican.nu. 35. cũ seq.

Tertio habetur etiam in d.l.inter-
25 dicit, in 2. responso. vbi deportatus pro mortuo non habetur.

Quarto probat.in l.Statius.§.fi.ff.
26 de iu.fisci. Vbi fideicommissum relictum in diem mortis, non cedit per mortem ciuilem, sed naturalem. vt etiam habetur in d.§.ex facto.

Quinto est tex.in l.ex parte.§.insulam. ff. de verb. oblig. vbi fere in his terminis habetur, quod stipulatio col-
27 lata in tempus mortis, committitur per mortem naturalem, non ciuilem, & ibi plene per Docto. facit etiã tex. in l.sed si alia.§.1. de bo damnat.vbi mulier per mortem ciuilẽ est capax actionis de dote, tamen non per mortem naturalem.

Sexto idem habetur in c.susceptũ. de rescrip.in 6. vbi vacatio per mor-
28 tem naturalem, & vacatio per mortem ciuilem sunt diuersa, vt ibi gl. & Doct.adnot.& habetur per Rebuf.in sua pract. in reg. de infir.benef. resignan. vbi dicit, quod illa reg.non habet locum in morte ciuili.

Septimo

Septimo facit, quod aduot. Ang. in
Auth. bona damnatorum. C. de bon.
29 proscrip. nam vsusfructus morte na-
turali vsufructuarij cōsolidatur pro-
prietati, non autem per mortem ci-
uilem; quia illud ius penes fiscū re-
manet, donec mors naturalis super-
ueniat, facit in simili, quod dicunt
Boer. decis. 164. nu. 8. & Ægid. decis.
725. quod in bonis feudalibus, & em-
phyteuticis, in quibus certæ personæ
subintrant morte feudatarij, & em-
phyteutæ, non tamen subintrant per
mortem ciuilem.

Octauo ad hoc etiam concurrit di-
ctum Ant. de Butr. in c. cū sit, de cler.
coniug. quod quoties sumus in mate
30 ria stricta, & verbum, mors, ab homi
ne prolatum fuerit, nunquam mortē
ciuilem comprehendit, quod etiam
habetur in sum. Syluestr. in verbo,
mors, sed nos sumus in materia stri-
cta, vt habetur in l. quicquid astrin-
gendæ, ff. de verb. oblig. igitur.

Nono nam verba in dubio semper
naturaliter, nō autem ciuiliter intel-
31 ligi debent. l. fi. cum ibi not. C. de his
qui ven. ætat. impetr. ergo in casu no-
stro debent intelligi naturaliter, &
sic de morte naturali, & non ciuili.

Decimo comprobatur, quia dispo-
sitio loquens in casu vero, non habet
32 locum in ficto. Bart. in l. 3. §. hęc ver-
ba. ff. de neg. gest. & in l. omnes popu-
li, in 6. q. princ. ff. de iust. & iur. & in l.
1. ff. de font. vbi ait, quod statutum pu
niens portantes perlas, intelligitur
de veris, nō de fictis; sed mors ciuilis
dicitur ficta, & non vera. Doct. in d. §.
quid si tantum. igitur stipulatio con-
cepta in casu mortis, in ficta minime
verificari debet. Vnde licet multa iu-
ra dicant, quod deportati, relegati,
habeantur pro mortuis, illa dictio,
33 pro, importat fictionem. Alex. consil.
115. nu. 8. lib. 2. & aliud est esse mor-
tuum naturaliter, & aliud loco mor-
tis naturalis haberi.

Propterea multi etiam tenuerunt,
quod appellatione mortis solum na-
34 turalis, non autem ciuilis cōprehen-
datur, vt per Alex. in d. §. ex facto, &
in cons. 139. lib. 2. nu. 3. Grat. cons. 2.
nu. 42. lib. 1. Guid. Pap. q. 547. proba-
tur etiam in l. verū. §. fin. ff. pro socio.
vbi habetur, quod societas dissolui-
tur per maximam, & mediam capitis
diminutionem, & per mortem. igitur
appellatione mortis non continetur,
quando quis amitteret libertatē, vel
ciuitatem. §. 1. inst. de cap. dim. quasi
communiter dicūt, quod appellatio-
ne mortis, solum mors naturalis con
tinetur, & quod mors ciuilis, nisi in
casibus a iure expressis naturali non
equiparatur. glo. in c. placuit. 16. q. 1.
& in c. susceptum, de rescript. Cyn. &
Doct. in l. Deo nobis. C. de Episc. &
Cler. Moder. in d. §. insulam, Soc. in l.
cum auus. ff. de cond. & demonstr. Go
mes. super reg. impetr. benef. vac. per
ob. fami. Card. q. 5.

Quid modo dicēdum erit? in præ-
35 posito nostro animaduertendum est,
quia talis quæstio quodammodo vi-
detur superflua, & inutilis; postquam
in omnibus fere contractibus similiū
societatum de cōmuni vsu obseruan-
tia semper dicitur, quod N. deceden-
te morte naturali, &c. quo in casu nō
est dubium mortem ciuilem non cō-
prehendi, postquam partes expresse
de morte naturali cōuenerunt, & vbi
verba sunt clara, non debet esse quæ-
stio voluntatis. l. ille, aut ille. §. cum
in verbis. ff. de leg. 3. cū simil. partes
enim cum ministerio mortē natura-
lem expresserunt, igitur illud verbū,

naturali, non debet esse superfluum, sed aliquid operari debet, vt not. in l. si quando. ff. de leg. 1. nec potest verificari in morte ciuili, quę appellatione mortis naturalis non venit, cum mors naturalis sit, quando anima separatur a corpore, igitur nec proprie, nec improprie mortem ciuilem importare potest. Vnde dicit Castren. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub.
36 quod dispositio loquens in vno casu dicitur alteri repugnare, & illum excludere: hinc etiā est, quod licet pœna capitis sit æquiuoca, & possit importare mortem naturalem, & ciuilem, tamen si quid addatur, quod importet mortem naturalem, tunc non comprehenderet mortē ciuilē. Felyn. in c. qualiter, & quando. in si. extra de accusa. Folle. in sua prac. in verbo, pęnis debitis ferientur. nu. 47. verbum
37 enim speciale additum veteri verbo generali restringit eius significatum. Bart. in l. sed si adijciatur. ff. pro soc. Illa igitur conditio in casu mortis naturalis non potest verificari, nisi in morte quando anima a corpore separatur, donec enim aliquid vitę superest: mortuus non est, quia mors omnia soluit. §. deinceps. in Auth. de nupt. Dec. conf. 247. nume. 7. & quod quando specialiter prouisio est facta
38 de morte naturali, nō veniat ciuilis, firmat Paris. conf. 5. nume. 151. lib. 4. Guid. Pap. q. 547. vbi dicit, quod dispositio facta in casu mortis naturalis locum non habet, si mors ciuilis sequatur. l. sed si mors, cir. princ. ff. de dona. inter vi. & vxo.

Iura, Doctrinæ, quæ supra citatæ loquuntur, quando simpliciter in stipulatione de morte sola mētio facta extitisset, quo in casu licet aliquando et in morte ciuili verificari posset, tamē in casu, de quo agitur etiam si stipulatio simpliciter in morte concepta fuisset, arbitror, quod solum in mor-
39 te naturali stipulatio locū sibi vēdicaret. Verba enim stipulationis, seu promissionis semper intelligi debēt, vt veritati conueniant, & non fictioni, quæ veritati cōtraria est. glo. in l. siue possideris. C. de pignor. Illustr. Alc. in tract. præsump. in prin. & fictio cessat, vbi veritas locum habere potest: vnde verba semper debent intel-
40 ligi in casu vero. d. l. 3. §. hæc verba, & in proprio significatu. l. lex Cornelia. de testa. ff. & ibi Aret. l. non aliter. de leg. 3. & tradit in notabili casu Alex. consi 65. lib. 4. col. 3. ac in potiori significatu. l. 179. qui in perpetuū. ff. si ager vect. vel emph. Bart. in l. si quis. §. differentia. ff. de acqui. poss.
41 potior significatio est propria, & specialis secundum vnumquodque, & simpliciter tale, & per prius, & non per posterius, & etiam verba naturaliter, & non ciuiliter sunt regulariter intelligenda: vt habetur in l. fin. C. de his, qui ven. ętat. impetr. per quē tex. dicunt ibi Bal. & Saly. quod Emphyteosis recepta pro se, & filijs legitimis, nō intelligitur recepta pro legitimatis; & per eūdem tex. Nat. conf. 373. nu. 10. dicit, quod vbi fit mentio de possessione, intelligitur de naturali possessione, quæ organo corporali apprehenditur. vt in l. 1. ff. de acqui. pos. non autem de quasi possessione, quę ministerio legis introducta est, maxime in stipulationibus, vbi verba semper stricte accipienda sunt. vulg. l. quicquid astringēdæ. de verb. oblig. Vnde aliqui dicebant, quod verbum, mortis, quando ab homine profertur non comprehendit mortem ciuilem. Bal. in conf. 148. lib. 4. Sum. Syluest.

uef.in verbo mors,vt supra dictum fuit.

Non obstant multa iura in cōtrarium allegata, quod appellatione mortis etiam mors ciuilis cōprehendatur, quia id nō est ex vi vocabuli, sed ex similitudine rationis, quia solum eo quod similes sunt æquiparan-
41 tur, prout emancipatio in eo quod similis est morti naturali, ei comparatur, ac æquiparatur non tamen emancipatio veniret appellat. mortis,vt optime probatur in d. §. quasi tantū: nā si appellatione mortis inter dictio ignis, & aquæ comprehenderetur,ex vi vocabuli Scæuola non re-
42 spondisset, ad similitudinem mortis cæteri casus admittendi sunt. vt ibi Arc.not.Vnde in sola similitudine rationis se fundare videtur,quod idem sit de interdictione aquæ, & ignis, quod de morte naturali;demōstratur etiā,nā appellatione mortis emancipatio minime cōprehenditur, tamen Scęuola dicit mortis casus ad emācipationē porrigitur:& ratio est, quia in dissoluenda seruitute emancipatio morti simillima est.inst.quib.mo.pa. pot. sol. & similitudo sufficit in eo,
43 quod agitur.l.qui liberos.ff. de vulg. & pup. licet in alijs sit dissimilitudo. Abb. in c. translato. de constitut. & in c.quemodmodū. de iureiu.Et si in illo casu interdictio similis sit morti, non tamē omne simile est idē. l.quod nerua. ff.deposi.immo interdictio, & deportatio in multis casibus morti dissimiles sunt, vt in d. l. interdicit. Alex. in d.§.ex facto.nu.4.Vnde non potest dici, quod appellatione mortis comprehendantur, si enim comprehenderentur, non essent similes, sed semper appellatione mortis inter dictio,& deportatio venirēt: & summarium Bart.ibi quod prouisio facta in vno casu, ad omnes similes porrigitur, non probaretur, ita & etiam in d. §. publicationem, ideo ibi pro mortuo habetur, quia quando bona confiscantur,fiscus succedit, ideo societas dissoluitur, quia alius in eius locum succedit, prout per mortem naturalē: cum societas non transeat ad hæredes. l. nemo. l.ideo. ff. pro soc. ex similitudine igitur rationis deportatus ibi pro mortuo habetur, prout in omnibus alijs iuribus in quibus habetur mortem ciuilem naturali æquiparati, sed vbi sunt dissimiles minime æquiparātur. vt dicit glo.in d.§. publicatione, & probatur in d. l. interdicit,de cond. & demonstr. & in l.sed si alia.ff.de bo. dam. & in d.§.insulam.Guid.Pap.547.vbi dicit, quod dispositio Clemen. fin. de
44 procu. non habet locum in morte ciuili,in qua est dissimilis ratio. Non tamē talis argumentatio a similitudine rationis est restringenda, vt dicūt cano. ad casus solum similes in iure expressos cum in paribus causis paria iura gubernant, & de similibus ad similia generaliter argumētari potest. l. non possunt.ff.de legi. & sufficit, quod eadem subsit ratio & simi-
45 litudo existat in eo,ad quod fit comparatio, adeo quod non requiritur, vt similitudo sit in tota re.Bal.in l.illud. col. 2. C.de Sacr.san.Eccle.Dec. cons.526.declarat Abb.in cap.translato. num. 3. de constitut. Dec. cons. 329.num.4.probatur in l.qui liberis. ff. de vulg.& pupil.Ias.in l.creditori. ff.de nou.ope.nun.nu.8.

Nec ex eo, qnod mors ciuilis eundem effectum producat, quem mors
46 naturalis,dicendum est esse mortem naturalem,& morti naturali æquiparari;

rari; emancipatio enim in multis casibus eundem effectum parit, quem mors naturalis: igitur emancipatio mors esset, quod non est dicendum, quia ex diuersis aliquando ijdē producuntur effectus. l. 3. §. ex pluribus de acquir. poss. l. non vt ex pluribus. ff. de reg. iu. talia arguunt eūdem ef-
47 fectum ex similitudine rationis, non ex identitate in substantia. Vnde an deportatio, interdictio, relegatio, exiliū possint morti naturali comparari, ac æquiparari, sola similitudo rationis consideranda est, si adest, de exilio ad mortem naturalem argui potest, si autem non, vt patet ex iuribus supra alleg. quantum vero attinet ad præsentem materiā nullo modo dici potest similitudinem rationis adesse, quia expectare mortem naturalem non solum prodest fisco qui illo interim fructus habebit. l. Statius. §. fi. ff. de iu. fis. sed etiam illi, qui pecunias dedit, qui gratiam consequi posset, & sortem ab officiali recuperare. Vnde cum talis dilatio meliorē conditionem afferre posset; deportatio, relegatio, bannum, & alia similia morti æquiparari non debent. d. §. insulam. vbi Doct. Alex. in §. ex facto: sed tamen verum est, quod si ille, qui dedit pecunias, fuerit deportatus, vel relegatus, siue bannitus, quoad commodum ipsius pro mortuo habebitur, & fiscus in casibus, in quibus eius bona publicarētur, commodū societatis caperet: si vero bona non essent confiscata, commodū remaneret illi, qui pecunias dedit, aut suis hæredibus in casibus, in quibus bona condemnatorū hæredibus reseruantur, vt in Auth. bona dānatorum. C. de bon. damnat. sed quantū ad commodum, & vtilitatem officialis nunquam pro mortuo habebitur, vt ex dicta morte ciuili sortem lucrari possit.

SVMMARIVM.

1 *Societas dissoluitur facta publicatione bonorum.*
2 *Fiscus an statim facta confiscatione bonorum illius, qui pecunias dedit in societatem, ab officiali exigere possit.*
3 *Fiscus ratione partis totum vendere potest.*
4 *Fiscus ante diem agere, & sortem repetere potest. vide. nu. 13.*
5 *Fiscus fructus solutos pro rata temporis restituere tenetur.*
6 *Fiscus non potest repetere sortem ab offidiali durante societate.*
7 *Officialis pro pecunia in societate habita ante diem conueniri non debet.*
8 *Societas non transit ad hæredes, quia est electa industria personæ.*
9 *Societas facta super officio alicuius per publicationem non dissoluitur.*
10 *Conditio obligationis ex persona fisci immutari non debet.*
11 *Fiscus conuentione seruare tenetur.*
12 *Confiscatio bonorum cum omnibus oneribus fieri debet.*
14 *Fiscus vbi non reperitur priuilegiatus iure communi vtitur.*
15 *Declaratio ad l. 1. C. de cond. ex l.*
16 *Fiscus priuilegiatus est in primipilaria administratione.*

CAP. XXXVIII.

SEd quoniam supra dictum fuit, quod facta publicatione bonorū illius, qui pecunias officiali sub no-
1 mine societatis tradidit, societas soluta est. vt in §. publicatione. instit. de societ. & in l. actione. §. publicatione.

& in l. verum. §. si ff. pro soc. aliquan
2 do dubitatū fuit, an fiscus statim sequuta publicatione, ex quo societas finita est, possit ab officiali sortem repetere. Et videbatur dicendum quod sic: quia si finita est societas, fiscus, qui ex publicatione bonorum in locum illius, qui pecunias dedit, succedit, illas ab officiali repetere poterit, ac cōsequi debebit. l. actione. in prin. & in §. morte. ff. pro soc. & licet societas fuerit inita ad sex menses; tamen, quia durante dicto tempore per publicationem bonorum dissoluta fuit, officialis sortem receptam fisco restituere tenetur. iux. not. per Alex. cons. 34. lib. 2. eo maxime, quia fiscus, etiā
3 quod societas dissoluta non fuisset, posset illam dissoluere, & sortem repetere, vt adnot. Bal. in cons. 171. lib. 1. Dec. cons. 235. nu. 7. lib. 2. & etiam quamuis tempus in societate apposi-
4 tum, finitum non esset, fiscus ante diē agere, ac sortem repetere posset. vt habetur in l. 1. C. de cond. ex leg. & ibi plene Bal. Alex. Ias. & Dec. in l. pecuniam quā. ff. si cert. pet. Boss. in tit. de fis. nu. 33. fiscus tamen teneretur restituere fructus anticipate solutos pro rata temporis. vt dicit glos. & Bald. in d. l. 1.

Contrarium tamen respondendū esse arbitror; quia regulariter huiusmodi societates ad sex menses, & postea ad beneplacitum ambarum partium fieri solent, & officialis fructus anticipatos pro sex mensibus soluere solet. Vnde durante dicto tempore quemadmodum ille, qui dedit pecunias, illas repetere non valuisset,
6 ita nec etiam fiscus, qui ex confiscatione succedit in locum illius. l. qui in alterius. ff. de reg. iu. officialis enim solum sortem restituere tenetur in fi.
7 sex mensium, igitur ante diem conueniri non potest. l. 1. in fi. ff. de vsufruc. accrescen. l. cedere diem. ff. de verb. signif. Nam cum societas fuerit facta ad sex menses, & fructus pro sex mensibus soluti fuerint, quemadmodum ille, qui dedit pecunias, illas durante societate repetere non potuisset, nec societatem soluere. l. actione. §. diximus. & §. itē, qui societatē. ff. pro soc. ita nec etiam fiscus, qui in locum ipsius successit, potest agere ante tempus, vt sors sibi restituatur, cum non cesserit, nec venerit dies solutionis. d. l. cedere diem. l. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iu. vel si cessit, non venit, vt dicunt Doct. in d. l. in omnibus, & licet societas per publicationem dissoluta fuerit, nō tamen fiscus ante tempus sortem ab officiali repetere debet, nec potest; cūm sors ad fiscum cum sua causa transierit, vt solum finito tempore, & nō antea exigere valeat; in societatibus enim, quę fiunt super officijs Ro. Cu. cessat illa
8 ratio a doct. considerata, quod societas non transit ad hæredes: quia industria personæ electa censetur, vt per doct. in §. soluitur. inst. de socie. quoniam ille, qui dat pecunias sub nomine societatis super aliquo officio, in d. officio nihil agit, nec in eo se intromittit, vt dici possit industriam illius ad dictum officium electam fuisse;
9 merito forte dici posset per publicationem solutam non fuisse, vt dicitur de alijs societatibus publicis. vt in l. 1. ff quod cui. vniuers. glo. in l. verum. §. quod in hęredem. ff. pro soc. Franc. Marc. dec. 627. nu. 7. nec ex persona fisci conditio obligationis immutari debet. l. 1. §. ex his. ff. de verb. oblig. & auferre officiali commodum temporis. iux. not. in l. si mandauero tibi, vt

pro me in diem. ff mand. immo etiã
11 quod societas dissoluta esset, fiscus tamquam hæres conuentionem, & pacta seruare teneretur. l. verum. §. in hæredē. l. hæres socij. l. actione. §. mo-
12 do. ff. pro soc. Paris. cons. 8. lib. . cũ publicatio confiscatio, & cũ omnibus oneribus facta intelligatur, ad quæ tenebatur condemnatus. l. ex facto. §. ex facto. & ibi Ripa nu. 5. ff. ad Trebel. & in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testa. & in l. si seruus pluriũ. §. si quis ante. ff. de leg. 1. & in l. cũ fisco. ff. ad Sylla. & in l. 1. C. in pœ. fis. cred. præfec. lib. 11. cũ ad fiscum bona delinquentis cum suo onere deuoluantur. l. si quis a liberis. §. rescriptum. ff. de lib. agno. Soc. cons. 30. lib. 1. fiscus igitur non debet posse sortem exigere datam in societate, cum fuerit data cum onere, ne exigatur, nisi finito tempore sex mensium, & licet fiscus rem communem diuidere possit, & alienare, vt per Bal. in d. cons. 171. nō propterea iure poterit sortem exigere, quæ est penes officialem ad sex menses, ante finitum dictum tempus; etiamsi quod societas finita fuisset, quia licet dies cesserit, non tamen venit.

Non obstat, quod fiscus ante tem-
13 pus a debitore exigere valeat, vt in d. l. 1. C. de cond. ex leg. quia id fiscus solum facere potest ex causa publicæ necessitatis, & ipsa Dec. in d. l. pecuniam dicit, quod ibi est casus specia-
14 lis, quod fiscus ante diem agere possit. Et fiscus vbi non reperitur priuilegiatus, iure priuati regulariter vtitur. glos. in l. 1. C. de pet. hæred. & maxime quando fiscus succedit in bonis priuati, tunc iure solũ priuati vti debet. l. cũ quidam. §. fiscus. ff. de vsu. l.
15 in facto. §. fiscus. ff. de cond. & demonst. vel dici potest, quod dispositio. d. l. 1. cũ sit correctoria iuris communis. l. eum, qui calendis. ff. de verb. oblig. non potest, nec debet extendi ad debitorem debitoris, & licet Saly. ibi sentiat contrarium, tamen debet intelligi, quando fiscus agit cōtra debitorem debitoris ex iure speciali. vt in d. l. 1. secus si de iure communi, vt in casu nostro, vt declarat Bar. in l. nō intelligitur. §. multa. ff. de iure fisc. Eo maxime, quia cæteris paribus, potius fauendum est priuato, quã fisco, vulg. l. nō puto, vbi Alex. ff. de iur. fis. cum fiscus in casu nostro tractetur de lucro captando, & propterea non habet locum, quod dicitur in d. l. 1. vbi fiscus tractatur de damno euitādo ex primipilaria administratione, quia forte Primipilarius recepta a fisco stipendia pro se, & militibus sub se, vel vexillo, aut pilo suo constitutis, quæ non erogauit, vel militiam de-
16 seruit, & pro hac administratione adeo fiscus erat priuilegiatus, vt non solum contra Primipilarium, sed etiã contra vxorem, & filios, licet non essent hæredes, propter vtilitatē publicã agere poterat. l. vtilitas publica. l. cũ ex sola. C. de Primipil. lib. 12. & Lucas de Pen. in d. l. vtilitas. merito potest agere etiã contra Primumpilarium, vel contra etiã eius debitorem ante tempus. vt in d. l. 1. quæ cũ loquēs in casu speciali ad alios trahi non debet. Dec. in d. l. pecuniam.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an sortem lucrari posset, si dãs pecunias obiret post ipsius bonorum publicationem.*

2 *Societas facta ad tempus etiam durante tempore per mortem finitur, ita etiam*

etiam per publicationem bonorum.

3 *Durante societate ista verba conditionem importent.*

4 *Conditione cessante conuentio locum habere non potest.*

5 *Datum sub conditione sub contraria conditione ademptum censetur.*

6 *Conditio prius adimpleri debet quando emolumentum consequatur.*

7 *Conditio quando ad tempus contractus retrotrahatur.*

8 *Pecunia a fisco exacta transeunt in eum cum sua causa.*

9 *Delictum dantis pecunias in societatē officiali nocere non debet.*

10 *Dotis publicatio non nocet marito.*

11 *Pendente conditione non potest aliquid fieri, vt eueniente conditione non sit locus conuentioni.*

12 *Confiscatio bonorum reuocatur ex superuenientia filiorum.*

13 *Dans pecunias in societatem dicitur creditor officialis conditionalis.*

14 *Ita conditionalia non transeunt in fiscum.*

15 *Fiscus tenetur soluere creditores conditionales purificata conditione.*

16 *Officialis non tenetur restituere pecuniā in societate acceptā, durante societate, etiam quod bona illius, qui eas dedit publicarentur, & nu. 19.*

17 *Stipulatio concepta in vno casu non committitur in alium non expressū.*

18 *Cessante causa dilationis, dilatio cessare debet.*

20 *Res communes remanere possunt, etiā quod societas dissoluatur.*

21 *Conditio licet extiterit, expectanda tamen est dies, quæ superest.*

22 *Causa licet cesset, effectus tamen cessare non debet, quando aliquæ reliquię remanent.*

23 *Officialis potest mutare causam possessionis.*

CAP. XXXIX.

Hinc etiam alia quæstio oriri posset. Quid si illius, qui pecunias ad societatē ad sex mēses dedit,
1 bona durante societate ex aliquo delicto publicarentur, & postea ipse infra sex menses morte naturali decederet. An officialis sortem habitam lucrari posset, & si societas per publicationem est finita, vt dixi in præcedenti quæstione: videtur dicendum, quod non: quia officialis soluta societate finito tempore sex mensium pecuniam receptam fisco dare, siue restituere tenetur, etiam infra tempus, ex quo prius societas per publicationem finita fuit, per ea, quæ late dicit Alex.cons.34.lib.2.num.5. vbi dicit,
2 quod societas facta ad certum tempus finita morte vnius sociorum, etiā si decedat infra dictum tempus, vnde alius socius potest agere contra hæredes, vt rationem administrationis etiam non finito tēpore reddant, ex quo finita est societas, licet iste casus expressus non fuerit, & officialis non promiserit restituere nisi finito tempore sex mensium, tamen sub illo casu, casus æquipollens comprehenditur, scilicet etiam, quod societas aliquo casu prius extincta fuisset, cum societas ita finiatur per mortē, sicut per publicationem.l.in actione. §.publicatione. ff. pro soc.& in d. §. publicationem, institut.de societ.

Cūque stipulatio sit concepta, vt si durāte societate morte naturali decedat ille, qui pecunias dedit officialis eas superlucretur, sed tēpore mortis iam erat finita per publicationē bonorū, merito non potest dici, quod durāte societate decesserit. Illa enim

verba

3 verba, hujusmodi societate durante. &c. important conditionem, iux. not. in l. a testatore. ff. de condit. & de-
4 monstr. quæ conditio, cum per publicationem cessauerit, conuentio locũ habere non potest. l. cedere diem. ff. de verb. oblig. l. pecuniam. ff. si cert. pet. l. lege legata sub conditione. ff. de condit. & demonstr. l. si quis sub conditione. ff. si quis omnis cau. test. l. hæc conditio, in princ. ff. de contrahen. empt.

Nam, qui aliquid dat sub conditione, sub contraria censeretur adi-
5 mere. l. si legatum purum. ff. de adim. leg. l. aliquando. ff. de condit. & demonstr. Ruyn. cons. 107. num. 4. lib. 3.
6 natura enim conditionis est, vt prius impleatur, quam emolumẽtum quæratur. l. Thais ancilla. §. Stichus. ff. de fideicomm. libert. Ruyn. cons. 181. nu. 2. lib. 1. Cum igitur conditio non extiterit, quia non decessit durante societate, officialis lucrum consequi non debet, maxime si teneretur fiscũ potuisse ante tempus, & sic infra sex menses sortem exigere. Et licet con-
7 ditio quando extitit, ad tempus stipulationis contractæ retrahatur. l. qui potio. l. qui balneum. ff. qui por. in pign. habe. hoc est verum si tempore existẽtis conditionis reperitur extremum habile ad obligationem contrahendã, secus si inhabile reperitur, vt dicit Bart. in l. quoties, in fine. ff. de nouat. sed tempore existentis conditionis, qui dedit pecunias ad societatem, non erat amplius habilis ad obligandum, igitur conditio non retrotrahitur.

Contrarium tamen respondendũ est, maxime tenendo fiscum ab officiali sortem, nisi finito tempore sex mensium, repetere non posse. Si enim durãte dicto tempore mors naturalis sequatur, sors irreuocabiliter efficitur ipsius officialis, & si postea fiscus eam peteret, officialis exceptione retentionis se tueri poterit, quia cui damus actionem, &c. Si vero fiscus sortem ab officiali exigisset, & postea durante sex mensium tempore, ille, qui pecunias dedit morte naturali obiret, fiscus eam restituere teneretur, quia ad eum cum suo onere
8 transiuit, ac cum sua causa, vt officialis esset, si ille, qui dedit durante tempore sex mensiũ decederet. l. res quæ. §. res. ff. de iur. fis. Bart. in l. si adimendo. ff. de adimen. lega. fiscus enim reuocabiliter sortem habuit, ac exegit, vt succedente morte naturali infra sex menses, pecuniæ exactæ officiali restituerentur, vt dicitur de bonis fideicommisso subiectis, quæ stãt penes fiscum, donec veniat conditio, & postea fideicõmissario restituere tenetur. l. Statius. §. Cornelio. ff. de
9 iur. fis. Delictum enim illius, qui pecunias dedit ad societatem, officiali minime nocere debet. l. post contractum. ff. de donat. l. si quis posthac. C. de bon. proscript. facit, quod adnotat in simili Bart. in l. quinque legibus. ff. de bon. damnat. quod si dos vxoris publicatur in casibus, in qui-
10 bus publicari potest, talis publicatio marito non nocet, quin lucrum dotis sibi ex pacto debitum cõsequi nõ valeat, sequitur Rol. a Vall. in tract. dot. q. 59. Cum enim officialis pecunias in societatem receperit cum pacto, quod durante tẽpore societatis, si ille, qui pecunias dedit morte naturali obiret, pecunias receptas lucretur, pendente itaque conditione,
11 non potest ab altera partiũ aliquid fieri, quod eueniente conditione, non fit

sit locus conuentioni. Alex.cons.45.
lib.5. in princ.& propterea existente
postea conditione infra sex menses,
conuentio locum habere debet.l.fin.
§.1.ff.de vulg.& pupil. Soc.Iun.cons.
181.num.22. lib.2. nam quemadmodum si banniti, & condemnati filios
post bannum haberent, confiscatio
12 facta de iure communi reuocaretur
ex superuenientia liberorum. Curt.
Sen.cons.1.nn.9.Bart.cons.130.num.
78.lib.1.in fol. ita ex superuenientia
conditionis, scilicet mortis naturalis
illius, qui pecunias dedit infra sex
menses, exactio si facta est, a fisco reuocari debet.

Ad idem facit, quia ille, qui pecunias in societatem præstitit, cum pacto, vt officialis essent, si morte naturali decederet, dicitur creditor di-
13 ctarum pecuniarum sub contraria conditione, scilicet si in dicto tempore morte naturali non decederet, vnde dictum creditum in bonis illius, qui pecunias dedit conditionale reperitur, vnde in fiscum minime trãsi-
14 re potest, cum in fiscum iura conditionalia non transeant, quando conditio ante confiscationem purificata non est, per tex.in l.quoties, in fin.ff. de nouat.& ibi Bart. Curt. Sen.cons. 59. num.13. glos.in l. non ad ea.ff.de condit.& demonstr. vbi Bart.

Et si fiscus exigisset, cum ad officialem pecuniæ spectarent sub condi-
15 tione mortis naturalis, quemadmodum fiscus tenetur soluere omnibus creditoribus delinquentis. Bart.in l. res autem, in princ. de iur.fis. Alex.in l.si marito.ff.solut.mat. ita etiam existente postea conditione debet soluere officiali creditori, quia purificata conditione cessit dies. l.cedere diem. ff.de verb.sign. Doct.in l.ite omnibus. ff.de reg. iur. paria enim sunt debitũ esse purum, vel esse conditionale, & purificatam esse conditionem. l. sed & si de tua.§.1.ff.de acquiren.hæred. Ias.in l.quoties in diem. col. 3. ff. de verb.oblig.

Non obstãt modo ea, quę in cõtrarium adducũtur, primo dici potest, vt
16 dixi in præcedenti quæstione, quod societas non est finita saltem ad effectum, vt officialis ante tempus pecunias habitas restituere teneatur, postquam solum illas finito tempore sex mensium, si mors naturalis non accideret, restituere promiserit. l. eũ, qui calẽdis. l.qui hoc anno.l.centesimis. ff.de verb. oblig. & stipulatio conce-
17 pta in vno casu, non committitur in alium non expressum, vt habetur fere in his terminis in l.inter socerũ.in fin.ff.de pact.dota. Et propterea non potest ab officiali plus petere, quam verba promissionis stricte sumpta important. l. quicquid astringendæ, in prin.ff.de verb.oblig. l.in conuentionalibus.ff.eo.tit.& plus petit, qui ante tempus petit, maxime quando tẽpus ad commodum promissoris appositum est.

Vnde non obstant dicta per Alex. in d. cons.34. lib. 2. quia in casu suo expectare tempus sex annorum, ad quod societas inita erat, nullum commodum fideiussori afferre poterat: igitur soluta societate per mortẽ, fideiussor tenetur rationem reddere,
18 ac si finita esset per lapsum temporis, quia cessante causa dilationis, cessare debet dilatio. l.continuus.§.cum ita.ff.de verb. oblig. sed secus in casu nostro, quia officiali affert commodum, pecunias vsque ad sex menses retinere, etiam si societas finita esset. Tum forte, quia non habet pecunia

præ

19 prę manibus ad restituendum, tum quia forte posset euenire casus, vt pecunias habitas minime restituere tenerentur, vt si ille, qui dedit in dicto tempore morte naturali decederet, quod etiam ex pluribus viribus probatur. Primo per tex. in l. fi. C. de leg. & in l. ambiguitatem. C. de vsufru. ibi etiam Doct. vbi si testator alicui vsumfructum relinquat, quousque filius aget annum duodecimum, si filius moriatur prius, quam illam ętatem attingat, propter hoc vsufructuarius non desineret vsumfructum habere, nisi lapso tẽpore certo, sic etiã in casu nostro, licet societas finita esset, tamen officialis non teneretur restituere nisi elapso tẽpore. d. l. cen-
20 tesimis, & faciunt not. per glos. in l. si conuenerit. ff. pro soc. vbi habetur, quod res possunt remanere communes, etiam quod societas dirimatur.

Secundo per tex. in l. vxori vsumfructum villæ. ff. de vsufru. lega. vbi si testatur fundi vsumfructum vxori in quinquennium legauerit, & postea illum fundũ libertis reliquerit, vxor moriatur ante quinquennium; liberti tamen non debẽt fundum habere, nisi transacto toto quinquennio, vbi glos. dicit, quod licet conditio extiterit, tamen expectanda est dies, quæ
21 superest: ita etiam, licet soluta sit societas, pro exigendis pecunijs, expectanda est dies, quæ superest.

Tertio per tex. in l. cum hæres. §. 2, ff. de stat. liber. vbi seruus iussus est seruire Titio per annum, & postea liberum etiam, ante annum mortuo Titio seruus statim liber non est, sed post totius anni trausitum; ibi cessabat causa dilationis, scilicet vt seruiret Titio, non tamen seruus statim efficitur liber.

Quarto per illud, quod dicit Spec. tit. de locat. §. nunc aliq. vers. 145. vbi determinat, quod si aliquis acceperit emphyteusim per se, & filijs masculis, vsque ad annos quadraginta si talis emphyteuta infra decem annos moriatur sine filijs: tamen emphyteusim non reuertitur ad dominum, nisi post quadraginta annos; & sic in casu nostro, licet finita sit societas, & causa dilationis ante sortẽ officialis, restituere non tenetur, nisi elapso tempore.

Quinto quemadmodum, quando expectare mortem naturalem affert commodum, mors ciuilis non æquiparatur, nec comparatur morti naturali, vt dictum fuit supra in quæst. & habetur late per Doct. in l. ex parte. §. si insulam. ff. de verb. oblig. ita etiam si societas finita per publicationem, non debet æquiparari, quando finitur per lapsum temporis, vt officialis saltem pari modo sortem restituere teneatur, & licet societas cessauerit, non tamen cessat effectus, ex quo ad commodum officialis facta fuit societas, & quando remanent aliquæ reliquiæ, licet causa; tamen effe-
22 ctus cessare non debet. l. fin. ff. de decur. l. penul. in fi. ff. de quæst. habetur late per Mars. sing. 107.

Nec obstat dum dicebatur, quod lucrum consequi debet officialis, si societas duret per tempas præfixum: Vnde cum talis conditio non extiterit, quia societas non durauit, ergo lucrum consequi non debet, quia in procedit ad damnum illius, qui pecunias dedit, non autem officialis, per quem minime sterit, vt societas non duraret, quoad eum societas durat, merito damnum sentire non debet ex culpa alterius locis, adeo si in tempore

pore societatis mors sequatur, conditio retrotrahitur. d. l. qui potior. d. l. qui balneum. & pecuniæ semper præsumuntur fuisse ipsius officialis, cum extremum sit habile, & pecunias retinere, & causam possessionis ex causa mutate. l. qui bona fide. §. 1. ff. de ac qui. poss. l. non solum. §. quod vulgo. ff. pro hæred. Bart. in l. huiusmodi. §. qui seruum. ff. de leg. 1. & si pecunias officialis non haberet, eas a fisco recuperare posset, postquam euenit casus mortis naturalis infra tempus appositũ in societate, cum pecuniç fuerint in fiscũ translatæ reuocabiliter, vt eueniente casu mortis infra tempus sex mensium, confiscatio nulla esset per ea, quæ adnot. Soc. cons. 117. lib. 3. num. 3. vers. quando non fuisset appositus terminus. &c.

SVMMARIVM.

1 *Societas durare non potest super re, quæ amplius non est.*

2 *Societas extinguitur perempta re, super qua contracta est.*

3 *Officialis suppresso officio fructus amplius soluera non tenetur.*

4 *Contractus societatis illicitus esset, si conueniretur, vt suppresso officio societas duraret.*

5 *Officialis pecunias habitas in societate restituere non tenetur, si Papa officium supprimeret.*

6 *Societas dicitur leonina, si damnum commune non sit.*

7 *Societas non esset valida, si totum periculum esset officialis.*

8 *Casus fortuiti officiali nocere non debent.*

9 *Officialis potest omnia pericula sustinere, postquam dans pecunias periculum vitæ sustinet.*

10 *Multa permittũtur ratione incertitudinis, quæ alias non permitterentur.*

CAP. XXXIX.

Finitur quoque societas, si Papa off. supprimeret, super quo socie1 tas facta est, super enim rem, quæ amplius non est, societas amplius durare non potest, vt habetur in l. verum. §. fin. iuncta glos. ff. pro soc. Pet. de Vbald. in tract. de duob. frat. in vlt. parte princ. in summa Armil. in verb. societas, nu. 14. vbi dicit, quod si contraho societatẽ cum Titio, vsque ad decennium, & ante capitale perdatur, societas finita est. Bal. in l. 1. in 6.
2 q. C. pro soc. vbi dicit quod societas finitur ammisso capitali. Soc. Iun. cõs. 58. nu. 9. lib. . vbi ait, quod societas
3 extinguitur perempta re, in qua erat contracta, in his terminis Hier. Gabriel. cons. 63. num. 19. lib. 2. Nec amplius ab officiali fructus debẽtur. Rom. cons. 417. Brun. in tract. de interr. & peremp. conclu. 11. & 16. Auth. Gale. ad firmam Cam. obliga. q.
4 1. ad quar. part. num. 12. Quinimo si partes conuenirent, quod suppresso officio societas duraret, contractus illicitus esset, vt per Sarnen. dec. 93. vbi dicit, quod contractus illicitus esset cum clausula, si res, super quibus census imponitur alijs bonis suis, census esset impositus, per not. per Bald. in cons. 447. num. 2. lib. 2. & in l. si quis sub conditione. ff. de condit. & instit. vbi & Castr.
5 Sed an hoc casu officialis pecunias habitas super officio suppresso restituere teneatur, & dicendum est, quod si Papa officium suppressit, nec pecunias officiali restituit, quod pariter, nec etiam officialis illi, qui ei dedit

dedit pecuniam in societate, restituere tenetur, quia vt societas valida sit, periculum cōmune esse debet. l. cum duobus. §. quidam. ff. pro soc. & in §. damna. ead. l. l. si id quod. §. itē Cel
6 sus. ff. eod. alias esset societas leonina, si damnum non esset commune, quam iura improbant. l. si non fuerit. ff. pro soc. vbi iuris consul. in fin. dicit, iniquissimum enim genus. societatis est, ex qua quis damnum, nō etiam lucrum spectet, vt habetur in l. si igitur. eod. tit. ibi æquum enim est, vt cuius participauit lucrū, participet etiam damnum. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Quinimo so-
7 cietas non valuisset, si ille, qui pecunias dedit super officio, ad damnum, & periculum tenere noluisset per ea, quæ adnotat Bal. in l. 1. in 9. q. C. pro soc. vbi ponit quæstionem de his, qui dant pecuniam ad negociandum hoc pactum, vt capitale saluum sit, & si lucrum interueniat, diuidatur, & concludit, quod talis contractus vsurariam sapit prauitatem, & non est licitus, eum sequuntur Soc. cons. 116. lib. 2. Dec. cons. 116. col. 1. & 2. Ideoque si Papa officium supprimeret absque pecuniarum restitutione, vel si officium nil fructaret, absque culpa tamen officialis, sed culpa Principis, vel belli, aut pestis, vel ex aliquo alio accidenti, officialis pecunias restituere minime teneretur, nec fructus conuentos præstare, quia periculum commune esse debet, per iura superius alleg. & habetur in l. Mutius. ff. pro
8 soc. & isti casus, tamquam casus fortuiti, ex quo proueniūt ex facto Principis, non debent nocere officiali, vt late habetur per Aym. consil. 95. vbi
9 plene. Sed quia ille, qui pecunias dedit, subit periculum ipsius vitæ, non est inconueniens, quod officialis alia subeat, & sustineat pericula, & propterea sortem recuperare posset, si officiū supprimeretur per ea, quæ dicta
10 fuerunt supra lib. 1. q. ... multa. n. permittūtur ratione incertitudinis, dubijque euentus lucri, vel damni, quæ alias non permitterentur, vt plene per Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. in verbo, donatione largitus. n. 131. & doctrinæ ex aduerso allegatæ non procedunt in huiusmodi societate, in qua dans pecunias periculum ipsius vitę, vel alterius subiit, quod non est in aliis societatibus, de quibus leges situatæ sub tit. ff. & C. pro soc. loquuntur.

SVMMARIVM.

1 *Societas finitur per alienationem officij.*
2 *Officialis non potest officium vendere, sed solum in manibus Papæ resignare.*
3 *Officialis potest officium ad fauorē certæ personæ resignare.*
4 *Papa potest ad sui libitum resignationes admittere.*
5 *Officialis officium amittit resignatione admissa.*
6 *Papa debet conferre illi officium, ad cuius fauorem fuit facta resignatio.*
7 *Resignatarius habet officium ex prouisione Papæ, non autem a resignante.*
8 *Officialis in resignatione officij potest accipere pecunias, secus in resignatione beneficij.*
9 *Officium an sit obligatum danti pecunias in societate super officio.*
10 *Mutuans ad merces emendas, in illis habet tacitam hypothecam.*
11 *Militia est obligata mutuanti pecunias pro illa emenda.*

Officia-

CAP. XL.

Finitur etiã societas, si officialis officium, super quo pecunias sub
1 nomine societatis accepit, in tertiũ alienaret, vel ad fauorem tertij cederet, vel resignaret. vt in l. si id quod. §. si seruus. vbi Bar. ff. pro soc. l. verũ. §. fi. ff. eod. tit. Quando enim mutatur persona societas finitur, qui admittitur. l. nemo potest. ff. eo. Hiero. Gali. consil.

consil.63.num.5.15. & 18. libro 2.

Nec aduertendum est, quod offi-
2 cium emptum a Camera non potest illud libere alienare, nec vendere, sed solum potest in manibus Pontificis concedentis resignare. l. legatus. ff. de off. præsid. vbi glos. & Bat. dicunt, officium temporale iurisdictionis nō posse renunciari, nisi in manibus Principis, a quo quis causam habuit, quod pro singulari ponit Roman. sing. 352. an tabellio. Abb. in c. 2. nu. 20. de restit. spoliat. Rebuf. in sua pract. in tit. de resignat. nu. 14. Franc. Marc. decis. 617. num. 4. vbi dicit, quod renunciatio beneficij, aut officij debet fieri in manibus illius, qui posset inuitū destruere. & dec. 626. nu. 6. est tex. in c. admonet. in c. fin. de renunciat. plene in pragmat. sanct. in tit. de sublat. Cle
3 men. litteris, in verbo renunciasse. Potest igitur officialis solū in manibus Papæ officium resignare ad fauorem
4 certæ personæ, & postea in potestate Papæ est illam admittere, vel non. Rebuf. vbi supra nu. 11. & nu. 29. cum se-
5 quen. si non admittit, officialis officium retinebit. cap. inter. de præben. Si vero admitttit, vt fieri solet. Cassiad. dec. 3. de renunciat. nu. 1. officialis officium amittit. c. quod in dubijs. c. amouet. & ibi Innoc. c. fi. de renunciat. Rolan. a Val. cons. 11. nu. 9. lib. 2.
6 tunc Papa debet illud illi conferre, in cuius fauorem fuit facta resignatio, non alteri dare. c. 1. de rerū per-
7 mut. lib. 6. Rebuff. vbi supra num. 15. Et nominatus officium postea habebit ex gratia, & prouisione Papæ, non autem resignante. Abb. in c. 2. de præ-
8 script. Cassiad. dec. 15. de pręben. nu. 1. & in hoc est differentia inter resignationes beneficiorum, & resignationes officiorum: in resignatione beneficiorum ad fauorem, si resignans pretium reciperet ab illo, ad cuius fauorem resignauit, simoniam committeret. glo. & Doct. in c. constitutus. de transact. Innoc. in c. vniuersorum. de rerum permut. Rebuf. in sua pract. de simo. resignat. Sed in resignatione officij ad fauorem, potest resignans absque vitio simoniæ pecuniam recipere. Non potest igitur officialis officiū libere alienare, nec vendere, sed requiritur consensus Pontificis qui resignationem admittat, & nominato conferat, sed an officium sic alienatū
9 cum consensu Papæ sit obligatum illi, qui pecunias sub nomine societatis super officio præstitit, dubitari posset. Et forte videretur dicendum, quod sic; Primo per glos. in Auth. quo iure. C. qui pot. in pigno. hab. vbi
10 dicit, quod mutuans expresse ad merces comparandas, in illis habet tacitam hypothecā. Alex. in l. si cum dotem. ff. solut. matr. Ias. in hereditor. ff. si cert. pet. Paul. Castr. in l. 1. ff. de pigno. act. vbi dicit, quod si reperitur in instrumento, quod aliquis mutuauit decem super tali re, ista verba important, vt illa res obligata sit, ac censeatur hypothecata. Bar. in l. fundus, quē. ff. de ann. legat. & in l. Codicillis. §. instituto. ff. de leg. 1. Bal. cons. 182. casus talis est Regis Cypri. lib. 5. Aym. cons. 20. nu. 10.

Secundo per tex. in l. fi. & in Auth. ibi posita. C. de pigno. vbi habetur,
11 quod militia empta ex pecunia expresse mutuata ad militiā emendam, etiam, quod militia expresse obligata non fuerit, tamen tacite est obligata pro pecunia mutuata cum priuilegio prælationis, vt per Negusan. in tract. de pigno. & hyp. in 4. memb. 2. par. num. 164. & in 2. memb. 5. par. nu. 21.

Alciat.

Alciat. lib. 8. parer. cap. 5.

Contrarium tamen resoluendum est, quia officium solum ad vitam officialis concessum est; adeo, vt eo decedente ad Cameram libere redire debet, & durante vita non potest officialis illud libere alienare, sed solum renunciare, vel resignare in manibus
12 Papæ; & propterea non potest illud obligare, nec hypothecare. iux. not. per Bart. in l. quorum. in 2. memb. ff. de pign. per tex. in l. fi. C. de reb. alienand. vel nō alien. nam licet officium hypothecatum adhuc officialis remaneat. l. si pignus. C. de pigno. act. l. si cum venditor. ff. de euict. tamen, quia per obligationem posset deueniri ad alienationē officij. l. 2. & 3. ff.
13 de distrac. pign. Ideo sicut prohibetur alienatio absque consensu Papæ, ita & præambulum. l. oratio. ff. de sponsa. & hanc rationem assignat Bar. in d. l. quorum. sequitur Corn. consil. 154. lib. 4. num. 2. Soc. Iun. cons. 119. nu. 5. lib. 2. Natt. cons. 474. nu. 21. est tex. in l. 1. §. eam rem. ff. quæ res pign. obl. pos. ibi eam rem cum quis emere nō potest, iure pignore accipere non potest. Et licet glos. in d. l. fi. dicat, quod ex quadam interpretatione prohibita alienatione, censetur etiam prohibita hypotheca; sed vere, & proprie loquendo, & ex proprio significatu prohibita alienatione non censetur prohibita hypotheca, & propterea in dispositione stricti iuris, prohibita alienatione non esset prohibita hypotheca. vt late prosequitur Negusan. in tract. de pigno. & hypo.
14 membro 2. par. num. 69. Sed in rebus Ecclesiæ prohibita alienatione, censetur prohibita quæcunque alienatio etiam largissime sumpta, per quam ius aliquod transferatur, prout accipitur in d. l. fi. siue a lege, siue in contractu, testamētove prohibita sit, ita inquit glos. in c. nulli, & ibi Ant. de Butr. & Abb. de reb. Eccl. non aliena. Nat. cons. 441. nu. 6. glos. in l. statu liber. §. quintus. ff. de stat. lib. Et illa,
15 quæ prohibita sunt alienari, non veniunt in generali hypotheca. Bart. in l. codicillis. instituto. ff. de leg. 2. Bald. in l. 1. C. quæ res pigno. obl. pos. Alex. cons. 16. lib. 2. nu. 4. Nat. d. cons. 474. nu. 21. & cons. 168. nu. 6. lib. 2.

Nec obstant notata per glos. in d. Auth. quo iure, quia communiter te-
16 netur, quod res empta ex pecunia mea, nō est mihi obligata, nisi expresse obligata sit, vt not. in l. licet. C. qui pot. in pig. hab. l. quamuis. la 3. C. de pign. & hypo. Saly. in d. Auth. & propterea illa glos. communiter reprobatur, vt dicit Negusan. in tracta. de pign. & hyp. in 4. mēmb. 2. par. nu. 163. Rip. in l. 1. num. 10. ff in quibus caus. pign. & hypo. Io. Bap. de S. Seueri. in l. creditor. ff. si cert. pet. vbi reprobat opinionem Ias. & aliorum.

Secundo non obstat, quod dicebatur de militia, quę erat tacite obligata pro pecunia mutuata ad illā emē-
17 dam, quia sciēdum est, quod triplex erat militia, secundum glo. in l. omni modo. §. fin. C. de in offic. testa. licet Bart. in l. 1. §. nec castrense. ff. de collat. bonorum dicat, quod est quadru-
18 plex, vt etiam dicunt Bal. & Saly. in d. §. fin. Vna, quę vendi, & ad hæredes sub certa definitione transmitti poterat, de qua loquitur tex. in l. Lucius. la 1. ff. de leg. 2. & in l. fideicommissa. §. si seruus. & in l. his verbis. §. alunno. de leg. 3. & ista poterat obligari, ac tacite obligata erat pro pecunia mutuata, vt habetur in d. l. fin. C. de pign. ibi eam tamen, quā vendi

vel ad hæredes, &c. & ibi Saly. dum dicit, dummodo sit militia, quæ ad hæredes transmitti possit, vbi etiam Bal. ait, quod ille tex. loquitur in mi-
19 litia, quæ vendi potest. Bal. conf. 340. lib. 3. in 1. quæ etiam filio in legitimam computatur. vt in d. l. omnino. §. fin. & ibi scribentes, ac etiam in quartam computatur. Bar. in l. illud. C. de collat.

Alia erat militia, quæ nec vendi, nec ad hæredes transmitti poterat,
20 de qua loquitur tex. in l. 1. §. sed an id. ff. de collat. bonorum. vbi Bart. & Bal. & Saly. in d. §. fin. ponunt exẽpla, & ista non computatur filio in legitimã, ut ibi per Doct. & ratio est, quia cum non possint vendi, nec ad hæredes transmitti, nondũ in commercio; & ideo etiam non confertur. l. si filia. §. Neratius. & §. idem scribit. ff. famil. hercis. Bal. in d. l. fin. & ista etiam non poterat obligari, nec tacite erat obligata, quia in ista cessat qualibet pars disiunctiue, de qua in d. l. fin. ibi, eam tamẽ, quę vendi, vel ad hæredes, &c. vt in simili dicit Saly. in d. l. omnimodo. §. fin. vers. quia quædam militia, & c. & Scribentes in d. l. fin.

Alia erat militia, quæ poterat vendi, non tamen ad hæredes transmitti, de qua ponit Bart. exemplum in d.
21 §. nec castrense. Bald. & Saly. in d. §. fin. & ista computatur filio in legitimã, vt ibi dicũt Doct. & pariter obligari poterat. vt in d. l. fin. vbi sufficit, quod militia, vel vendi, vel ad hæredes transmitti possit, vt obligari valeat, & in ea tacita hypotheca inducta sit, vt in d. l. fin. cum dictio, vel, sit alternatiua, ad cuius verificationem alteram partem verificari sufficit. l. si ita, quis stipuletur. ff. de verb. oblig. §. penul. instit. de hæred. instituen.

Officia vero Romanæ Curiæ clarum est, quod ad hæredes transmitti
22 non possunt, quia sunt personalia, & ad hæredes non transeunt. l. 1. ff. de fideiuss. & commiss. tut. & ibi Bart. Franc. Marc. decis. 616. nu. 8. & supra dictum
23 fuit. Sed difficultas est, an dici possit, quòd vendi valeant, ex quo ad fauorem emptoris officialis potest in manibus Papæ officium suum resignare. Nicol. de Vbal. de Peru. in tract. succ. ess. ab intest. col. 17. dicit, quod officia non transeunt ad hęredes, nec vẽdi possunt, probat duplici fundamento. Primo, quia solum possunt in manibus Papæ resignare, prout alia benef. Ecclesiastica. c. quod in dubijs. c. quod admonet, de renunciat. Secũdo, quia talis venditio nõ potest fieri nisi cum consensu Papæ, qui censetur impossibilis. l. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. 1. subdit tamen, ex quo Papa reddit se valde facilem, posset aliud dici, & propterea nihil decidit. Paul. vero Castr. in d. §. fin. l. omnimodo dicit, quod licet officia ad hæredes non transmittantur; tamen, quia consueuerunt vendi, simpliciter imputantur
24 in legitimam, quanti vendi poterant tempore mortis patris deductis oneribus, vt declarat glos. in l. illud. C. de collat. vt Bart. in l. 1. §. nec castrense. ff. de collat. bonorum, vbi dicit, quod officia custodiæ carcerum portarum, seu publici ludi, & similia, quia vendi solent, imputantur in legitimam, & cum opinione Paul. Castr. transeunt. Ias. ibi, & latius in l. illud. C. de collat. & Saly. in d. §. imputari, vbi dicit, annuos redditus emptos a patre filio in legitimam computari. Cro. in l. frater a fratre, nu. 9. ff. de cond. indeb. Rip. in l. in quartam. ff. ad leg. falcid. nu. 163. Rolan. a Vall. cons. 11. num. 12. & 14. lib.

lib. 2. vbi reprobat opinionē Nic. de Vbald. quia Papa, vt ipse dicit, solet admittere similes resignationes sine difficultate per solam supplicationē signatam sine aliqua litterarū expeditione, & propterea cōcludunt pro-
25 ut Doct. quod consensus Papæ non potest reputari impossibilis. iux not. per Curt. Iun. cons. 182. nu. 12. & per Ias. in d. §. constat, vt etiam dum de capitale posito super montis Florentiæ pro dotibus filiarum. Corn. cons. 1. in 6. dubio. lib. 4. Rip. in d. l. in 4. num. 156.

Sed contrarium forte teneri posset, quod huiusmodi officia filio in legitimam computari non debeāt, nec possint, quoniam certissimi iuris est,
26 quod filius legitimā sine aliquo onere habere debet. l. quando in prioribus. C. de inoffi. testa. l. simus, & ibi Bal. eod. tit. Soc. Iun. cons. 109. num. 3. lib. 1. & de corporeis hæreditariis
27 non in pecuniam. d. l. simul. §. repletio. Ruy. cons. 56. nu. 4. lib. 2. Ioan. Cephal. cons. 42. lib. 1. Paris. cons. 16. num. 69. lib. 2. & cons. 45. num. 5. eod. lib. & de ea debet posse ad sui libitū, & liberam voluntatem disponere. gl. & Doctor. in l. non amplius. §. fin. vbi Alex. de leg. 1. & etiam, quod secundum magis communē opinionem sit in arbitrio iudicis, quia in legitimā
28 filio assignare velit, vt per Alex. in l. in quartam. ff. ad leg. falc. vbi pleniss. per Pau. de Mont. pic. num. 131. cum seq. & per Aertin. consil. 57. & cons. 29. Alex. cons. penul. lib. 4. Bart. in l. suus quoque, in fin. de hæred. instit. Couarru. in c. Raynutius. §. 2. num. 5. de testa. Nō tamē posset iudex filio legitimam in pecuniā assignare. Bart. in d. l. suus quoque, in fin. vbi etiam Imol. Saly. in d. §. replet. Alex. cons. 69. lib. 1. Rip. in d. l. in quartam. num. 126. ibi dicit esse communem. Debet igitur iudex assignare aliquam rem hæreditariam, de qua possit filius ad sui libitum facere, & disponere. Paris. d. cons. 45. non autem officium sibi a patre emptum, de quo non potest ad suam liberam voluntatem disponere, nec ad hæredes transmittere. l. acceptis. ad l. falc. & ibi glos.
29 in verb. remanet, quod nec etiam pater filio pro legitima res, quæ haberet aliquod onus assignare posset, quia illā filius acceptare minime teneretur. l. si libertus patron. ver. quid ergo. ff. de bonis libert. etiam, quod deducto onere integra legitima remaneret. Bal. in d. l. simus, in princ. Saly. in l. quoniam prioribus. in fin. C. de inoff. testa. Rip. in d. l. in quartam. num. 130. Natta cons. 156. nu. 12. vbi dicit, quod nec etiam fructus filio in legitimā imputātur. Eo maxime quia filius non habet officiū a patre, sed potius a Papa, qui illud sibi contulit, & etiam quod ex substantia patris prouenisset, filio in legitimam imputari nō debet. d. §. repletionem. Doct. in d. l. in quartam. & propterea multi dixerunt, quod bona feudalia, & emphyteutica non computantur
30 filio in legitimam, quando feudum, & emphyteutica sunt concessa patri pro se, & eius liberis, quia tunc filii habent ex permissione concedentis, non autem a patre, vt tradunt Ang. in d. l. in quartam. & Paul. Castren. in l. si patroni. ff. ad Trebel. Bal. cons. 110. substitutio facta lib. 5. idem dicendum est in off. quod filius habet ex collatione Pontificis, non a pa-
31 tre, & licet multi teneant contrarium in bonis feudalibus, & emphyteuticis tamen mouentur, qui licet

feudum hæreditarium non fit, potest pater alienando liberis præiudicare. Rip. in d.l. in quartam. num. 179. quæ tamen ratio cessat in officio, quod postquam est concessum filio etiam mediante pecunia paterna, pater illud alienare nequit.

Nec obstat, quod mediante pecunia patris filius officium acquisierit, quia illa sola non sufficit, sed consensus, & collatio Pontificis requiritur, vt dicitur de feudo. Rip. in l. obligatione. num. 35. ff. de pigno. & hypoth. & pecunia fuit causa remota, quæ attendi nō debet; sed collatio Pontificis
32 quæ fuit causa proxima, quæ magis attenditur, vt pluribus modis demōstrat Bald. in l. ex placito. C. de rer. permut. & causa immediata semper plus attenditur, quā mediata. l. si mulier. ff. rer. amotar. Bal. in l. sub prætextu. la 1. C. de transac. Paris. conf. 127.
33 nu. 4. lib. 1. & actus attribuitur cōfirmāti, non autem eligenti. Natt. conf. 244. & ei cuius auctoritate cōficitur. l. 1. §. omnia. C. de vet. iur. enucl. Nec potest dici, quod filius habuerit cau-
34 sam a patre: cū tunc dicatur habere causam, quoniā habet ex aliquo titulo a patre cōcesso. Alex. conf. 198. col. 2. vers. sed hoc constat. lib. 7. Aymo. conf. 92. nu. 7. pecunia etiam a patre soluta, statim fuit a patrimonio primum exempta: igitur non debet filio in legitimam imputari, quia tempore mortis in patrimonio patris minime reperiebatur. per not. per Paul. Castren. conf. 250. prout dicitur de donatione filio facta, quando a principio tenet, quæ filio non computa-
35 tur in legitimam, vt habetur in l. si quando. §. fi. C. de inoff. testam. & in l. etiam. §. sed si non mortis. ff. de bon. liber. Doct. in l. illud. C. de collat. Alex. conf. 8. lib. 2. Aym. conf. 136. scribentes omnes in d.l. in quartam. vbi Rip. nu. 153. & 143. dicit nil imputari ex his, quæ a patre habita sunt inter viuos, nisi expresse caueatur. Couarru. in d.c. Raynaldus. nume. 6. & quod filius non habeat officium a patre colligitur, quia si a patre haberet, ei donatū cēseretur, vt per Doct. in
36 l. donat. C. de collat. & donatio inter patrem, & alium nō tenet. l. donationes, quas. C. de don. inter vir. & vxo. l. 2. C. de inoff. donat. Doct. in l. frater a fratre. ff. de condit. indeb. & post mortem patris inter filios diuidi deberet. d.l. si donatione. l. certum. C. fa mil. hercis. & tamen officium, postquam est collatum in persona filij ex prouisione Pontificis, pater non potest de eo disponere, nec diuidere sicut nec beneficia. c. cum non ignores. c. maioribus. de præben. Franc. Marc. decis. 625. vbi per dicta iura dicit, officia diuidi non posse, maxime si dignitatē habent. Guid. Pap. quæst. 476. vbi dicit dignitates diuidi non posse, & propterea de eis filius legitimam detrahi non potest. Præterea
37 cum talia officia officiales habeāt ex prouisione Papæ, qui conferendo officium filio fam. eius personam elegisse, ac approbasse videtur, & sic erit personale. Franc. Marc. decis. 626. Vnde non potest nisi illud in manibus Pontificis resignare, & quando officia sunt personalia, conferri non possent. l. 1. §. id quoque. ff. de collat. bono. igitur nec etiam in legitimam imputari debet, cum argumentum negatiue procedat. Ias. & Dec. in d.l. illud. Paris. conf. 56. nu. 28. lib. 3.

Et si diceretur, quod officiū filius habuit ex prouisione patris, necessario dicendum est, quod ei donatum censetur,

censetur.vt in l.filiæ,cuius.ff.fam.her cis.Dec.in d.l.si donatione. in princ. & nu.38.vbi dicit,quod si pater emit
38 aliquid nomine filii, censetur donatio,nec pretium etiam solutum repetere potest. Corn. cons. 235. lib.1. & cum talis donatio a princ.valuerit,in legitimam imputari non debet,vt dictum fuit. Rip. in d.l.in quartam.nu. 143. maxime de illis officiis, de quibus emolumenta ex labore officialis proueniunt.per not. per Roma. cons. 409.nu.6.

Et quemadmodum impensæ, quas pater facit, vt filius consequatur be-
39 neficium, præbendam,pensiones,honores,ac dignitates, non computantur filio in legitimam. vt per Bart.in d.l.nec castrense. & per Doct.in d. §. imputari,vbi Ang.& per omnes in d. l.in quartam.Aym.cons.136.num.3. Ioan.Ceph.cons.42.n.12.ita nec etiã
40 expensæ,quas fecit pater,vt filius officium cõsequeretur; primo,quia secundum alios valet argumentum de beneficio ad officium . vt per Oldr. cons.211. ad propositum.num.4.Soc. cons.53.Miror.lib.3.glo.in pragmat. sub titulo de annatis. in verbo ecclesiasticis beneficiis. 2.quia in eis concurrit eadem ratio ; quemadmodum enim beneficia non possunt nec vendi,nec transmitti,ita etiam nec officia, quæ solum prout beneficia in manibus Papæ resignantur. Et prædicta
41 maxime procederent, si filius solum post mortem patris emolumentum officii haberet,vt si pater acquireret filio officium ea conditione,quod fructus, & facultatem disponendi de officio penes ipsum patrem permanerent. per not.per Paris.cons.56.lib.3. nu.19.& fere per totum. Bart.in d.§. castrense.nu.6.& col.pen.

Doct. omnes,qui dicunt talia officia in legitimã imputari debere,mouetur per tex.in d.l.omni modo.§.imputari.qui tex.meo iudicio parum facit,quia loquitur in militia,quæ vendebatur,vel mortuo militante ad hæredes certa pecunia perueniebat, de qua etiam militia loquitur tex. in l. fi. C.de pign.& sic dicta iura loquuntur de militia, quæ vendi, vel transmitti poterat : quod intelligendũ est absque Principis consensu, cum non
42 dicatur posse id,quod aliqua necessitate subiectum est.l.nepos Proculo.ff. de verb.signif. l.si seruus. ff. de noxa. & posse non dicitur, quod potest cũ difficultate . glos.in §. pęnales. instit.de actio.Aymo.cons.199. nu.2.& cons.182.num.7.Sed officia nec vendi,nec transmitti possunt : igitur nec in legitimam imputari debent,prout dicitur de militia,quæ vendi non poterat,vt in d.l.nec castrense.§. sed ad id. l.si vnius. §. Nęratius.vbi glos.in verbo venire.ff.familię hercis.Ang.in d.§.imputari,in verbo aut in alia militia . & probatur in d. §. imputari, quia in officiis cessat qualibet pars disiunctiue,cum non possint nec vendi,nec ad hæredes transmitti.

Nec etiam obstat doctrina Bart.in d.§.nec castrense,quia loquitur de officiis, quæ vendi poterant sine aliquo consensu:prout etiam Corn.in d.cõs. 1.de monte Florentiæ, quod vendi libere poterat. Nec admodum illa ra-
43 tio vrget Papam facilem esse in admittendo officiorum resignationes, ad fauorem nominati a resignante, quia hoc non ita passim procedit, vt facilis dici possit : cum ex causis aliquando etiam resignationes non admittat, vt si officialis resignans esset infirmus, eius resignatio de facili nõ

admittitur, & si admissa sit, oportet, quod officialis per viginti dies postea superuiuat, cum secundum aliquos, vel saltem in aliquibus officijs habet locum regula de infir. resignan. vbi Gomes. q. 22. & si officialis resignans a curia absens sit, nõ habet lo-
44 cum nisi transactis quadraginta diebus a die resignationis. Rebuff. in sua practica in regula de infir. benef. resign. glos. 5. si etiam nominatus nõ haberet qualitates requisitas, & hoc residet in iudicio principalis, cum non omnes capaces sint. arg. l. fideicõmissa. §. si seruo. ff. de legat. 3. etiam si persona nominata nõ est accepta Pontifici, resignationes nõ admittũtur, possem adducere multa exempla, sed ex industria omittuntur, & propterea non potest libere dici, quod Papa sit facilis, merito officialis non habet liberam facultatem officium alienandi, cum sit penes ipsum cũ istis oneribus, & in aliquibus etiam officijs requiritur expeditio litterarũ. Cogita tamen, quia quæstio in se habet difficultatem. Nic. de Vbal. indecisam reliquit. Aym. in d. cõs. 136. in prin. consuluit causam componendam esse. Rota tamen Romana videtur determinasse officia siue per propriã legitimam imputandam esse. per not. per Rip. in d. l. in quartam. nu. 163. vt in vna Romana bonorum de piaretis. corã R. P. Seraphino; tenẽdo, quod officium emptũ a patre non computetur in legitima posse dubitari: an fructus officij deberent conferri; vide Ias. in d. l. illud. C. de colla.

Ex supradictis dici etiam potest, quod si pater daret pecuniã officia-
45 li sub nomine societatis super vita filij, ex quo societas non est facta cum filio, nec ei aliquod ius super dictis pecunijs acquisitum fuit, vt dixi supra lib. 1. c. . . eidem filio talis pecunia in legitimã imputari non potest, quia durãte societate emolumẽtum spectat ad patrem, & ea dissolata per mortem officialis, vel patris, non ad ipsum filium, sed ad patrem, vel eius hæredes pecuniæ restituendæ sunt. Si vero pater de suis pecunijs
46 nomine filij societatem cõtraheret; & ad ipsum filium commodum societatis, ac facultas societatis dissoluendi spectaret, tunc quia talis pecunia ex cõtractu patris acquisiuit absque onere, dicitur profectitia, ideo in legitimam mortuo patre imputari debet Bart. in d l. 1. §. nec castrense. nu. 5. & 6. Paris. d. conf. 56. num. 18. lib. 3. Est enim in libera voluntate filij reuocare societatem, & de pecunijs ad libitum disponere.

SVMMARIVM.

1 *Officia Ro. Curiæ nec alienari, nec obligari possunt.*

2 *Officium non est obligatum pro pensione super officio constituto.*

3 *Pensionarius pro pensione super beneficio constituta, habet beneficium obligatum.*

4 *Officium non comprabenditur sub generali obligatione. & nu. 18.*

5 *Tacite fieri non potest, quod expresse non potest.*

6 *Probibita alienatione non censetur prohibita obligatio.*

7 *Officialis non potest officium alienare, nec cedere nisi de consensu Papæ.*

8 *Officium esset solum obligatum, donec esset penes illum, qui illud obligauit.*

9 *Resoluto iure officialis, resoluitur ius pignoris.*

Officia-

10 *Officialis non potest disponere de officio ad praeiudicium Papae.*
11 *Officium libere trăsire debet ad Papă.*
12 *Officialis habet officium ex benignitate Principis.*
13 *Pensionarius habet pensionem ex voluntate Principis, non ex voluntate consentientis pensioni.*
14 *Fructus officij obligari possunt.*
15 *Fructuum obligatio durat, donec officium erit penes obligantem.*
16 *Officialis non potest obligare fructus conferendo hypothecam post resignationem.*
17 *Officia Ro. Curiae personalia sunt.*
19 *Pretium redactum ex officio an comprehendatur sub hypotheca.*
20 *Pecunia redacta ex re hypothecata cadit sub hypotheca.*
21 *Subrogatus sapit naturam subrogati.*
22 *Pecunia redacta ex officio cadit sub hypotheca.*
23 *Creditor anterior, quando possit pecuniam solutam secundo creditori auocare.*
24 *Fiscus est priuilegiatus, quia potest pecuniam secundo creditori solutam auocare.*
25 *Creditor anterior potest pecuniam solutam secundo creditori ex causa lucratiua alias causa gratificationis auocare.*
26 *Creditor, quod debeat probare, quando vult auocare pecuniam a secundo creditore.*
27 *Excussio est necessaria quădo primus creditor vult a secundo creditore pecuniam auocare.*

C A P. XLI.

Redeundo modo vnde digressi sumus, si officia alienari non pos-
1 sunt, prout forte verius dici posset, vtique nec obligari valent, vt dictum fuit, & expresse probatur a contrario sensu in l. fi. C. de pigno. Illa enim solum hypothecari possunt, quę vendi, vel ad hæredes trăsmitti possunt, & si est prohibita alienatio, censetur quoque prohibita hypotheca. vt in l. fin. C. de reb. alien. vel non alienan. Ruy. cons. 123. nu. 20. lib. 2.

Et licet annua pensio super officio constituta fuerit, non tamen officiŭ
2 pro dicta annua pensione obligatum est. l. fi. in fin. ff. de contrahen. empt. l. Caius. ff. de an. legat. Talis enim pẽsio debetur ex contractu, & sic non afficit officium, vt dici possit onus reale; ideo non sequitur quemlibet posses-
3 sorem. Guid. Pap. q. 9. & licet pensio super beneficio reseruata habeat beneficium forte hypothecatum, quod tamen nõ est absolute verum; sed secundum aliquos, quando pensio est reseruata super fructibus beneficij, tunc pensionarius pro pensione reseruata, quia fructus succedunt loco alimentorum, habet illos obligatos, vt per Gigan. de pensio. q. 51. cum etiă reseruatio pẽsionis proueniat magis a voluntate Papæ, quam contrahentium. vt per Gigan. in dicto tract. q. 79. nu. 2. & q. 83. nu. 9. sed in societate voluntas Papæ non interficit: igi-
4 tur officialis officium obligare nõ potest, nec in generali obligatione omnium bonorum ab officiali facta, officium includitur, nec etiam a lege ta-
5 cite obligatum censetur, quod enim fieri non potest expresse, nec etiam tacite fieri debet, nec censetur. glos. in l. Lucius. §. penul. ff. ad municip. & tacite non censetur, quis id velle, quod expresse non potest. Aym. cons. 103. nu. 16. & tacite hypotheca non intelligitur, nisi a lege introducta sit; vt

probatur in tit. quib.modis pign.ta-
cit.contra. ff.& C. sed quod officium
sit tacite obligatū nulla lege intro-
ductum est;igitur nō erit tacite obli-
gatum : vt in simili dicit Gigas in d.
quæst.51.

Si autē aliquis tenere vellet, quod
6 prohibita alienatione non censeatur
prohibita obligatio, vt videtur velle
Paul Castr.in l.tutor.§.etiam.ff.de pi
gnor.act. & firmat Negus.in 3.mem-
bro 2.part.num.71. & Philip. Por. in
cons.61.nu.19.cum seq.lib.1. & quod
ex quo Papa de facili resignationes
officiorum admittere soleat, & pro-
pterea dicitur, officia vendi posse, vt
adnot.Paul.Castr.& Ias.in d.§.impu-
tari, & multo magis posse obligari,
ac hypothecari : in primis dici pos-
set, quod & si Papa de facili resigna-
tiones admittat : non potest tamen
7 officialis officiū alteri resignare, nec
cedere absque consensu, & admissio-
ne Papæ.l.1.§.eam rem.ff.quæ res pi-
gno.oblig. & a contrario facit tex.in
l.sed & quod.ff.de pigno. & quemad-
modum feudatarius non potest obli-
gare feudum sine consensu domini.
vt in c.1. §.1. de prohibit. feud. alie.
per Federic.item nec etiam officialis
officium sine scientia, & patientia
Papæ, cuius licentia in alienatione
necessaria est. Alex. in l.filiusfam. §.
diui. de leg.primo,& in omnem euen
8 tum talis obligatio, siue hypotheca
expressa,seu tacita,quamuis subsiste-
ret,solum duraret, donec officium pe
nes officialem obligantem permane-
ret. Vnde si officium postea per obi-
tum, vel per cessionem, seu resigna-
tionem factam ab officiali ad Papam
rediret,vel in aliū transiret,omne ius
quod officialis in officio habebat ex-
tinctum esset. c.quod in dubijs. c. su-
per hac. c. nisi cum pridem. c. fin. de
renunciat. & propterea erit quoque
9 extincta obligatio,& hypotheca,quo
niam extincto, ac resoluto iure offi-
cialis obligantis,resoluitur etiam ius
pignoris recipientis ab eo, & sic hy-
potheca si inducta fuisset,vt est tex.&
ibi Doct.declarant in l.lex vectigali.
ff.de pignor.& in l.si res.ff.quib.mod.
pigno.& hypo.sol.Ruy.cons.17.nu.8.
lib.1.Bar.in l.tutor.§.fi. ff.de pignor.
actio. vbi dicit, quod fundus emphy-
theuticarius potest obligari saluo iu-
re domini; sed finito iure emphyteu-
tico,finitur & ius creditoris, idem di
cit Bald.in d.l.vectigalis, quod si ego
pro dote obligarem domum liuella-
riam in genere, vel in specie, & po-
stea domus ad dominum directū re-
deat,puta propter canonem non solu
tum, diceretur extincta obligatio fa-
cta pro dote.Ad idem facit,quod scri
bit Bart. in l.in diem.ff.de aqu.pluu.
arcen.& eum sequitur ibi Paul.Castr.
Alex.cons.38.consideratis. col.2.ver.
alia ratione,lib.2. Non potuit igitur
10 officialis quicquam facere super of-
ficio in præiudicium Reuerendæ Ca-
meræ, quia illud habuit cum onere,
vt libere ad eam rediret. vt adnot.
Fulgos.in d.l.si res,in fin. vers.audite
aliud simile.Paul.Castr.in d.§.etiam,
in fine. Nat. cons.474.nu.29. Ias.in l.
fi. C.de iu.emphyt.nu.84.dicēs,quod
maritus potest bona feudalia obliga-
re pro dote,donec mariti durant.

Nec obstat si diceretur, quod post-
quam officium fuit obligatum,& hy-
11 pothecatum, cum illo onere ad quē-
cumque transire debeat, cum obliga-
tio,& hypotheca,siue eius prosecutio
sit in rem. vt in l.pignoris. C.de pign.
l.pignoris.ff.eod.tit.& res hypotheca
ta transit cum suo onere.l.si debitor.
C.de

C.de distrac.pign. c.ex litteris.de pigno.Matt.de Afflic.decis.95. Quoniã hæc procederent, quando simpliciter res hypothecata trãsiret de hypothecante in alium non per viam resolutionis iuris eius, sed per viam venditionis, vel successionis, & successor causam ab eo haberet: secus quando prouenit ad aliũ, ex resolutione causæ originarij contractus; tunc etiam resoluitur & hypotheca.Bald.& Saly. in l.2. C.de rescind.vendit.ac ius hypothecantis extinguitur, & perinde habetur, ac si nunquam habuisset. Soc.Iun.cons.119.lib.2. num.17. Statim enim, quod officialis libere resignat officium, extinguitur omne ius resignantis, ac libere transit ad Cameram absque aliquo onere, ex natura concessionis officiali factę, & Papa postea alteri conferendo, cui collatũ
12 est, officium habet ex benignitate, & prouisione Principis, non autem ex iure resignantis, quod per resignationem in totum extractum fuerat. Rot. decis. 352. in no. si opponatur maxime si resignatio admissa est. d. c. admonet.d.c.quod in dubijs, de renuncia.l.si quis vi. §.differẽtia.ff.de acq. poss. Innoc. in c.super hoc, de renunciat.Abb.in c.sollicite.de restit. spol. & resignatarius dicitur habere officium ex benignitate, & donatione Principis. Innoc. & Abb.in c.inter cętera.extra de præben.prout etiam di
13 citur de pensione, quia licet rector beneficij reseruationi pensionis consentiat, tamen pensionarius illam ex voluntate Papæ, non autem consentientis habere dicitur. c.nisi essent.§. quia ibi, non quidem ex pactione partium. de præben. & inde. 1. §. an eadem, de supplen. negl. Prælat. Gigas de pensio.q.79.nu.2.& q.5.

Fructus vero, & cõmoditates officij bene obligari, ac pignorari possunt. vt adnot. Bart. in l.is qui. §. an vsusfructus.ff.de pignor.declarat Ias. in l. fin.nu.78.vers.limita etiam.ff.de iur.emphyt. sed melius declarat Bar. in l.codicillis. §.instit. ff. de legat. 2. Neguf.in tract.de pignor. & hypo. in 2.memb.2.par.num.48. Ripa. in l.2. num.45. ff.de pignor. & hypo. Aym. cons.213.nu.2. vbi declarat, & dicit,
15 quod quamdiu durabit officium in persona officialis, eius commoda ad creditorem pertinebunt, sed extincto officio in eius persona, creditor non amplius fructus recipere poterit. Ias. in §.fin.& in §.cum quoque. instit. de actio.Ruy.d.cons.17.num.8.lib.1.vbi dicit, quod d. lex vectigal, procedit etiam si sola commoditas officij hypothecata esset; nec potest officialis
16 officium obligare, conferendo hypothecam post resignationem, vel eius mortem, quia cum tũc officium suum esse desierit: sed Papæ, vel alterius, ex concessione Pontificis, obligatio, seu hypotheca amplius non subsisteret, nec rem alienã hypothecare potest. l.neque pignus. ff.de reg.iur. Ruy. d. cons.17.nu.8.lib.1.
17 Officia enim Romanæ Curiæ personalia sunt, vt tradit Nic. de Vbald. in tract.de success.col.8.& propterea non capiuntur ab hypotheca, quæ super rebus, & non personali iure consistunt, cum ius reale dicatur. l.eos. C.qui pot. in hypo.hab. l.pignori. C. de pignor.
18 Ex hoc etiam inferrebatur, quod cum officium non veniat sub hypotheca, pariter nec pretium redactum
19 ex venditione officij venire debet, tũ quia pecunia, non comprehenditur sub hypotheca.ex l.si non expedierit. ff.de

ff.de bon. Auth. iud.possi.l.pupillus. ff.de his,quæ in frau.cred. vbi omnes ea ratione maxime,quia vigilãtibus, & non dormientibus iura subueniũt, & ita dicit fuisse iudicatum. Matt.de Afflict.decis.190.sequitur Paris.cons. 64. lib.4.vbi per plura iura,rationesque dictam decisionem comprobat, & commendat, & eam sequitur Grãmat.q.1. post eius decis.Capic.decis. 78. num.1. & 2. & nonnulli alij: per solutionem enim factam secundo creditori stante commissione,& consumptione, pecunia fuit effecta ipsius recipientis.l.si alieni nummi. ff. de solut.Bart.& Doct.in l.singularia. ff. si cert. pet. vbi Ias. num.13. Dec. nu.6.dicit esse communem; cum etiã quia forte opinio contraria procede-
20 re posset, quando pecunia redacta fuisset ex re, quæ cadit sub hypotheca.per not.per Bart.in l.1.de distrac. pigno.quia cum pretium tunc succedat loco rei, hypothecaria agere posset ad pretium ex re obligata redactum.Ias.in l.si cum seruum, in fin. ff. si cert.pet. nu.7. Negusan. de pigno. & hypothe.in secundo memb. secundæ part.num.25.& in 1. memb. sextæ par.num.48.secus si redactum fuit ex re, quæ non cadebat sub hypotheca,
21 ex regula,quod subrogatum sapit naturã subrogati, & fruitur priuilegijs eius, in cuius locum subrogatur.l.cũ qui.§.iniuriarũ.ff.si quis caut.§.fuerat.inst.de act.l.filius:vbi Bar.de leg. Tiraquel.de retract.§.32.glo.1.num. 10. in fine.

Contrarium tamen in his proprijs terminis resolutum fuit, quod licet officium sub hypotheca non cadat, tamen pecunia ex eo redacta cõpre-
22 henditur.per l.cum taberna.§.finali. ff.de pigno. vbi Bart. dicit, quod in obligatione generali, venit etiam pecunia quocũque modo quæsita. Negusant.de pigno.in 4. memb.2. part. nu.166. cum etiam in pecunia hypotheca consistat.l.idemque.§. finali.ff. qui pot. in pign. hab. quod procedit etiam si pecunia bona fide cõsumpta sit.l.pecuniam: vbi glo. C. de priuil. fisci.Negusant.in d. tract.in 2.memb. 2.par.nu.17. & in 4.memb.2.par.nu. 116. Moder. Strach. de decot. c. fin. nu.29. vbi reprobat decis. Matth. de Afflict.Nec enim considerandũ est,ex qua re pecunia peruenerit, nam statim, quod redacta fuit ex officio,fuit facta propria ipsius debitoris,merito cõprehẽditur sub hypotheca generali,& trãsit postea in secũdũ creditorẽ cum sua causa,& onere,merito pôt a secũdo creditore auocare,nec pretiũ succedit,nec subrogatur loco officij. l.qui vas.§.finali.de furt.plene Tiraquel.de retract.§.32. glo.1. nu.20. & ita videtur resolutũ fuisse in vna Romana potioritatis coram Thoma de Thanis,die 17.Maij 1546. quæ decis. meo quidem iudicio subsistere posset, si pecunia vel esset penes debitorem, vel penes secundum creditorem ex causa lucratiua siue mala fide consumpta fuisset, per not.per Ias.in l.rogasti.§.finali.num.5.ff.si cert.pet.per glos.in l.si filius, in verb.conditionẽ. ff.eo.quia si mala fide consumeretur, diceretur creditor dolo desijsse possidere, & ideo fingitur pecuniam extare,& vendicare posset a primo creditore. Ias.in d.§. fin. & facit distinct. Bart.in d.l. pupillus. vbi concludit,
23 quod anterior creditor potest per hypothecariam reuocare solutionem posteriori creditori factã, qui posterior dolo possidere desijt. Idem dicit Io.Andr.ad Spec. in tit.de obligat.&

solut.

ſolut. in rub. verſ. ex quo videmus, vbi inquit, quod ſic poteſt auocare per hypothecariam pecuniã ſolutã, quãdo extat ita pari modo cum dolo deſijt poſſidere, ergo ſi bona fide fuerit conſumpta, non poterit a priori creditore moleſtari per not. per Doct. in l. non omnis. §. pupillus. ff. ſi cert. pet. & ibi per Iaſ. & Dec. & alios. Natt. conſ. 547. nu. 34. & iſto caſu procedit deciſ. Afflict. quando bona fide pecunia a ſecundo creditore conſumpta eſt, tunc ſecundum creditor moleſtari non poterit, nec per actionem hypothecariam, vt per Afflict. in d. deciſ. & alios ſequaces, nec per actionẽ in factum. vt Strach. cenſuit. Bar. enim in d. l. cum taberna, loquitur ſi pecunia eſſet penes creditorem, tunc caderet ſub generali hypotheca. tex. & glo. in d. l. pecunia. & in l. deferre. §. vlt. ff. de
24 iure fiſc. loquuntur in fiſco, qui eſt priuilegiatus, & poteſt ex iuſta cauſa pecuniam ſecundo creditori ſolutam auocare, quando aliter ſatisfieri non poſſet, quæ iuſta cauſa probari debet. Cephal. conſ. 86. num. 14. vel etiam in quocumque alio priuilegiato, iuxta communes Doct. traditiones, vt per Couarru. pract. q. cap. 29. Michael de Graſſis li. 1. com. opi. q. 12. & q. 14. & pariter tex. in l. finali. §. & ſi præfatã. C. de iure deliberan. loquitur in creditore priuilegiato, cum etiam ibi loquatur, quando ab hæredibus a iudice compulſus, ſit ſolutio debitoribus ipſius defuncti. vt Couarru. in d. cap. 29. conſiderat, vel dicta iura loquuntur quando ſolutio facta eſt ſecundo creditori ex cauſa lucratiua, vel cau-
25 ſa gratificationis. Roma. conſ. 111. Bart. in d. l. pupillus. ſecus ſi ex cauſa oneroſa. vt dixit Io. Faber. in §. itẽ ſi quis in fraudem, nu. 23. inſtit. de act. quẽ ſecuti fuerunt Grãmat. in d. l. 1. Menoch. conſ. 25. lib. 1. nu. 13. adnot. Bart. in l. 1. de diſtra. pign. in q. quã dicit de facto habuiſſe, & dixit mulierem poſſe agere ad pretium peruentum ad fratrem ex ipſa venditione, quia ex cauſa lucratiua, ſecus ſi ex cauſa oneroſa, ſequitur Neguſant. in 1. memb. 5. par. nu. 48. Ceph. d. conſ. 86. nu. 17. & 22.

Nec ex eo ſolo, quod pecunia peruenerit ad ſecundum creditorem, poterit primus creditor contra eũ age-
26 re hypothecaria, niſi etiã probet ad eũ pecunias perueniſſe, & penes ipſum extare vel dolo deſijſſe poſſidere, vel doloſe conſumpſiſſe; ſola enim prouentio non ſufficit. l. ſi ipſa res. ff. quod metus cauſa cum pecuniæ præſumantur bona fide conſumptæ, cum ſint de rebus, quæ ſeruando ſeruari nequeũt. l. 2. §. fin. l. 5. §. 1. de vſu, & earum rerum, quæ vſu conſu. cũ quotidie conſumentur, cũ ſint ad vſum deſtinatæ, & ſemper diſtractioni paratæ. Bal. in l. finali, ad finem. C. compenſa. Iaſ. §. item ſeruiana. n. 47. de actio. Natt. conſ. 496. nu. 14. ſed ſi eadem pecunia adhuc appareret, nec commixta eſſet, tunc abſque dubio poſſet primus creditor actione hypothecaria dictam pecuniam auocare. Paulus Caſtren. Alex. & Iaſ. in d. l. non omnis. §. finali. in his vero caſibus, in quibus primus creditor ratione ſuæ hypothecæ in ſubſidium pecuniam ſolutam reuocare poteſt. vt in l. ſi non
27 expediatur. §. 1. ff. de bo. aucto. iud. poſ. excuſſio facienda ſemper eſt, vt ibi per Bart. & Ceph. d. conſ. 86. lib. 1. nu. 8. & n. 12. vbi ampliat etiam procedere vbi de æquitate, & ſola facti veritate agitur. Menoch. d. conſ. 25.

SVMMARIVM.

1 *Dans pecunias sub nomine societatis super officio, an possit post officij alienationem fructus exigere.*
2 *Fructus exacti post alienationem officij restitui debent.*
3 *Societas dissoluitur per alienationem officij.*
4 *Vita periculum vbi cessat, fructus exigi non debent.*
5 *Dans pecunias, si est in bona fide, quia alienationem ignorasset, fructus exigere posset.*
6 *Societas ad commodũ illius, qui ignorauit non reputatur soluta.*
7 *Dans pecunias in societatem si sciuit alienationem officij fructus exigere non potest.*
8 *Pecuniam ex pecunia lucrari, vsura est.*
9 *Creditor si neglexerit exigere, interesse ei non debetur.*
10 *Creditor si prorogat terminum officiali fructus exigere non potest.*
11 *Creditor tenetur interpellare debitorem.*

CAP. XLII.

MOdo occurrit notabilis indagatio, an facta officij alienatione, ille, qui dedit pecunias officiali sub nomine societatis, fructus cõuentos exigere valeat: & si illos exegit, in sortem computare debeat: & videbatur dicendum non posse, nec debere amplius fructus percipere, exactosq. post alienationem in sortem computãdos esse. Soluta enim societate per alienationem officij, cuius vigore fructus soluebantur, cum officium amplius non extet, nec fructus amplius exigi debent, alias vsura esset. Syluest. in verbo vsura. 2. q. 3. nu. 6. & exactos
2 restitui debet, postquã illos sine causa recepit. toto tit. ff. de condit. sine cau. Alex. cons. 198. in fine. lib. 7. Statim enim, quod officium fuit per officialem alienatum, vel cessum, socie-
3 tas dissoluta fuit, quia super re, quæ contracta fuit, amplius non est, iuxta not. in l. verum. §. fin. ff. pro soc. adeo, quod si ille, qui pecunias dedit officiali, post alienationem officij decederet, pecunias datas non amitteret, quod non possit dici durante societa-
4 te decessisse: vnde si cessat periculum vitæ, ita & commodum percipiendi fructus cessare debet: postquam fructus ratione periculi percipere permittuntur. §. illud. institut. pro soc. l. secundum naturam. de reg. iur. illicite igitur fructus percipiuntur post alienationem officij, quia finita est societas. Hiero. Gabr. cons. 78. lib. 1. & cons. 63. nu. 16. lib. 2.

Tamen dicendum esse arbitror,
5 quod si ille, qui dedit pecunias, fuit in bona fide, quia ignoraret officium alienatum, seu cessum in alium esse, & ignorantia præsumitur. l. verius. ff. de præsumptionibus. c. præsumitur. de reg. iur. in 6. Rolan. cons. 36. & isto casu licite fructus exigerentur, & exactos post alienationem officii in sortem computare minime deberent, quia bona fide exacti fuerunt, ex quo exigens alienationem ignorauit, in summa Syluest. vbi supra, & est tex. in l. sed, & socius. §. si absenti. ff. pro
6 socio, vbi societas ad cõmodũ illius, qui ignorat, non reputatur dissoluta, sed solum ad commodum illius, qui sciuit. argu. l. sed & socius. §. 1. ff. pro soc. Pet. de Bel. pert. in l. beneficium. ff. de const. Princ. l. in actione. §. item si ali-

si alicuius. ff. pro socio. ne ille, qui pecunias dedit, damnū patiatur. vt per Alex. cons. 60. lib. 7. & hæc procedere possent in officiali, qui tenebatur dissoluta societate sortem restituere; sed malitiose forte alienationem tacuit, ne sors repeteretur, & malitia, & culpa sua alteri damnosa esse non debet, secus forte in tertio, qui bonam fidem recognouit, & verisimiliter alienationem ignorauit, vt inferius dicetur.

Si vero ille, qui pecunias dedit, of-
7 ficium in alium alienatū, vel cessum fuisse sciuisset, sortemque non repeteret, sed in exactione fructuum post scientiam alienationis officij continuaret, tūc fructus exactos, post sciētiam restituere tenetur, vel in sortē computari postquam soluta societate, sciēter fructus ex re, quæ amplius non extabat, exegit, & fuit in mala fide, postquam repetere sortem distulit, & contentus de mora fuit illius, qui pecunias restituere tenebatur, vt
8 ex eius pecunia pecuniam lucraretur, quo casu vsura esset. Armil. in sua sum. in verb. vsura. nu. 10. Quando. n.
9 creditor neglexit, vel exigere non curauit, interesse ei non debetur. Ruyn. cons. 104. lib. 4. post nu. 10.

Et idem si ille, qui pecunias dedit, terminum ad soluendum illi, qui pe-
10 cunias restituere tenebatur prorogasset. Abb. in c. cōsuluit. de vsur. nu. 7. Syluest. in sua sum. in verb. vsura nu. 25. Dec. cons. 111. col. 2. vers. quia respondetur. per text. in l. recta. §. consortis. ff. si cert. pet. vbi omnes Ruy. cons. 104. col. fi. in fi. lib. 4. Natt. cons. 417.

Nec in his casibus, etiā aliquid pro
11 interesse peti posset, postquam ipse de mora debitoris contentus fuit; cum nunquam eū, vt solueret, interpellauerit. l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. l. quod te. ff. si cer. pet. vbi Doct. l. socium. ff. pro soc. ibi autem mora non fecerit. Ioan. Cephal. cons. 56. nu. 50. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dans pecunias sub nomine societatis, si interpellauit officialem soluta societate fructus conuentos exigere potest.*

2 *Pactum de aliquid dando loco interesse valet.*

3 *Socer etiam quod habuerit dilationē ad soluen. dotem, tenetur aliquid annuatim soluere, si ita conuentū sit.*

4 *Creditor licet ad interesse agere possit contra debitorem morosum, non tamen ad interesse conuentum.*

5 *Promissio facta de certa quantitate loco interesse non valet. nu. 8.*

6 *Assertioni partium super interesse non statur.*

7 *Interesse per veras probationes probari debet.*

9 *Statutum, quod de interesse stetur assertioni partium non valet.*

10 *Anima cunctis rebus præferenda.*

11 *Opinio, quæ fauorem animæ respicit amplectenda est.*

12 *Conuentio de stando super interesse assertioni partis nō valet in mutuo.*

13 *Præstatio si est vniformis est suspecta.*

14 *Officialis ad interesse conuentum non tenetur.*

15 *Officialis ad interesse liquidandum tenetur, si fuit in mora sortem restituendi. & nu. 17.*

16 *Vsura pro quantitate interesse est permissa.*

18 *Morosi tenentur ad interesse liquidandum.*

Creditor

19 *Creditor suum interesse probare debet.*

C A P. XLIII.

SEd quid, vbi ille, qui dedit pecunias interpellauit illum, qui pecunias habuit post dissolutam societatem, vt pecunias habitas restitueret,
1 & ille in mora restituendi esset: an ad fructus conuentos, scilicet ad rationē duodecim pro centenario agere posset: cum in contractu societatis semper dici soleat, quod post dissolutam societatem, loco damnorum, & interesse, ac lucri cessantis, vsque ad integram restitutionem fructus ad rationem duodecim pro centenario soluere teneatur, &c. Et videtur dicendū, quod sic, per ea, quæ adnotat Ioan. And. in c. salubriter. & in c. naui
2 ganti, extra de vsur. vbi dat doctrinā, quod licitum est vltra sortem pacisci aliquid dandum loco interesse, quando debitor est in mora, & eum sequitur Ant. de But. ibi adno. Cy. in Auth. ad hæc. C. de vsur. prout eos refert, & sequitur Alex. cons. 36. lib. 6. num. 14. Hoc etiā probatur per not. per Abb. in d. c. salubriter. vbi vult, quod licet
3 sit data dilatio socero ad soluen. dotem, potest tamen cōueniri de soluēdo certū quid annuatim, donec dos soluatur, dummodo sit homo solitus negociari, tunc licite capit aliquid pro interesse. sequitur Alex. cōs. 220. super tit. quæstionis. lib. 2. Dec. cons. 111. col. fin. & in c. cum venerabilis. de excep. nu. 14. vers. putarem tamē. Alex. cons. 200. lib. 6. nu. 6. Soci. cons. 176. lib. 2. Roma. cons. 517. nu. 5. cum seq. Couarru. cap. 4. lib. 3. varia. resolu. nu. 5. vbi hanc esse communem opinionem testatur.

Contrarium tamen dicendum arbitror, creditor enim si debitorē in-
4 terpellauit, & in mora esset, licet ratione moræ ad interesse agere valeat, vt est tex. in l. socium. ff. pro soc. Aret. cons. 9. vbi dicit istam esse communē opin. Nat. cons. 56. nu. 7. lib. 1. non tamen interesse conuentum, scilicet ad rationem duodecim pro centenario petere poterit, nisi vere tale fuisse in-
5 teresse probet, quia taxatio facta, vel certa quantitas promissa pro interesse non valet. Io. Andr. in d. c. salubriter. dicens, quod si maritus, cui facta fuit promissio dotis sub certo termino, & in termino conuenit, vt certos denarios pro libra accipiat, talis conuentio illicita est. Sequitur Pet. de Anchar. cons. 146. Alex. cons. 120. lib. 2. ad hoc etiam est notab. decis. Bal. in l. rogasti. §. si tibi. vers. quid ergo si mutuo tibi. ff. si certum petat. vbi dicit, si quis promisit certam soluerē quantitatem in nundinis, & si non soluit ex nunc, promittit cētum pro interesse, talem certam conuentionē non valere, nisi aliter de veritate interesse probetur. sequitur Alex. cons. 17. col. fin. lib. 4. Alber. in l. 1. C. de Sum. Trinit. Paul. Castr. & Alex. in l. insulā. §. vsuras. ff. solut. matr. & quod
6 non stetur assertioni instrumenti, sed verum interesse probandum sit, not. in l. qui testamentum. ff. de probat. ad not. etiam Bal. in l. cunctos populos. col. 4. vers. deinde oppono. C. de Sum. Trin. vbi etiam ad hoc allegat tex. in l. si ita stipulatio. ff. de ope. lib. adnot. Pet. de Ancha. cons. 150. vbi loquitur de hæredibus viri, qui promiserunt mulieri 10. pro centenario, nomine alimentorum, donec integraliter esset satisfacta de dote, & tenet talem conuentionem non valere, & quamuis

quamuis interesse pecuniæ non solutę in termino, iure canonico, & ciuili peti possit, tamen dicit ipse se intelligere hoc, vbi constat de interesse per
7 probationes, nō per assertionem partium, quæ non sufficit ad proban. & taxandum interesse, alias semper posset fieri fraus, & dicere, quod teneretur decē pro damno, & interesse soluere, & fraudibus obuiandum est. c. quamuis de diuort. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transa. & quod talis conuen-
8 tio non valeat, firmant quoque Dec. cons. 36. & cons. 116. & cons. 119. & cons. 183. Nat. cons. 417. & 490. Aym. cons. 189. nu. 5. 6. 8. Alex. cons. 27. lib. 4. nu. 11. Ant. Rub. cons. 20. in fin. Cagno. in l. curabit. de act. empt. Io. Cephal. cons. 290. nu. 7. vbi hanc esse cōmunem opinionem, & in iudicando recipiendam firmat in his terminis Dom. Soto de iust. & iur. lib. 6. q. 6. artic. 2. in fi. & quod non valeret statu-
9 tum in contrarium attestatur Ruyn. cons. 53. nu. 26. lib. 2. & consuetudo contraria tamquam pestis est fugienda. Abb. Fel. & Dec. in c. ad nostram. probat Aym. cons. 87. in fi. Aret. cons. 151. & 156. Ruyn. consil. 104. lib. 4. col. fi. vbi concludit, ita communiter teneri.

Ex his colligitur hanc quæstionem valde dubiam esse, propter varias rationes, quæ ab vtraque parte adducuntur, & Doct. tā iuris ciuilis, quam canonici, non solum inter se dissentiunt, sed multi etiam sibimet cōtrarij sunt, & diuersimode in facto responderunt, adeo quod si Decius post Petr. de Anch. in cons. 111. non affirmaret, potius in hac materia standū esse Doctoribus iuris canonici, quam Theologis, ipsis Theologis deciden-
10 dam relinquerem. Sed cum agatur de peccato, ac periculo animæ, quæ cunctis rebus præferenda est l. sancimus. C. de Sacr. san. Eccle. & nil prodest homini, si vniuersum Mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. cap. Mattheus. de simo. Igitur illam opinionem, quod talis conuentio non valeat, amplector, tāquam tutiorem pro anima, iuxta sententiam glos. in Clem. exiui. §. item, quia de verb. signif. Alex. cons. 73. in fin. lib. 4. Ias. in l. 1. C. de Sum. Trinit.
11 num. 56. vbi dicunt, quod semper est amplectenda illa opinio, quæ fauorem animæ respicit. Et prima opinio in aliquibus casibus solum procedit, vt in venditore, vel genero; in illis enim diuersa est ratio, cum tractent de damno euitādo; vt dicit idē Aym. cons. 87. in fi. Paris. cons. 60. lib. 1. sed etiam in conuentione facta cum emptore, vel socero, multi teneant, quod non valeat, sed quia nos sumus extra istas conuētiones, in illis me remitto ad notata per Aym. in d. consil. 189. vbi late distinguit plures casus, prout etiam Couarr. c. 1. & c. 4. lib. 3. varia. resolut. Sed satis est, quod in alijs casibus omnes fere consentiunt talem conuentionem non substinere. Decius
12 cons. 167. dicit non valere in mutuo. Anchar. cons. 376. nec etiam in alijs cōtractibus. Aym. cons. 87. & d. cons. 189. & maxime in societate; tū, quia est promissa certa quantitas habito respectu ad sortem principalem, &
13 quando præstatio est vniformis indicat non pro interesse, quod solet esse incertum, & varium, sed pro vsurario lucro. Roma. cons. 520. Nat. cons. 417. nu. 5. Tum etiam, quia dissoluta societate per alienationē, aut cessionem factam ab officiali, de officio, pecunia data officiali apud eū pure in de-

in debito, & non in societate remansit, ergo idem dicendum de eo, quod de alio debito, ex identitate rationis, vt in simili adnotat Abb. conf.77.in fin. verb.lib.1. Sed debitor non tenetur ad interesse conuentum, vt dictũ fuit per not. in d.l. qui testamentum, & in l. cum quis decedens. §. codicillis. §. Titia. ff. de leg.3.& per alios, quos allegat Alex. cõs.80.col.1.lib.3. Natt.d.cons.490. igitur nec officialis
14 ad interesse conuentum tenetur.
Sed reiecto pacto, ac si appositum
15 non fuisset, officialis finita societate ad interesse tenebitur, si in reddendo pecuniam, morã adhibuit. vt est tex. in l. socium. ff. pro socio. ibi licet non quasi vsuras, sed quod socij interfit moram eam non adhibuisse. l.3. in fi. ff. de eo, quod cert. loc. l. atqui natura. §. non tantum. ff. de neg. gest. omnes scriben. in l.2. C. de vsur. Vsura enim
16 pro concurrenti quantitate interesse est omni iure permissa. c. peruenit, & ibi glo. in verb. seruent indemnem. de fideiuss. c. conquestus; & ibi glo. Doct. de vsur. optima glo. in l. cum allegas. in fin. C. de vsur. quam valde adnotat Bal. ibi. in fi. dicens hoc procedere in quocunque contractu. habetur per Alex. Dec. & alios supra allegatos, istam esse communem opinionẽ, de-
17 bitorem teneri ad interesse liquidãdum, si fuit in mora restituendi sortem principalem. Aretin. in d. cons.9. & Grat. cons.56.n.7.lib.1. dicẽs, quod in iure notissimum est in quacunque
18 materia a morosis interesse peti posse, scriben. in l. vinum. in l. quod te. ff. si cert. pet. Aym. d. cons.189. colum. fi. & multos refert Couarru. d. c.4. qui cum pluribus Theologorũ auctori-
19 tatibus comprobat Ruy. d. cons.104. in princ. lib.4. Creditor igitur debet probare per legitimas probationes suum interesse causatũ ex mora debitoris. vt dicunt Doct. in locis citatis, & habetur per Rolan. cons.35.li.1. vbi plene etiam docet, qualiter interesse a creditore probandum sit. Matt. de Afflict. decis.21. & decis.20. plene Menoc. de arb. iud. casus 119. lib.2. Ceph. cons.290. Natt. cons.450. ex quorum dictis, etiã colligitur; an dans pecunias possit petere pro interesse fructus ad rationẽ duodecim pro centenario, ex quo si officialis ei suas pecunias reddidisset, illas in societate super alio officio ponere potuisset, & totidem pro fructibus percepisset, vt etiã plene habetur per Ruy. d. cons.104. lib.4. nu.6. cũ seq. & prædictum tamen procederetur, si officialis, vel eius hæres, vel fideiussores principaliter obligari in mora restituendi pecunias essent, cũ interesse sine mora non debeatur. l. mora. §.1. de vsur. glo. & Doct. in l. quod te, & in l. certum. ff. si cert. pet. vnde si officialis nesciret mortem illius, qui ei pecunias dedit; nil ei imputari posset, si pecunias hæredibus ipsius non restituerit, secus si societas finita esset ex parte officialis, qui propter scientiã in mora esset. l. euictis. C. de vsur. vbi Saly. tunc ad interesse tenetur, vt respõdit Hier. Gab. cons.78. in fi. lib.1. & infra c.50. declarabitur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de stando assertioni creditoris de damnis, & interesse passis ratione retardatæ solutionis an valeat.*

2 *Pactum de stando priuatæ alicuius scripturæ non valet, sed contra. n 7.*

4 *Pactum de stando assertioni creditoris super damnis, & interesse valet, sed*

sed potest reuocari ante declarationem.
4 *Creditoris arbitrium debet regulari secundum arbitrium boni viri.*
5 *Creditoris arbitrium ad arbitrium boni viri reduci debet.*
6 *Conuentio, quod stetur dicto creditoris valet.*
8 *Creditor si excederet in declarando interesse, iudex ad congruam quantitatem reducere posset.*
9 *Facultas data creditori declarãdi interesse, reuocari non potest, nisi noua causa superuenerit.*
10 *Creditor ante declarationem iurare debet.*
11 *Tutor non potest facere conuentionẽ de stando dicto creditoris pupilli.*
12 *Hæres creditoris super damnis, & interesse non potest iurare.*
13 *Debitor si probaret quantitatem dãni, & interesse, tunc dicto creditoris standum non esset.*

C A P. XLIV.

SEd quia sæpe, & vt plurimum, officiales, qui pecunias in societatẽ accipiunt, promittere solent, si pecunias, dissoluta societate, non restituerint, damna, expensas, & interesse soluere, quod occasione retardata solutionis patietur ille, qui pecunias dedit, pro quibus promisit stare simplici eius dicto, vel verbo, etiam absque iur. & taxatione iudicis, &c.

1 Dubitari posset; an huiusmodi cõuẽtio valeat. Cy. in l. si quis in cõscribendo. C. de Episcopis, & Clericis. Bal. in l. 1. col. 1. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. Specul. in tit. de probat. §. videndum. vers. quid si post nonnullos antiquos dicunt, talẽ conuentionem, siue pactum non valere, & ratio illorũ potissima est: quia ille, qui pecunias dat ad delinquendũ inuitaretur, & vbi posset quis ad delinquendũ inuitari, eius dicto standũ non est. Ideo dicunt Ang. & Paul. Castr. in l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. post Innoc. in c. cum primo tabellio. de fid. instr. non valere pactũ 2 de stando priuatæ alicuius scripturæ, quia materia delinquendi daretur. arg. l. conuenire. de pact. Doct. l. & si vnus. §. illud. ff. de pact. Roma. consil. 204. Soc. in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig. Ias. in l. iusiurandũ, quod ex conuentione. col. 1. nu. 2. ff. de iureiur. & propterea pactum non valere tenent Salyc. in l. fin. ff. de præto. stipulat. Hostiod. consil. 12. & consil. 38. Bart. vero in l. fin. ff. de præto. stipulat. format istam quæstionem, eamque re-3 soluit, quod talis promisso, & pactum tenet; sed antequam declaratio facta fuerit, possit reuocari, secus post declarationem, nisi iniqua, vel iniusta foret, & tunc posset petere, vel ad arbitriũ boni viri reduceretur: & propterea cessat ratio Cy. & aliorũ, quod per hoc ad delinquendum inuitaretur. Quia eius dictum iniquum ad arbitriũ boni viri reduci potest, quod nunquam sublatum censetur, vbi dolus præsumitur; & tunc præsumitur, si plus debito declarauerit, & opinionẽ Bar. sequuntur Ang. Paul. Castren. & alij in d. l. fi. Alex. conf. 37. nu. 31. lib. 2. & conf. 47. nu. 4. lib. 1. Et ratio est, quia licet quando declaratio arbitrio tertij cõmitteretur, differẽtia sit, an verba arbitrium boni viri, vel liberã voluntatẽ importent, tamẽ si committitur aduersario, quibuscunque verbis quis vtatur, semper, vt bo-4 nus vir declarare tenetur; quia ita videtur commissum propter suspitio-

nem proprii commodi, vt per Bar. & omnes in d.l.fin.& ibi Imo. hoc ponderat. Et nisi ita diceretur, tenēda esset opinio Cy. quod pactum non valeat, quia materiā delinquendi præberet. Ideo dicunt Doct. vt hoc euite
5 tur eius arbitrium iniquum ad arbitrium boni viri reduci debet. Ruy. cons. 104.lib.4.n.8.Matth.de Afflict. decis.91.col.4.Nat.cons.450.num.8. & 9.Bart.cons. 168. quidam habens. in fi.Alex.cons.67.nu.4. lib.2.vbi te-
6 net, quod hæc cōuentio valeat, quod stetur dicto creditoris, nisi de eius iniquitate probetur secundū veras, & magis communes conclusiones. Idē Alex.in cons. 113. lib.4.nu.6.vbi dictum Innocen. reprobat, dum dice
7 bat, per pactū induci non posse, quod quis cogatur stare priuatæ scripturæ alicuius; quia si potest ex dispōnētis auctoritate dari robur dicto vnius priuati viri, ergo etiam, & voci mortuæ, idest priuatæ scripturæ alicuius, & respondet ad rationes Innocentij, vt etiā habetur per Dec. in c. veniēs. nu.19.de test.& in c.2. nu. 10. de fid. instrum. Et ista opinio, quod valeat, huiusmodi conuentio est vera, communis, & seruatur, vt dicit Ias. in d.l. iusiurandum, quod ex conuentione. col.1.vbi respondet ad omnia cōtraria Boer. singul. in verb. expensæ. nu. 6. vbi dicit tale pactum debere intelligi ad arb. boni viri. Natt. cons. 213.
8 nu.5. Alex. cons. 54. col. 1. lib. 2. Vnde si creditor in declarando excederet, iudex interesse ad congruam quātitatē reducere, ac taxare posset. Nat. d.cons.450.n.12. Hipp. in l. patre, vel marito. ff. de quæstio. nu. 62. vbi plene ponit practicam qualiter postea per iudicem taxatio fiet.

Sed dum Bart. dicit, quod potest debitor talem concessionem ante factam declarationem reuocare, in hoc Alex. in d. l. iusiurandum. quod ex conuentione dicit, quod cōiter
9 reprobatur, quia talis potestas reuocari non potest. Idem Alex. in cons. 130. lib. 1. nu. 6. vbi dicit communem opinionem esse contra Bart. Matth. de Afflict. decis. 91. num. 11. opinio Bart. saluatur, vt procedere possit quando aliqua iusta causa reuocandi superuenerat; vt quia esset debitor factus homo malæ conditionis, & famæ, vt dicunt Angel. in d. l. fin. Ias. in d. l. iusiurandum. Natt. cons. 213. alias sine noua causa suspitionis allegata, & probata reuocari non posset.

Et tenendo opinionem Bart. conuentionem valere, quæ est magis
10 communis, opinio ii limitatur, vt tunc demum procedat, si creditor iurat; quia etiam quod pactum simpliciter dicat de stādo simplici dicto creditoris, intelligitur cum iuramento. per tex. in l. Theopompus. ff. de do. prælega. Ias. in d.l. iusiurandum, n.6. quamuis Alex. in cons. 54. lib. 2. contrarium sentire videatur.

Secundo limitatur, in tutore, qui talem faceret conuentionem, quia
11 tunc non valeret. Bar. in l. iusiurandum. Ias. in d.l. iusiurandū post nu.6.

Tertio limitatur vt non procedat in hæredem creditoris, qui tale iu-
12 ramētum super damnis, expensis, & interesse prēstare nō poterit, vt nota tur in addit. ad Bar. in d.l.fin. Didac. in c. qnamuis. in 1. parte. §.5. num.7. de pact. in 6. Menoc. de ar. iud. quæst. 68. lib. 1. num. 31. Tiraq. de retract. ligna. §.2. glos. 2. nu. 6.

Quarto limitatur, vt nō procedat,
13 si debitor per legitimas probationes

de

de quantitate damni, interesse,& expensarum probaret; tunc non crederetur dicto creditoris, & contra eius dictum admitteretur probatio in contrarium, vt plene post alios adnotat Hippo.in rub.de probatione.num.137.

SVMMARIVM.

1 *Dans pecunias officiali in casu restitutionis, an officialis, & fideiussores interpellandi sint, vt in mora dici possit.*
2 *Dies societatis finita pro homine interpellat.*
3 *Societas finitur morte sine interpellatione.*
4 *Dies tacita sicut expressa interpellat.*
5 *Officialis soluta societate a morte constituitur absque interpellatione.*
6 *Finita, vel reuocata societate ista verba conditionem important.*
7 *Conditionis euentus debitorem in mora absque interpellatione non constituit.*
8 *Dies incerta dicitur per verba soluta societate.*
9 *Dies incerta non interpellat.*
10 *Fideiussores possunt ignorare societatem esse finitam.*
11 *Mora non committitur sine culpa.*
12 *Hæres non est in mora nisi interpelletur.*
13 *Tempus ignoranti minime currit.*
14 *Hæres debitoris debet certior fieri per ostensionem instrumenti debiti.*
15 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, & cum interpellatione non constituitur in mora.*
16 *Interpellatio extraiudicialis ad constituendum debitorem in mora sufficit.*

CAP. XLV.

QVoniam supra dictũ fuit, quod soluta societate, officialis,& fi-
1 deiussores tenentur ad damna,& interesse a die moræ, dubitari posset an interpellandi sint, vt fortẽ restituãt, vt in mora dici valeant. Et quoad officiale videtur forte dicen. quod nõ,
2 quia dies societatis finitæ ipsum interpellat. l.magnã.C.de contr.& cõmitten.stipul. l.2.C.de iur.emphy.c. potuit extra locat. Alex.cons.198.n. 12.lib.7. vbi dicit, quod societas fini
3 tur morte sine aliqua denũciatione. Gig.in tract.de pens.quęst.77.nu.11. Et licet in tali promissione de die nihil dicatur, tamen ex quo officiialis est obligatus soluta societatę ad interesse, vsque ad totalẽ restitutionẽ, videtur satis comprehendere diem solutæ societatis, ad cõstituen. ipsum
4 in mora; cum dies tacita sicut expressa interpellat. Alex.cons.74.nu.11.li. 5.& cons.176.nu.21.lib.6.& tempus saltem tacite fuit limitatum ad restitutionem vsque ad dissolutam societatẽ, per ea, quæ dicunt Bar.& Ang. in l.cum stipulatus sim mihi a Proculo. ff. de verb. oblig. vbi si promitto dare centũ vsque ad Pascha,& ab eo die ad suam petitionem, adueniente Paschate debitor est in mora absque interpellatione. Et plus dicit Bal. in l.fi.§.præterea. C.de iur.dot. Quod si ex forma statuti debitores frumenti propter carestiam non possint exigi infra annum, sed post annum, elapso anno, absque alia interpellatione debitor est in mora. Sequitur Alex.cõs. 157.lib.6.nu.4.sic in casu nostro dici
5 potest, quod soluta societate officialis absque interpellatione in mora

constituatur, cum dies solutæ societatis illum interpellet, per not. per Soc. cons. 288. nu. 28. lib. 2. & tenendo istā opinionem, pluribus modis limitari potest, vt per Giga. dicta quæst. 77. nu. 14. cum sequen.

Sed quia fere in omnibus contractibus, qui solent fieri super huiusmodi societatibus, dici solet, disdicta, vel soluta societate, officialis, & fideiussores sortem principalem restituere teneantur, & vsque ad integram solutionem soluere ratam partem fructuum dicti officij teneantur, & c.
9 dici potest, quod illa verba, disdicta, vel soluta societate, conditionem importent, iuxta tex. in l. a testatore. ff. de cond. & demonst. & in l. si quis ita. §. si duo. ff. de stat. lib. quod procedit etiam, quod verba interuenerint, quę modum denotant. Alex. in cons. 102. col. 1. lib. 1. Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. col. 1. ff. de condit. & de-
7 monstr. Sed euentus conditionis debitorem in mora absque interpellatione non constituit, vt per Ias. in l. si ex legata causa. num. 11. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 2. vbi etiam loquitur quando promissio habet diem, & cōditionem, tunc ante euentum conditionis actio nata minime est, nec obligatio, & euentus conditionis, qui cū die currit, non facit debitorem in mora esse, ideo necessaria est interpellatio, maxime, quia non potest dici,
8 quod dies certa sit, cū illa verba soluta societate importāt, ac si dictum fuerit, cū societas soluta fuerit. Quo in casu dies incerta dicitur, l. si dies. §. ac si incerta. ff. quando dies leg. cedat. l. si quis legata. ff. de cond. & demōstr. Hinc dicunt Cyn. & Bal. in d. l. magnā, quod si quis promittat, quod alius ratificabit, cum ad talē ætatem peruenerit, quod talis promissio est conditionalis. Ideo promissor absque interpellatione in mora non esset, & dicit esse notan. Bal. in l. si pacto, quo pœnam. col. 3. C. de pact. ad limit. d.
9 l. magnā, quę dicit procedere in die certa. Dec. d. cons. 2. nu. 6. Soc. d. cons. 288. vers. circa quartam. Corn. cons. 206. num. 3. lib. 2. secus si dies incerta sit, tunc interpellatio requiritur. Soc. cons. 180. lib. 2. col. 4. vers. 2. quia.

Et prædicta eo maxime procedūt
10 in fideiussoribus, & in hærede officialis, qui verisimile ignorantiam habere possunt, quod societas dissoluta fuerit, & propterea in culpa dici non possunt, si sortem principalem non restituunt, & mora non committitur sine culpa. l. quod te. ff. si certū
11 petatur. vbi Doct. Corn. cons. 312. l. 4. & in culpa non videtur esse, qui ignorat, l. quicunque, vbi Bart. C. de
12 seruis fugit. Et quod hæres non sit in mora, nisi interpelletur, adnot. Bart. in cons. incip. Domine Iacobe. Ias. & Dec. in l. vinum. num. 10. ff. si cert. pet. hanc opinionem credo verissimam, propter probabilem ignorantiam: quicquid in contrarium dicat Natt. cons. 226. num. 4. cum tem-
13 pus ignorāti minime currat, vt late per Tiraq. de retract. ligna. §. 35. glo. 4. num. 1. cum pluribus sequen. mora enim requirit aut scire, aut scire debere, Bal. in l. sed si stipulatus. ff. de verb. oblig. per tex. in d. l. quod te; quinimo interpellatio hæredi facta de obligatione non sua, sed prædecessoris, illum in mora non constituit, nisi de ipsa obligatione certioretur per ostensionē instrumenti, aut alio modo, vt per glo. in l. qui in alterius. vbi etiam Bar. ff. de reg. iur. glo. in l. qui ius. §. nemo, & plene per eundem

dem Tiraq. de retractu conuentio. glo.6.num.5. Hinc est quod in actione pro socio post moram veram, vel fictā veniunt vsuræ, & interesse contra socium, secus contra hæredem socij, vt in d.l.socium. ff. pro soc. & ibi Bart. & si hæres esset hæres, cum beneficio legis, & inuentarij; nec etiam cum interpellatione in mora constitueretur, nisi facta liquidatione, quod hæreditas soluenda esset. Aym. conf.89. nu.5.

16 Interpellatisq. extraiudicialis etiā sufficit ad constituendum debitorem in moram, vt habetur per Doct. in l. vinum. ff. si cert. pet. vbi late Ias. nu. 15. ponit regulam cum suis limitationibus. Habetur etiam latissime per Tiraq. de retract. conuentio. §.4. glo.6. num.39. Ias. etiam in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. Corn. consil.166. nu.5. lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Officialis si pecunias receptas in societatem alteri accommodauit, qui onus societatis in se suscepit, contractus valet.*
2 *Officialis non tenetur alteri cum sua iactura subuenire.*
3 *Societas finitur quando persona mutatur.*
4 *Officialis si pecunias super suo officio recepit, & illas alteri dedit, potest ab illo fructus exigere.*
5 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi & non alteri imputari debet.*
6 *Officialis est in culpa alienando officium durante societate.*
7 *Periculum in se suscipiens non tenetur, quando culpa partis illud euenit.*
8 *Vnus ex facto alterius lædi non debet.*
9 *Notarius pro altero stipulari potest.*
10 *Officialis culpa in omittendo ei obesse non debet.*

C A P. XLVI.

Accidit etiam quandoque, quod officialis, qui pecuniam ad societatem accepit super eius officio, cum illam reddere vellet, amicus eū rogat, vt sibi illam pecuniam præstet, & fructus soluet, & indemnem ipsum, & suos fideiussores conseruabit, & officialis ei omne onus, & emolumentum societatis cedit: talis contractus de iure validus reputari debet, officialisque poterit ab illo, qui pecunias accommodauit fructus percipere, vt soluere possit, cui pecunias dedit, per ea, quæ adnotat Ias. in l. 1. C. de Sum. Trinit. num.51. vbi ponit quæstionem de scholare, qui accommodauit socium de pecuniis, ex quibus pignus luere volebat, quod licite a socio vsuras peteret; non enim officialis tenebatur alteri cum sui iactura subuenire. c. si non licet. 23. quæst.5. l. naturalis. ff. de præscript. verb. ita inquit Archid. in cap. vsuram. 24. quæst.3. Salyc. in Auth. ad hæc, quæstio. 16. C. de vsur. adnot. Natta consil. 490. in fin. Anchar. in c. nauiganti. de vsur. vel officialis accommodauit nomen officii alteri, qui vere pecunias habuit, bonamq. fidem recognouit; & in forma promisit, &c.

Quid si postea officialis officium alienaret: an ille, qui ab eo pecunias accepit, fructus postea soluere teneatur, & vt supra dictum fuit, si ille, qui pecunias dedit, notitiam habuit de alienatione, ob quam societas dissoluta fuit (quādo enim muta-

tur persona, societas finitur.) Tunc ille, qui pecunias dedit, non posset fructus ab officiali exigere, nec pariter officialis ab eo, cui pecunias accommodauit; & in hoc nulla est dubitatio, vt supra dictum fuit.

Sed quid si ille, qui pecunias dedit, alienationem ignorauit, an fructus ab officiali exigere possit, & supra dictum fuit quod sic, ex quo fuit in bona fide: sed an officialis isto casu fructus possit exigere ab illo, cui ipse pecunias accommodauit, & postea de alienatione facta ignorantiã

4 habuit, & videtur dicendum quod non: immo si soluit in sortem computare debet, cum officialis in culpa fuerit; si enim illi, cui pecunias accõmodauit, de alienatione officij certiorasset, vtique verisimiliter pecunias, vel officiali, vel illi, qui eas dedit, restituisset, postquam societas erat soluta per officii alienationem; Nec onus soluendi fructus amplius substinere voluisset, postquam erat sublata spes consequendi lucrum per mortem illius, qui pecunias dedit, si durante societate obiisset, merito nec fructus amplius soluere voluis-

5 set, & damnum quod sua culpa quis sentit, ei, & non alteri imputandum est. l. quod quis. ff. de reg. iur. c. dam-

6 num. eodem titulo in 6. sed officialis fuit in culpa in alienando officium durante societate, & in omittendo, ex quo non certiorauit illum, qui habebat pecunias sub nomine societatis super eius officio, vt tenebatur, & propterea fuit in culpa, igitur eius erit damnum, licet aliàs non teneretur, vt notatur in l. quod te. ff. si cert. pet. Goza. conf. 38. n. 7. illa enim, quæ proueniunt ex culpa officialis, ei imputari debent. Abb. in c. quia diuersitatem. de conceff. preben. Fely. in c. cum inter. de excep. Goza. conf. 27. num. 15.

Et prædicta procedere possunt in casu propositæ quæstionis, quia ille, qui pecunias dedit officiali, qui postea Titio dedit, non potest contra Titium ad fructus agere, quia cum eo minime societas contracta fuit. Titius nihil ei promisit, nisi quando officialis pecunias Titio concessit, Not. pro illo, cuius erant pecuniæ, stipulatus fuisset, sed tantum contra officialem ad fructus agere posset, & licet officialis posset postea agere contra illum, cui pecunias concessit, ex quo indemnem cõseruare promisit, talis promissio intelligi debet, nisi damnum culpa officialis euenis-

7 set, prout dicitur de eo, qui in se periculum suscepit, quod non tenetur quando culpa partis illud euenit. l. cum proponas, vbi Bart. & Bal. C. de naut. fen. Alex. conf. 84. col. 2. lib. 6. Corn. conf. 203. col. pen. lib. 2. Aymo. conf. 119. in fin. & negligentia ipsius in non certiorando, alteri nocere non debet, l. rem hæreditariam, in fine. ff. de euict. & iuri naturali refraga-

8 tur, vt vnus ex facto alterius lędatur. l. 1. C. vt nullus ex vica. lib. 12.

Sed si ille tertius, qui pecunias accepit sub nomine societatis super officio Titij, se obligasset soluere fructus illi, qui pecunias dedit, vel No-

9 tarius pro eo stipulatus fuisset: iuxta not. in l. 2. ff. rem pupil. sal. fo. tunc si ille, qui pecunias dedit, fructus etiã post alienationem ab eo, qui pecunias habuit, exegit, si alienationem officii ignorasset, in sortem compu-

10 tari non deberet, culpa. n. officialis in omittendo fieri notificationem, ei obesse non debet. c. non debet alteri, de

de reg. iur. in 6. l. siue hæreditaria. ff. de neg. gest. quin possit agere ad fructus contra obligatos. Bal. cons. 226. lib. 1. num. 3. Et is fructus exegit, ex quo fuit in bona fide, in sortem computari non debet, cum non possit dici, quod negligens fecerit, si sortem post alienationem officij non petierit, si alienationem ignorauit.

SVMMARIVM.

1 *Promissio facta de nunquam renunciãdo societatẽ, an valeat. nu. 7. & 22*
2 *Societas etiam, quod in perpetuum inita sit, per mortem dissoluitur.*
3 *Pactum de non diuidendo in perpetuum valet, sed contra. nu. 21.*
4 *A proprietate verborum receditur propter naturam societatis.*
5 *Prohibitio diuisionis facta vsque ad mortem valet.*
6 *Societas vsque ad centum annos valet.*
7 *Pactum de non diuidendo nihil valet.*
8 *Societas in æternum coiri non potest.*
9 *Conuentio, per quam in perpetuum communio inducitur, non valet.*
10 *Societas tamdiu durat, quamdiu beneplacitum sociorum durat.*
11 *Societas dissensu vnius dissoluitur.*
12 *Societas est duorum, vel plurium conuentio.*
13 *Pactio ab ipsa societate seiuncta societatis essentiam vitiat.*
14 *Promissio de nunquam diuidendo, restricta ad vitam promittentis censetur.*
15 *Dictio, omnimodo, habet præcisam naturam.*
16 *Dictio, omnimodo, idem importat, quod in perpetuum.*
17 *Ratio vera. §. si conueniat. l. in hoc iudicum. ff. commu. diuid.*
18 *In societate coeundã nihil est de renunciatione cauere.*
19 *Societas contracta ad tempus, ante tempus dissolui non potest, nisi iusta causa interueniente.*
20 *Societas potest coiri, vt toto tempore vitæ sociorum duret.*
21 *Societas contracta ad vitam, etiam ante mortem dissolui potest.*
24 *Pœnitentia in contractu societatis habet locum.*
25 *Societas potest dissolui, si officialis debito tempore fructus non solueret.*
26 *Promissio de non renunciando societatem potest ex causa renunciari.*
27 *Facultas renunciandi societatem reciproca esse debet.*
28 *Contractus societatis est bonæ fidei.*
29 *Contractus bonæ fidei claudicare non debet.*
30 *Pactum inconsuetum non valet.*
31 *Societas si ad beneplacitum vnius dissolui potest, debet etiam ad beneplacitum alterius diuidi posse, vt seruetur æqualitas.*

CAP. XLVII.

Contracta ad tempus societate, ille, qui pecunias in societate officiali præstitit, postea nunquam societati renunciare promisit: dubitatũ
1 fuit, an huiusmodi promissio subsistat. & pro eius validitate facere videtur text. in l. 1. ff. pro soc. vbi Paul. inquit societatem coire posse in perpetuum, idest dum viuunt: ideo per talem promissionem videtur voluisse societatem durare eius vita durante,
2 cum societas, etiã quod in perpetuũ inita sit, per mortem dissoluatur. l. actione. §. morte. l. adeo. in prin. l. verũ. §. fi. l. nemo. ff. pro soc. consensusq. finitur. §. soluitur. instit. eod. facit

tex.in c.si gratiose.de rescriptis in 6.
Bart. in l.centesimis. §.fin.ff.de verb.
oblig.Bal.in d.l.adeo.Curt.Sen.cons.
52.vnde Floria.in §.conueniat. l.in
hoc iud. ff.commu.diui.dicit pactum
3 de non diuidendo in perpetuum va-
lere, quia intelligitur durante vita
4 paciscentis; creditur enim a vi ver-
borum propter naturam societatis,
quæ post mortem durare non potest,
& verba contractus intelliguntur se-
cundum subiectam materiam,& na-
turam contractus, scilicet, si vno l. in
principio.ff.loc.l.ita stipulatus.ff. de
vsu. ideò Alex. in addit. in d.§.con-
ueniat, dicit de facto respondisse,
quod prohibitio diuisionis facta vs-
que ad mortem valet, per d. l. 1. iun-
cta. l. nulla. ff.pro socio, & idem di-
5 cit in consil. 19. num.9. lib.5. Corn.
cons.310.lib.4.vbi dicit, quod valet
societas vsque ad cētum annos, quia
intelligitur vsque ad eius vitā, pro-
6 ut esse valet societas,donec partes vo
luerint, & finitur morte; quia per
mortem voluntas expirat.Alex.cons.
136. num.1.lib.5. Opinionemq. Flo-
riani secuti fuerunt Ias.in l.si non sor
tem. §. si centum.nu.9.ff.de cond.in-
deb.Dec.in l.si quis in conscribendo.
C.de pact. & cons.264. & Grat.cons.
68. lib.2. vbi reprehendit Socinum,
qui dicebat opinionem contra Flo-
rianum esse magis communem, vt ip
se, quod opinio Floriani sit commu-
nior sentire videtur.

Sed in contingentia facti contra-
rium respondendum, promissionem
de nunquam societatem disdicendo
non valere, quia est contra naturam
7 & formam eiusmodi societatis, vt
non liceat ab ea vnquam recedere;
merito tale pactum nullas habet vi-
res, vt habetur in d. §.si conueniat.
nec ex eo nascitur etiam naturalis
obligatio,vt inquit Ang.in cons.225.
& Bar.in l.si conuenerit.ff.pro socio.
8 quod pactum de non diuidendo ni-
hil releuat, & Azo in summa C. pro
socio. num. 22. tale pactum esse su-
peruacuum, vt etiam firmat Saly.in
l.sed si socius.§. societatem.ff.pro so-
cio:eo magis quando pactum est de
nunquam diuiden. cum dictio nun-
quam importet perpetuitatē,scilicet
nullo tempore renūciare.vt est Glos.
in verbo nunquam. l. prouidendum.
C.de postulan nec recipit vllā restri-
ctionem. Aymon.cons.244. & nulla
societas in æternum coita est. d. l.
9 nulla. & ideo Alexan. cons.18.lib.2.
in prin. dicit,quod pactum de nunq.
diuidendo, etiam quod iuratum sit,
non valet. Oldrad.cons.241. & Mar-
sil.sing.9. licet aliqui vbi adest iura-
mentum contrarium sentiant: sed
vbi non adest iuramentum,quod pa-
ctum non valeat, voluit etiam Alex.
cons.110.nu.10. lib.3.Corn.cons.48.
lib.3.& cons.13.lib.4. Curt.Sen.cons.
68. num.15. & cons.52. col.2. Paris.
cons.127.lib.4. in princ. Anch.q.54.
& hāc dicit esse communem opinio-
nem. Soc.cons.68.nu.15.lib.2.vt non
valeat cōuentio, per quam in perpe-
10 tuum cōmunio induceretur. per tex.
in d. l. nulla. sequitur Gomes. in §.
quædam,nu.11.& 12. instit. de actio.
quasi impediatur liberum arbitrium,
vt adnot.Roma. cons.13.& cons.106.
Curt. Sen.dict.cons.68.tam diu nem-
11 pe durat societas, quam diu durat
beneplacitum sociorum. l. tamdiu
ff. eod. ergo altero nolente societas
dissoluitur, prout est Gloss. Bart. &
Paul.Castr.in l.si non sortem. §. cen-
tum, de conditio. indeb. vbi dicunt,
quod sicut nemo potest compelli ad
com-

communionem inchoandam, pari modo nec ad retinendã iam inchoatam, seu ad persisten. in ea: societas, & si sit contractus, quod consensu
12 duorum, vel plurium contrahatur, tamen & consensu vnius dissoluitur. l. societatem coire. §. dissoluitur. ff. pro socio. Corn. cons. 54. col. 1. lib. 1. Succeditque doctrina Bald. in l. cum precario. ff. de preca. qui in his, quæ pendent ex mera voluntate mea non possum mihi legem imponere, quominus liceat reuocare, prout in testamento, in procuratorio, & precario, & similibus, vt per Alexan. d. cons. 18. sic erit in societate, quæ a mera voluntate dependet. Curt. Sen. d. cons. 68. nu. 7.

Nam cum societas sit duorum, vel
13 pluriũ conuentio ob commodiorem vsum, & vberiorem quæstum. Azo. in summa. C. pro socio, & fraternam quandam inferat communionem. l. verum. in princip. ff. pro socio. resultaret iniquitas, si ab ea alter socius recedere nõ posset, & cogeretur eius vita durante semper in communione durare. contra tex. in l. fin. C. commu. diuid. & contra naturam societatis, quæ est vt duret, donec ei fuerit renunciatum. d. l. tamdiu. Corn. cons. 48. col. 2. lib. 3. & pactio ab ipsa
14 societate seiuncta societatis essentiã vitiat. l. si non fuerit. §. 1. ff. pro socio. Ancha. q. 54.

Difficultas modo est ad contraria respondere; cũ, vt in dictũ fuit, multi
15 teneant promissioné etiam de nunquam renunciando valere, quia restricta ad vitam promittentis videtur. iuxta. l. 1. ff. pro socio, & tenentes istam opinionem dicunt, quod tex. in d. §. si conueniat, loquitur quando quis promisit nullo modo, nec vllo tẽpore diuidere, sed perpetuo, & in æternum in communione permanere: & sic quando promissio vitam sociorum excedit, iuxta tex. in d. l. nulla. ff. eod. propter illam dictionem omnimodo positam in d. §. si conueniat, quæ habet præcisam naturam, & significat nullo modo, nullo tempore posse diuidi, sed indistincte omni tempore in communione perdurare, vt in c. si Christus. vbi Abb. de iureiur. Sed quod ratio decisionis illius tex. sit fundata in illa dictione omnimodo, minime placet; quia dictio, omnimodo, idẽ etiam importat quod in perpetuũ. per Glos. vbi Card.
17 in Clem. 1. de vita, & honestat. clerico. Bero. in c. 2. n. 51. extra de probat. Vnde quemadmodum verbum, perpetuum, quod sui natura importat perpetuitatem sine tẽporis præfinitione, recipit in societate coeunda modificationem, & restrictionem ad vitam, sic & illa dictio, omnimodo, dictam restrictionem recipere posset, cum etiam & ista dictio, aliquando, modificationem recipiat, vt per Bar. in l. stipulatus sum damam. ff. de verb. oblig. Dec. & Curt. in l. si quis in conscribendo. C. de pactis. ideo
18 dispositio illius. §. si conueniat. non potest dici fundata in illa dictione omnimodo, vt etiam expresse colligitur ex vers. sequen. vbi disponitur, quod si fiat conuentio, vt intra certũ tempus non diuidatur, valet, arguẽdo igitur a contrario, si fiat ad incertum tempus non valebit, cum dictio, autẽ, aduersetur in iure, & in facto. l. hoc amplius, vbi Gloss. & Bart. ff. de damno infecto. Vnde cum in dicto versiculo, sin autem, loquatur, quãdo certum tempus est appositum supra in §. si conueniat. loquitur

tur quando nullum tempus, vel incertum oppositum est, quo casu pactum non valet, vt ibi dicunt Bart. & Alberic. vnde ratio illius text. potius erit, quia est contra naturam societatis, vt quis in ea inuitus permanere compellatur, vt in d. §. si centum, & in d. l. fin. C. commu. diuid. quę loquitur etiam in contract. societate, vel retinenda, vt dicunt Glos. & Docto. in d. §. si centum. Mars. sing. 9. cōmunio nempe solet discordias excitare, & suæ rei quisque debet moderatorem esse, quod non posset si a cōmunione recedere nequiret, vt dicit Saly. in d. l. fin.

Ideo in societate coeunda nihil attinet de renunciatione cauere, vt in-
19 quit tex. in l. sed si socius. §. fin. ff. pro socio, cum non obstante pacto a societate, si est facta in perpetuum, vel ad incertum tempus recedere licet, nisi tamen renūciatio esset nimis intempestiua, quia tunc ipso iure, intempestiua renunciatio venit in æstimationē, secus si non esset intempestiua, sed tempestiua, tunc renunciatio non obstante pacto, teneret, nec socius contra renunciantem agere posset, quia nil interest non renunciari, cum non consideretur interesse solum vnius socii, sed totius societatis, vnde pactum de non renunciando superuacunm est: pactum vero etiam de recedēdo intempestiue, vtile erit, & si societas inita sit ad tempus, ante tempus recedere non potest. d. §. si conueniat. in fine. l. actione. §. item qui societatem. vbi Glos. nisi iusta
20 rat. interueniente, vt quia mors sequeretur, vel conditio, & pacta, cum societas inita erat, non fuerint seruata, vel socius esset minus molestus. vt habetur in l. si conuenerit. §. fin. ff. pro socio. vbi Saly. Corn. cons. 310. col. 2. & 3. lib. 4. & ita declaratur per Azo. in summa. nu. 12. C. pro socio. & glos. in l. actione. §. Labeo, quam sequitur ibi Saly. ff. pro socio, dicit quod inter-
21 dum pactum adiicitur, ne perpetuo liceat discedere, & non valet. arg. d. l. fin. C. commu. diuid. interdū post initam adiicitur pactum, vt non liceat vsque ad tempus discedere, pactū adhuc non valet, & est frustratorium. d. l. si conuenerit. Interdum societas ab initio contrahitur vsque ad certum tempus, & societas tenet ad temporis pactum, interdum pactum adiicitur, vt post certum tempus abire liceat, & pactum tenet, sed pactum igitur de non diuidendo nullas habet vires, immo superuacuum reputatur. vt per Bart. Azo. Alberic. Saly. Ang. Corn. & alios citatos.

Multo fortius si pactū fuerit, quod nunquam fiat diuisio, & quod semper communio permaneat: quia tunc absolute non valet, vt dicunt prædicti Doctores. Alex. Soc. & Curt. in dictis
22 consiliis, est etiam de mente Floriani, quod isto casu non valeat, dum dicit, quod aliud est dicere, quod nullo tempore diuidatur, & tunc pactum non ualet, & isto modo intelligit. §. si conueniat: & aliud est dicere, quod in perpetuum non diuidatur, quia tunc secundum eum valet. Vnde cum in casu præsenti fuerit dictum nunquam disdicere, est ac si dictum fuisset nullo tempore renunciare: quo casu, vt diximus, non valet secundum Floria. & alios: dum postea Florianus subiungit, quod si dictum sit in perpetuum non diuidere, pactum valere: loquitur contra opinionē Bart. & Alber. in d. §. conueniat, qui sumant illum text. quod pactum ne perpetuo diui-

diuidatur nõ valet. Ideo opinio Dec. & Grat. reddiitur dubia, postquam volunt valere conuentionem, vt perpetuo socij in cõmunione permaneant, ac nunquam diuidere valeant, quia loquuntur contra magis communem opinionẽ, & contra etiam opinionem Floriani, qui sentit pactum, vt nullo tempore diuidatur, non subsistere, quia est cõtra tex. in d. §. si cõueniat.

Nec obstat, quod societas in perpetuum, idest dum viuunt, coiri possit. d. l. 1. & ibi Saly. & Docto. firmant,
23 quod partes possunt simul conuenire, vt societas, & communio toto tẽpore vitæ sociorũ duret. vt per Alex. d. consf. 59. nu. 5. quia non propterea
24 sequitur, quod societas facta ad vitã ante mortem dissdicere non valeat. Nam licet in cõtractibus nominatis non habeat locum pęnitentia, fallit
25 tamen in societate. vt not. glos. Bar. & omnes in l. pecuniam, in prin. ff. de condit. & demonstr. & in l. sicut. C. de actio. & oblig. & dissensus vnius sufficit. Abb. in cap. nosti. de electio. nu. 4. Corn. d. consf. 47. hinc dicit Bald. in consf. 169. imp. scien. est lib. 5. quod si posui pecuniam in societate, possum quandocunque ab ea recedere, & pecunias repetere, & si non habeo causam repetẽdi teneor ad interesse. inst. pro socio. §. manet autem. vnde si ille, qui pecunias præstitit haberet aliquam causam societatem dissdicendi, vt puta, quia officialis debito tem-
26 pore fructus non solueret, absque dubio poterit a societate recedere. Bar. & omnes in dicto §. si conuenerit. vbi dicunt, quod pactum de non diuidẽdo, intelligitur, si promissa seruentur, Azo. in summa eod. tit. nu. 12. adnot. Capic. decisf. 174. nu. 16. vbi ex mente Nicolai de Vbal. in tract. societat. dicit quod societas inita ad tempus potest ante tempus renũciari, si promissa, & pacta non seruentur, idem Capic. decisf. 135. nu. 3. Vnde etiam quod quis promiserit societati nunquam renunciare, non est quin possit
27 renunciare ex causis, ex quibus permissa est renunciatio. vt in d. l. si conuenerit, & in l. actione. §. labeo. ff. pro socio. Corn. d. consf. 310. num. 4. & ita audiui fuisse pronunciatum in vna Albanen. societatis a Locumtenente Auditoris Cameræ.

Præterea vsus talem contractũ societatis tollerauit ea lege, vt possent partes ad eorum beneplacitum post
28 sex menses societatem renunciare, quæ facultas renunciandi reciproca esse debet. Vnde non debet valere pactio, quod vnus non possit societatem
29 dissdicere, cum huiusmodi cõtractus sit bonæ fidei. §. actionum. instit. de
30 actio. claudicare non debet. l. si id, quod. §. fi. ff. de rescin. vendit. vbi dicit tex. bonæ fidei non conuenire, vt eo pacto stetur, quod alteri captiosum sit. idem dicit tex. in l. 1. ff. eod. tit. ibi, nam quod Aristo. dixit posse ita pacisci, vt vnus maneat obliga-
31 tus nõ est verũ; tale enim pactũ, tanquam non consuetum in istis societatibus apponi non valet. Alex. consil. 38. nu. 5. lib. 2. Matth. de Afflict. decisf. 107. vbi dicit, quod concessio in emphyteusim facta in perpetuum contra solitum, est nulla. Vnde si societas potest dissolui ad beneplacitũ vnius, vt seruetur ęqualitas, quæ in contractibus locum habere debet. vt not. in l. cum proponas. C. de pact. & in l. cũ emptor. ff. de rescin. vendit. etiam ad beneplacitum alterius societas dissolui posse debet. vt in simili adnot. Dec. consf. 140. col. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fructus soluti per illum, qui pecunias accepit post officij alienationem, an repeti possint.*
2 *Officialis, qui nomen officij accommodat, nullum commodum ex societate percipit, nec damnum sentire debet.*
3 *Officialis non tenetur notificare alienationem officij a se factam.*
4 *Quod fit ob gratiam alicuius, in eius damnum redundare non debet.*
5 *Qui pecunias recepit super officio alterius, fructus soliti post alienationem, in sortem computari debent.*
6 *Fructus non debent solui, nisi durante societate.*
7 *Fructus loco interesse non debentur, nisi praecedente mora.*
8 *Tertius accipiens pecunias super officio alterius, non tenetur ad illarum restitutionem, nisi intimata alienatione officij.*
9 *Bonae fidei possessor licet faciat fructus suos, illos tamen restituere tenetur.*
10 *Ignorantia non excusat illum, qui tenetur in perquirendo diligentiam adhibere.*
11 *Tertius non tenetur ad solutionem fructuum soluta societate.*

CAP. XLVII.

1 SEd an ille ad cuius commodum societas facta fuit, fructus solutos post alienationem officii ab officiali factam, repetere possit, ex quo de tali alienatione ipsum minime certiorauit per regulam, qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, & culpa sua ei, & non alteri nocere debebit.

Contrariũ tamen dicendum arbitror, quia officialis in d. societate nil habuit, nisi parum nomen, & sui nomen officii simpliciter accommodauit, nec aliquod commodum ex societate consecuturus erat: ideo nec damnum sentire debet. l. ideoque. §. si mandauero. ff. mand. l. cũ duobus. §. quidam saginaria. l. si vnus ex sociis. §. 1. ff. pro socio. Roma. consil. 375. in 2. dub. Aym. late cons. 247. nu. 2. 2
3 Nec ei culpa imputari potest, si nõ certiorauit, ex quo de alienatione certiorem reddere minime tenebatur, & culpa non imputatur non facienti, quod facere nõ tenetur. Aret. consil. 3. col. fin. Aym. consil. 4. nu. 24.
4 Nec iura volunt, quod id, quod fit propter gratiam alicuius, in eius odium retorqueatur, vt in reg. quod ob gratiam. de reg. iur. sed officialis in gratiam illius, qui pecuniam accepit, eius officium accommodauit, igitur in eius damnum retorqueri non debet.
5 Sed forte, & tutius in contrarium dici potest, quod ille, qui pecunias recepit post officii alienationem ad fructus non teneatur; & si illos soluit, in sortem computari debere per alios ratione enim officii, (vt iam dictum fuit) societas finitur, etiam quod de tali alienatione ille, qui pecunias dedit ignorantiam habuisset. Alex. cons. 60. lib. 7. Merito post alienationem pecunias recipiens ad fructus amplius non tenebatur, qui solũ durante societate debebatur, tam ex verbis contractus, quam ex iuris dispositione. vt in l. socium. ff. pro socio. sicut enim ille, qui pecunias dedit, si post officii alienationẽ obiisset, sortem datã minime perdidisset, ita etiam lucrari fructus non debet, cum

illa

illa cessat ratio, ex qua fructus ex suis pecuniis percipere permittitur, & cessante causa solutio fructuum cessare debet. c. cum cessante. de appel. c. consuluit. cum not. de vsur. & si fructus soluti essent, in sortem imputari deberent, vt not. in c. conquestus. de vsur.

7 Nec etiam fructus loco damnorum, & interesse, nisi praecedente mora, debentur. l. mora. §. fin. ff. de vsur. not. in l. quod te. ff. si cer. pet. Cũ igitur accipiens pecunias officii alienationem ignorauerit, non potest dici in mora fuisse ad sortis restitutionem, cum interpellatus nõ fuerit; & quãuis in instrumento dicatur, quod dissoluta societate, sortem restituere teneatur, id tamen solum respectu officialis intelligi debet, qui de alienatione, & de societatis dissolutione scientiam habuit, & ideo propter

8 moram ad interesse tenetur, secus in tertio, qui pecunias accepit, & verisimiliter de officii alienatione ignorantiam habuit, & ignoranti moram ascribi non potest, cum ei imputari non possit, cur pecunias non restituerit: & si diceretur, quod nec etiã danti pecunias negligentia imputari non possit, si non interpellauit, vt ei pecunias restituerentur, ex quo nec etiam ipse de alienatione officii scientiam habuit, & bona fide fructus recepit, quia adhuc societatem durare credidit. Respondeti potest, quod in tertio, qui bonam fidem recognouit, plura concurrunt. Primo quia bona fide soluit, credens adhuc societatem durare: Ideo illos repetere potest. Bal. in l. apud antiquos, col. 2. vers. modo quaero. C. de furt. dicens quod bonae fidei possessor soluens pro libero, quem credebat esse seruum, repetit. Secundo quia in hac societate bona fides non patiatur, quod quis fructus ex pecunia sua absque periculo vitae percipiat. Tertio quia iste, qui bonã fidem recognouit, de damno euitãdo tractat, dans vero pecunias in societate, de lucro captãdo, & iura magis fauent illi, qui tractat de damno euitando, quam illi, qui tractat de lucro captando.

9 Quinimo licet bonę fidei possessor suos faciat fructus, illos tamen restituere tenetur, quatenus est factus locupletior. Bar. in l. si vi. C. de met. cau. in vlt. col. Alex. cons. 20. lib. 4. Bertachi. in verb. bonae fidei possessor. Cum etiã dici possit, quod ignorantia non excuset illum, qui pecu-

10 nias dedit, ex quo non adhibuit diligentiam in perquirendo, an officium, super quo societas facta fuit, esset amplius penes officialem, & ignorantiam non excusat illum, qui non adhibuit diligentiam in perquirendo illud, quod inquirere tenebatur. c. penul. ante fin. c. fin. 32. dist. c. pen. cum sua glo. de reg. iur. glos. magistra. in c. innotuit, in verb. ignorantiam. de elect. facit tex. in l. regula. §. sed facti, ibi verum eius, qui eam rem diligenter inquirendo notã habere possunt. ff. de iu. & fac. igno. l. si auiam, in fi. C. de ingen. manu. Nec recipiens pecunias notificare tenebatur danti pecunias, quod societas per alienationem, vel per mortem

11 officialis soluta esset. Ideo a tempore alienationis officii, vel mortis officialis, ex quo societas finita est. §. soluitur. Institut. pro soc. l. adeo morte. ff. eo. tit. ad fructus solutionem minime tenetur. Alex. cons. 198. in fin. lib. 7.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fructus finita societate exigi non possunt.*
2 *Creditor, vt finita societate possit exigere fructus, debet fecisset omnes diligētias pro exigēda sorte principali.*
3 *Diligentias quando quis fecisse dicatur.*
4 *Pactum est illicitum, quod finita societate fructus loco damnorum, & interesse ad rationem duodecim pro centenario soluantur.*
5 *Fructuum taxatio ad rationem septem pro centenario admittitur.*

CAP. XLIX.

QVamuis supra cap. 44. diximus, pactum non valere, quod officialis teneatur ad fructuum solutionem non solum durante societate, sed etiam illa reuocata, ac finita vsque ad diem restitutionis sortis principalis, ad rationem duodecim pro centenario; quia taxatio interesse a
1 principio facta vsura est: ideoque fructus finita societate, amplius minime deberi, nec exigi possunt. §. manet. inst. de societ. l. act. §. dissensu. ff. pro socio. Dom. Soto. de iust. & iure lib. 6. q. 6. artic. 2. in fin. Nec sufficit, quod societas reuocata fuerit, & officialis forsan interpellatus ad restituē dam sortem, quia secundum declarationem S.D.N. Pij V. vt dicitur ver-
2 bo Auditori Cameræ fact. creditor non solum tenetur interpellare officialem, sed etiam omnes alias diligentias pro exigenda sorte principali facere, & tunc diligentias fecisse dice-
3 retur, si remedijs oportunis vsus fuerit, si vero illis non vtitur, negligentia arguitur. Ang. consf. 132. nu. 4. remedia autem oportuna sunt, citatio, relaxatio mandati, ac exequutio personalis, siue realis, donec creditor satisfactus fuerit. Soc. cons. 273. nu. 3. & 6. lib. 2. & licet agere cœperit si non perfecit, non dicitur diligentias fecisse, cum factum minime dicatur, si aliquid faciendum superest. l. penul. ff. ad Syllania. & donec exequutio facta nō fuerit, res nō dicitur perfecta. Bart. in l. metum. §. sed quod Praeror. nu. 1. ff. quod met. causa. illudque dicitur perfectū, cui nihil addi potest. Soc. in l. possidere. §. ex pluribus. nu. 17. ff. acqui. posses. immo in casu Socini, creditor debitorem carcerari fecerat, non tamen dicitur fecisse diligentias, si a carcere relaxari permiserit. & factis debitis diligentijs, Rota censuit creditorē posse exigere aliquod honestum lucrum arbitrio iudicātis: in vna coram D. Fabio Accorambono, de Anno 1555.
4 Verum, quod pactum sit illicitum, vt finita societate loco damnorum, & interesse fructus ad rationem duodecim pro contenario soluantur, Rota Romana pluries determinauit: dissoluta enim societate, fructuum perceptio licita non est, cum cesset periculum vitæ, & ideo purum, & merū mutuum remanet, & solum totidem pecuniæ restitui debent, nisi aliūde probetur interesse lucri cessantis, vel dāni emergentis ascēdere ad huiusmodi taxationem; vt per Dec. cons. 322. Couarru. lib. 3. varia. resolut. capite 1. nu. 8. Rebuf. in l. vnica. num. 270. vers. amplia. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. Accoramb. in d. decis. vbi dicit, quod Rota semper secuta fuit distinctionem Paul. Castren. in l. 35. fi. ff. de eo, quod certo loco, & ita etiam fuit reso-

resolutum. 31. Iulij. 1575. in vna Ro. societatis pro Episcopo Gadrien. coram R.P.D. Cotto, qui etiam adducit decis. Mohedani 28. nec tale pactum aliqua Curiæ cõsuetudine validatur quæ in vsuris, nisi ad euitandam pœnam operatur. Aymo. cons. 115. cum etiam ex bullis super eiusmodi societatibus editis omnia pacta illicita reprobentur. vt fuit consideratũ in vna Romana societatis. 25. Aprilis. corã R.P.D. Lancellotto; sed si taxatio esset correspectiua ad fructus, Rota habuit taxationẽ pro licita, & Dominis placuit opinio Dec. in cap. venerabilis. num. 14. de excep. quam sequitur Cagno. in l. curabit. nu. 57. C. de act. emp. Couarr. d. cap. 1. Dec. cons. 181. col. fin. Anton. Gabr. de empt. & vendit. conclus. 4. sub nu. 25. Gozad. cons. 55. n. 11. Necus. cons. 74. Alciat. cõs. 8. in fi. vbi firmant taxationem ad quinque pro centenario esse licitã, vt fuit conclusum in vna Tiburtina. die 19. Martij. 1574. coram R.P.D. Cotto, & in alia Placentina pecuniarum, quinimo etiam taxatio ad sex pro centenario admittitur. Plot. in l. si quando. de iureiur. secundum distinctionem Ruyn. cons. 77. n. 3. lib. 1. & Rota
5 Ro. aliquando taxationem ad septem cum dimidio pro cẽtenario admisit: prout in vna Rom. vsurarum coram R. P. D. Groperio, & coram R. P. D. Seraphino resolutum fuit.

Et ideo finita, vel disdicta societate, si ille, qui pecunias restituere debet est in mora sortem principalẽ restituendi, A.C. ac alij iudices Ro. Curiæ solent condemnare ad restituen. sortem vna cum damnis, & interesse; ad rationem septem pro centenario; præsertim si est facta aliqua diligentia per illum, qui pecunias datas exigere, & recuperare intendit, & ita audiui, ac vidi in Cu. Ro. seruari.

SVMMARIVM.

1 *Societas facta super officio ad tempus, finito tempore soluta est.*

2 *Permissum ad tempus, post illud censetur prohibitum.*

3 *Tempus habet vim tacitæ renunciationis.*

4 *Societati certo tempore præstituto finito, absque alia interpellatione finitam esse societatem.*

CAP. L.

1 Societas etiam finitur per lapsum temporis, per quod societas contracta fuit; nam si facta fuisset ad sex menses, vel ad damnum, tunc elapsis sex mensibus; vel elapso anno societas dissoluta esset, nec amplius duraret. l. actione. §. item qui societatem. vbi glo. in verb. sine dolo. ff. pro soc. Paul. Cast. cõs. 415. ista fuit societas. nu. 2. & cons. 104. lib. 1. Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratrib. part. 3. num. 39. vers. in cõtrarium facit. Dec. in l. si socius. nu. 4. ff. si cert. pet. & l. qui cũ alio. nu. 2. de reg. iur. Paris. cons. 88. nu. 10. lib. 1. Strach. in tract. de merc. tit. de contractibus. nu. 13.

2 Et facit illud, quod dici solet permissum ad tempus, post illud videtur prohibitum. l. si insulam. ff. de verb. oblig. vbi Doct. l. statu liberum. §. Stichum. ff. de leg. 2. l. si vnus. §. si cũ reo, & in l. epistola. §. fin. ff. de pact. late habetur per Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 2. nu. 46. Cum tempus
3 habeat vim tacitæ renunciationis; Bald. in l. 1. C. de integr. restit. & in l. bonorum. ff. rem rat. hab. plene Tiraq.

raq. vbi supra, nu. 50. & de retract. ligna. §. 3. glo. 4. nu. 2. quia etiam deficit consensus, cum fuerit ad tempus limitatus, & consensus limitatus limitatam societatem esse facit, iuxta regulam. l. in agris. ff. de acquiren. rer. dom. & ideo absque alia interpellatione societas finita erit, vt dicunt Doct. supra citati, quicquid in contrarium dixit Ias. cons. 33. lib. 3. in fi. & Petr. de Vbal. ab ipso citatus contrarium asserit.

SVMMARIVM.

1 *Societas an tacite renouata finito tempore censeatur.*
2 *Societas etiam tacito consensu contrahitur.*
3 *Societas verbis & facto renouatur.*
4 *Factum esse debet tale, vt non possit fieri citra nomen societatis.*
5 *Finito primo semestre, si ille, qui pecunias in societatem dedit, illas penes officialem dimiserit, non ex eo solo dicitur societas renouata, vel continuata.*
6 *Ad renouandam vel constituendam societatem, requiritur consensus vtriusque.*
7 *Actus, qui citra ius, & nomen societatis fieri nequeat, requiritur ad renouandam societatem.*
8 *Societas non dicitur renouata per dimissionem capitalis penes alterum ex socijs.*
9 *Officialis non dicitur delinquere retinendo pecunias, vt societas renouata censeatur.*
10 *Negligentia non petentis sibi sortem restitui officiali nocere non debet.*
11 *Interesse in materia societatis solet taxari à partibus vsque ad duodecim pro centenario.*
12 *Renouatio societatis intelligitur facta per tantum tempus, quantum prius durabat.*
13 *Societas intelligitur renouata cum eisdem pactis, & conditionibus, nisi alia forma tradita sit.*
14 *Renouatio societatis facta à partibus fideiussoribus non nocet.*
15 *Fideiussor non tenetur de tempore prorogato.*
16 *Fideiussor obligatur ad tempus, extra tempus non tenetur. & n. 17.*
18 *Fideiussor renouata societate an teneatur ad sortem principalem.*
19 *Fideiussor per nouationem liberatur.*
20 *Fideiussores finita societate liberati sunt.*
21 *Fideiussores, donec sors restituta non fuerit, restitutione sortis liberati non sunt.*

CAP. II.

SEd quid si finito tempore nihil partes dicant, an societas saltem tacitè renouata censeatur, cum 1 societas non solum expresse, sed etiā tacito cōsensu contrahatur, l. planè ff. pro soc. Ancha. cons. 302. & consen 2 sus nō solū verbis, sed etiā factis declaratur. l. de quibus. ff. de leg. ibi Ancha. Soc. cons. 87. nu. 11. lib. 1. vnde si partes declararent velle societatē post finitum tempus sex mensium continuare, absque dubio societas 3 renouata censeretur. l. societatem. ff. pro soc. idem si non verbis, sed aliquo facto colligi posset, vt partes societatem renouare voluerint, vt responderunt Castr. cons. 73. lib. 1. Abb. cons. 87. lib. 2. Paris. cons. 82. nu. 35. lib. 1. requiritur tamen, vt factum sit tale,

4 tale, quod non possit fieri, vel non
soleat citra ius: & nomen societatis,
vt in §. altero. l. Titium, & Meuium
ff. de adm. tuto. Corn. cons. 54. lib. 1.
num. 2. faciunt. not. per Bar. in l. item
quaeritur. §. qui impleto. ff. locat. Soc.
cons. 87. num. 8. lib. 1. Ruyn. consil. 92.
5 num. 5. lib. 2. Nec ex eo solo, quod
qui pecuniam in societatem dedit,
illam post finitum primũ semestrem
penes officialem reliquerit, vel di-
miserit, societas renouata, vel conti-
nuata censetur, quia, & si eo animo
forsan penes officialem pecuniam
reliquerit, vt societas continuaretur,
6 officialis non eo forsan animo reti-
nuit, & ad renouandam, continuan-
damque societatem consensus vtriuſ
que necessarius est. l. & si pro socio. ff.
pro soc. tradunt. Petr. de Vbald. in
tract. de duob. fratr. in 3. par. nu. 16.
Alex. cons. 132. num. 10. lib. 5. Corn.
consil. 54. nu. 4. lib. 1. societas enim,
vt per aliquos actus factos renoua-
ta censeatur, requiritur, vt sit actus,
7 qui citra ius, & nomine societatis
fieri nequeat. Paul. Castr. cons. 73.
in causam, quae vertitur in Gabriel.
vers. restat. lib. 2. Dimissio igitur sola
sortis penes officialem est actus, qui
etiam ex causa fieri valuit, vt di-
cit Crot. cons. 15. num. 15. Ideo per
solam dimissionem sortis penes offi-
cialem, societas renouata non erit,
ideo Paul. Castr. cons. 415. ista socie-
tas, in 2. dub. lib. 1. Alex. d. cons. 132.
num. 10. Crot. d. cons. 15. Dec. consil.
8 21. num. 6. dicunt, per dimissionem
capitalis penes alterum ex sociis, so-
cietas nõ dicitur renouata, quicquid
nonnulli in contrariũ dixerint, quorũ
sane sententię in his societatibus mi-
nime procedũt, si. n. pecuniae aīo reno
uandi societatem penes officialem re-

lictae fuissent, vtique, qui eas reli-
quit fructus anticipatos pro secundo
semestre voluisset, prout voluit, quan
do a principio inita fuit, quod argu-
mẽtũ etiã Paul. Cast. d. cons. 77. facit.
9 Nec officialis diceretur delinque-
re, pecunias retinendo, vt societas
renouare censeatur. adnot. per Doct.
in l. item quaeritur. §. qui impleto, &
l. qui ad certum. ff. locat. cum non
fuerit in culpa, nec in mora, nisi
quanfio interpellatus, & sine iusta
causa reddere recusasset. l. mora, in
princip. ff. de vsur. l. quod te. ff. si cert.
pet. Alex. d. cons. 132. post nu. 10. Ne-
gligentia namque non potentis for-
10 tem sibi restitui officiali nocere non
debet, qui, & in restituendo mo-
ram adhibuisset, solum ad interesse
teneretur. l. socium, qui in eo. ff. pro
soc. Hier. Gabriel. cons. 78. in fi. Quod
solet a partibus taxari vsque ad duo-
decim pro centenario, quae taxatio,
an licita sit, infra dicetur, & praefata
intellige quando societas est facta ad
sex menses tantum, vel simpliciter ad
sex menses: sed quia huiusmodi so-
cietates fieri solent, ad sex menses,
11 & deinde ad beneplacitum partium
cum disdicta quindecim dierũ; quid
tunc respondendum sit, infra discu-
tietur: verũ si officialis finito primo
semestre, fructus alterius secũdi seme
stris solueret, & ille, qui pecunias de-
dit, fructus pro secundo semestro
acciperet, & tunc, quia ille, qui
pecunias in societate dedit fructus li
cere accipere non posset, nisi nomi-
ne societatis, igitur societas pro alio
semestre renouata censetur, Corn.
d. cons. 54. num. 2. lib. 1. Ancharan.
cons. 302. nu. 4. Ias. cons. 33. nu. 3. Vn-
12 de si 1. ad sex menses facta fuit si ta-
cite renouata erit, pariter ad sex mẽ-

13 ses, cum eisdem pactis, & conditionibus renouata censeretur. l. in his. §. vxor. ff. solut. mat. l. 2. §. sed si iudex. ff. de iud. adnot. Bald. cons. 449. punctus super quo, lib. 4. qui loquitur in societate, quando tacite renocata est. Dec. cons. 407. nu. 8. si vero in renouatione alia forma data esset, illa attendenda foret. l. pen. C. pro soc. l. con plures. §. dicta. ff. locat. Bald. d. cons. 449. in fin.

Sed tamen hæc expressa, vel tacita renouatio societatis a partibus fa
14 cta fideiussoribus, seu expromissoribus non nocet; quia post finitum tempus liberati sunt, si vlterius non consenserunt. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locat. vbi tex. dicit, quod si locaui domum ad annum, dato fideiussore, si postmodum ad aliud
15 tempus tacite locaui, fideiussor non est amplius obligatus, nisi de nouo promittat, vt ibi per Bar. & est tex. etiam in l. Labeo. ff. de arbitr. declarat Abb. in c. constitutus. extra de fideius. num. 1. Bar. in l. Lutius. §. Paulus. ff. de adm. actor. & in l. 2. §. fin. ff. de præt. stipul. & in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. habetur in pluribus aliis locis citatis a Tiraq. de retract. conuentio. §. 1. glos. 7. num. 32. Alex. & Dec. vbi dicit communem opinionem in l. lecta. ff. si cert. pet. vbi Cur. & Cagno. Grat. consil. 126. lib. 1. Ruyn. cons. 99. lib. 50. num. 30. Paris. de Put. in tract. de sindic. de fi-
16 deiusso. officii. cap. 1. fideiussorem. n. obligatum ad tempus, extra tempus ope exceptionis esse liberandum, & non posse conueniri, vt in l. si fideiussor. §. fi. & ibi Bart. ff. mandat. Simon de Pretis cons. 186. num. 2.

Vnde si creditor prorogat term. debitori fideiussor liberatur. l. si cum Hermes. C. locat. l. Labeo, la 2. in fi. ff. de arbitr. Capella Tholos. decis. 181. Ant. Galas. ad for. Cam. oblig. de vi instr. obligat. Cam. nu. 23.

17 Sed hæc vera sunt, quod de futuro fideiussor amplius non tenetur, scilicet ad fructus qui post finitum tempus sex mensium currerent, vt habetur in dictis iuribus. glo. in dicta l. si cum Hermes. Alex. cons. 72. lib. 6. nu. 4. Petr. de Vbald. in tracta. de duob. fratr. in vlt. par. princip. num. 7. nisi tamen fideiussor prorogationi, siue renouationi consensisset. Felyn. in cap. 1. de iureiur. Paris. cons. 48. num. 15. lib. 4.

Sed an de præterito teneatur, scilicet ad restitutioné principalis for-
18 tis datæ officiali ad principiũ societatis, & forte negatiue videbatur respondendum, quia ex quo ille, qui pecunias dedit societatem prorogauit, seu renouauit primã obligationé
19 renouasse videtur: quo in casu fideiussor liberatus est. Spec. in tit. de fideiussor. §. 1. Ant. de Butr. in d. c. constitutus. per tex. in l. si creditor. ff. de nouat. Bar. in l. aliam, eo. tit. vnde multi tenent quod fideiussor, qui pro certo tẽpore intercessit facta tẽporis prorogatione liberetur. vt per Ang. in l. si vnus. §. si cũ reo. ff. de pact. maxime quia societas tantum ad sex menses inita fuit, & sic ad tempus quo elapso fideiussores liberati esse debent. per not. per Bar. in d. l. Lutius. la 2. §.
20 Paulus. Alex. & Ias. in l. 1. C. de iud. idem Ias. in l. lecta. ff. si cert. pet.

Contrarium tamen in casu nostro dicendum videtur, quia officialis sortem habitam finita societate restituere promisit, cui promissioni N. & N. accesserunt ac principaliter, & insolidum ad præmissa se obligarunt.

Quo

Quo casu donec sors principalis restituta non fuerit, non sunt liberati, etiã quod per officialem,& illum qui sortem dedit, societas prorogata fuisset, per ea, quæ adnotat glo. in d.l.si cum Hermes.& Bar.in d.§.Paulus. in eo, qui promisit Castrum per sex menses custodire, & postea restituere, licet per tempus prolixius in eo remanserit, non propterea fideiussores sunt liberati, quin Castrum restituere teneantur, vt late habetur per Alex. d.cons.72. num.4. lib.6. & idem Alex. & Ias. in l. 1. C.de iudic. Grat. cons.126. lib.1. declarat Dec. post Fely.in c.de caus.col.4.ver.præterea. de off. deleg. Soc.cons.21. nu. 10.lib.1.Abb.in c. constitutus, de fideiusso. num. 11. & ibi in addit. Domini de Rota decis.859. penes Titiũ in antiq.Puteus decis.58. lib.3.in fin. Galesf. vbi supra. Simon de Pretis cons.186.num.3.vbi plene.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio, siue renouatio societatis facta, si officialis interim fiat non soluendo, an fideiussores sint liberati.*

2 *Creditoris culpa in prorogando tempus solutionis fideiussori nocere non debet.*

3 *Culpa creditoris in exigendo ad ipsum spectare debet.*

4 *Mors sua vnicuique nociua est.*

5 *Creditor non est in culpa, si non exegit finito tempore.*

6 *Fideiussores non sunt liberati, etiã quod creditor exigere distulerit.*

7 *Fideiussores non sunt liberati per prorogationem debitori factam.*

CAP. LII.

SEd quid si propter prorogatam, seu renouatam societatẽ, vel moram illius, qui pecunias in societate dedit, in repetendis illis, post societatem finitam officialis effectus fuisset 1 non soluendo, vel officium alienasset, adeo, quod illi, qui obligationi officialis accesserunt, non possunt amplius ab ipso indemnes releuari, ex quo officialis in tempore prorogato est factus non soluendo, an talis prorogatio siue mora noceat illis, qui promissioni accesserunt, ac tamquã principales se obligarunt. Et forte videbatur dicendum quod non, quia fideiussores quando societas prorogata, vel renouata est, ad ea, quæ occurrent post tempus, non tenentur, vt habetur in d. l.si cum Hermes. C. locati; culpa enim creditoris, qui 2 fuit in mora in non exigendo, vel in prorogando societatem; fideiussoribus, & aliis expromissoribus nocere non debet, sed tantum creditori, qui in non exigendo, sed in prorogando societatem, se in periculo posuit.l.2. §. si quis tamen cum possit 3 ff. si quis caut. Vnde omne periculum ad ipsum spectare debet. l. si tutor constitutus.ff.de administ.tut.l.2. C. de arbitr. Ias.in l. vbi periculum.ff.si cert.pet.Ruy.cons.45.lib.5.nu.5.per tex. in l. si fideiussore. ff. de fideiusso. vbi Paul.Cast.Soc.cons.273.lib.2.dicit, quod negligentia creditoris in nõ exigendo; fideiussori nocere non debet, quando.n.creditori aliquid imputari potest, cur a debitore non exegit, qui incipiebat effici non soluendo, fideiussor est liberatus. d. l. si fideiussor. gl. in l.fideiussor creditor.

ff. de fideiuss. Ias. Cur. & commu. Doct. in l. si ergo. ff. si cert. pet. Grat.
4 consil. 53. num. 59. lib. 1. Mora. n. sua cuique est nociua, c. mora. de reg. iur. in 6. & difficultas superueniens in exigendo imputatur ei, qui exigere tenebatur. Ruy. cons. 44. num. 7. lib. 1. tex. est cum glo. in l. tutores, qui post. §. pericu. ff. de adminis. tut. l. debitoribus. C. eo. tit.

Contrariū tamen dici potest, quod
5 si N. qui pecunias dedit, post solutam societatem sortem repetere, & exigere ab officiali distulerit: non propterea dicendum est, quod fuerit in culpa. vt in l. si extraneus. ff. de iur. do. adnot. plene Angel. cons. 312.
6 & eum sequitur Matth. de Afflict. decis. 150. num. 34. & ideo si officialis efficeretur nō soluendo, vel aliquid occurreret infra tempus, quod exigere distulit, non propterea fideiussores, vel expromissores liberati essent. vt per Angel. in d. cons. 312. cum dilatio non fuit ad commodum creditoris, sed ad fauorem, & commodum officialis debitoris: damnum igitur ad creditorem, qui distulit ex actionem spectare non debet. per not. per
7 Ias. in d. l. 1. C. de iudi. colum. penul. vbi plene dicit, quod per prorogationem factam debitori, fideiussor non liberatur per plura fundamenta. Domini de Rota d. decis. 859. in antiq. & pariter etiam in negligens in exigendo a vero debitore creditor extitisset, non tamen fideiussores liberati essent. l. si fideiussor creditori. ff. de fideiusso. vbi glo. & Bart. respondent ad d. l. si fideiussores, quæ loquitur, quando fideiussores in eo, quod fuerunt accepti, quod debitor seruari non posset; & in his etiam terminis loquitur Ruyn. dicto consil. 45. secus quando fideiussores simpliciter dati fuissent, vt declarat Bart. in d. l. si fideiussor. Curt. in d. l. si ego. num. 5. Abb. in cap. fin. de fideiussor. nu. 1. & 3.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor pro societate contrahenda an teneatur, si societas contracta non fuerit.*

2 *Fideiussor simpliciter super societate, si societas non sit inita, & pecunia datæ sint conuersa in causa mutui, tenetur ex mutuo.*

3 *Fideiussio propter stipulationem in ea necessariam, est strictissime intelligenda.*

4 *Verba sunt contra stipulatorem interpretanda.*

5 *Fideiussor in causa principali, non tenetur in causa appellationis.*

6 *Fideiussor pro prima conditione, non tenetur pro secunda.*

7 *Fideiussor in vno contractu non tenetur pro alio.*

8 *Stipulator ius metitur ex stipulationis forma.*

9 *Verba contractus sunt diligenter inspicienda, vbi de obligatione agitur.*

10 *Fructus solui non debent, si societas contracta non sit.*

11 *Obligatus in solidum, etiam quod societas non sit contracta, tenetur.*

12 *Societas potest contrahi super officio emendo.*

CAP. LIII.

FVit quandoque dubitatum, quid si Titius dedit Sempronio scuta 200. ad societatem, pro emendo quoddam officium, & in euentum, quod

quod non emeret in mutuum dedit, cũ pactis & conditionibus in similibus societatibus apponi solitis, pro qua societate N. fideiussit, & simpli-
1 citer, & in solidum se obligauit; an mortuo Sempronio absque eo, quod officium emerit, ff. fideiussor ad restitutionem pecuniarum obligatus es-
2 set, aliqui dicebant, quod non, quia societas fuit nulla, ex quo non constabat de officii emptione, prout cõstare debebat, vt fideiussor cõueniri posset, ad not. in c. 1. & 2. de fid. instrum. fideiussio enim relationem habebat ad societatem, quæ non reperiebatur: igitur non subsistebat. l. quæ cõtra. ff. de fideiusso. & fideiussor videtur solum se obligasse super societate contrahenda, quæ si postea non fuit, licet officialis ex causa saltem mutui pecunias restituere teneretur; quia pecuniæ datæ ex causa societatis fuerunt in mutuum conuersæ. Dec. in l. 2. lectura. ff. si cert. pet. l. certi conditio. §. fi. num. 4. eod. tit. Aret. institut. quibus mod. re. contr. obliga. sed secus videtur in fideiussore, cum fideiussio sit stricte intelligẽda ob stipulationem in ea necessariam. l. blanditus. C. de fideiuss. l. 1. §. satis acceptio. ff. de verb. oblig. Aret. & cęteri. Instit.
3 de fideiuss. in 1. Afflict. decis. 39. nu. 1. Dec. cons. 93. nu. 30. strictissimeque intelligenda sit. l. quicquid astringendæ, de verb. obligat. Vnde cum in causam societatis fideiussor promiserit, non videtur teneri ex contractu mutui, quod a societate differt, & stipulationis verba accipienda sunt vt minus promissorem obligẽt. Ang. cons. 67. ad fin. Dec. cons. 423. num. 8. & contra stipulatorẽ sunt interpretanda. l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo
4 scribit. ff. de contradictione emptio.

Dec. consil. 313. num. 4.
5 Ad hoc facit, quia fideiussor, qui promisit in causa principali, non tenetur in alia, puta appellationis. l. cũ apud Sempronium. ff. iud. solui. l. non a iudice. §. 1. ff. de iud. glos. in l. 2. C. de procur. Alex. in l. 1. num. 16. de le-
6 gat. 2. prout nec etiam fideiussor pro prima conditione non tenetur de
7 2. l. si cum Hermes. C. locat. Ideo fideiussor pro vno contractu non videtur teneri pro alio, scilicet pro mutuo, quod differt a societate, ex diuersitate nominis. l. si idem. C. de con-
8 dic. stipulatorque ius metitur ex stipulationis forma, & reus eodem modo astringitur Ang. in l. Iulianus. col. 5. ff. qui satisd. cogan. Vnde verba contractus sunt diligenter inspicienda, vbi de obligatione agitur. Socin.
9 cons. 47. col. 1. lib. 1.

Præterea restitutio pecuniarum fienda per fideiussores, venit fienda finita societate: igitur præsumitur prius societatem præcessisse. arg. ff de verb. oblig. si enim in dictum euentũ concepta fuit obligatio, ergo non empto officio fideiussores non tenentur, & quando aliquid fiendum est, fieri debet, quamprimum potest, ad not. in l. ratio. de solut. & ideo volebat. Angel. in l. vero. §. sed si. ff. de solut. quod stipulatio rati committitur, si in continenti, quod potest non ratificatur; ergo quamprimum erat emendum officium, alias poterat, qui pecunias dedit, illas quasi causa non secuta repetere, ad not. in l. si hæres. ff. de condit. ob cau. & tamen contra fideiussores, aliquod repetere non poterat, ad tempus sex mensium haberet, & sic ante conueniri non poterat. l. 1. ff. de vsufuct. accrescen. l. cędere diem. ff. de verb. signif.

& sic est aliqua diuersitas in obligatione fideiussorū, & principalis, obligatio enim fideiussorum solum incipit a die, quo erit emptum officium; cum aliter non sit verisimile, quod se obligassent, cū non essent cauti, prout essent, quando officium emptum esset, & licet fideiussores videantur promittere in omnē casum, id verum est, vbi omnimoda ratio esset, & verisimilitudo mentis fideiussoris, quod hic non cadit, quia non videntur sibi bene consulere, nisi intellexissent promittere empto officio. l. fideiuss. Magistratuū, iuncta glos. in §. pro Aurelio. ff. de fideiusso. & fideiussor, qui pro sorte promisit, non censetur pro vsuris fideiussisse. adnot. in l. si fideiussor. C. de fideiuss. & faciunt not. in l. si pignore. ff. de fideiusso. vbi fideiussor, qui pro debitore mutuum recipiente promisit, non potest conueniri pro pignore tradito a debitore pro mutuo: pariter non debent posse conueniri in causa mutui, cum solum censeantur promisisse in euentum emptionis officij, & dato euētu, vt principales iudicantur, sed ante euentū, differt fideiussio a promissione principalis, qui tenetur pecunias restituere, at fideiussores solum in euētu emptionis officii tenentur, alias contractus vsurarius censeretur.

Sed contrarium in Rota Romana decisum fuit, quia N. se obligauerat, vt principalis debitor, quo casu non habet locū d. l. qui contra. cū principalis obligatio relationem ad aliam non haberet, sed per se subsistit, vt late probat Castr. in cons. 53. tria sunt lib. 1. col. fi. nec obstat tex. in Auth. si quis in aliquo. C. de eden. quia limitatur in fideiussione, quæ si facit mentionem de alia obligatione, non requiritur, quod illa producatur, vt per Ias. ibi col. fi. Alex. & alij in l. sciendū, ff. de verb. oblig. & ideo N. tenetur, dummodo Titius numerationem pecuniæ factam fuisse probet, quia ex 1
quo non constat de societate, N. tenetur ex mutuo, in quo requiritur actua
9 lis numeratio, & ita in Rota resolutū fuit, vt per Sarnen. decis. 123. sed talis 2
10 fideiussor minime ad fructus tenetur, quia cum conueniatur ex cōtractu mutui, cum de societate non appareat, fructus soluere nō tenentur, vt per eundem Sarnen. decis. 135.

11 Fideiussor, qui societati super officio emendo contractæ ad sex menses, vt principalis in solidū accessit, ad restitutionē pecuniarū, quas ille pro quo promiserat, tenetur, si offi-
12 ciū non fuerit emptum, cū societas contrahi super officio emendo possit. l. si fratres. §. si quis societatem. l. cū societas. l. actione. §. item si societatem. ff. pro socio. Instit. de societ. in prin. si ergo contractus valet, fideiussor tenebitur, sicut & principalis tenetur, qui enim recipit pecuniam ex causa societatis contractæ super officio emendo, videtur promittere se officium empturum. l. actione. §. si rē certam. ff. pro socio. & cū principalis promiserit omnia, & singula adimplere, videtur etiam promisisse se officium emere, & si non emit, tenetur nedum ad restituendam pecuniam acceptam, in eam causam ad quam tenetur actione pro socio, ex natura ipsius societatis. d. l. si fratres. §. si quis societatem, sed etiam ad dāna, & interesse. per reg. l. stipulationes nō diuiduntur. §. Celsus. ff. de verb. obligat. & cum fideiussores, qui pro eo accesserunt, teneantur in omnē causam, in qua tenetur ipse principalis,

præ-

præsertim prouenientem ex natura contractus. l. si quis pro eo. §. si. nummos. ff. de fideiusso. Alexand. consil. 34. lib. 2. sequitur, quod & ipsi tenentur ad restitutionem pecuniarum, si officium non ematur, licet fructus non debeantur, ex quo officium emptum non fuit sed sortem principalem restituere tenetur, immo si actum fuisset de fructibus soluendis, & soluti fuissent repeteren tur. c. debitores. de iureiur. & ita decisum fuit in vna Romana, vt habetur in decis. Put. 67. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod a societate recedere non liceat, non valet, ad tempus tamen valet.*
2 *Societas ad tempus, ante tempus dissolui non potest.*
3 *Officialis non potest dare alium officialem, qui tenere pecunias super eius officio, nolente creditore.*
4 *Nemo cogitur mutare debitorem.*
5 *Societas, si pacta non seruentur, ante tempus dissolui potest.*
6. *Societas limitata ad tempus, post illud soluta est.*
7 *Tempus vbi est limitatum, argumentum sumitur a contrario sensu, etiã ad correctionem iuris.*
8 *In contractibus nullum verbum sine effectu operandi esse debet.*
9 *Societas inita ad tempus, elapso tempore finita est, si partes velle durare non declarauerint.*
10 *Ad beneplacitum ista verba important conditionem.*
11 *Societas ad sex menses, & deinde ad beneplacitum, pro sex mensibus pura est, postea conditionalis, contra. num. 13.*
12 *Societas ante tempus dissolui non potest.*
14 *Societas facta ad sex menses, & deinde ad beneplacitum, semper durat donec beneplacitum reuocetur.*
15 *Bart. opinio in l. centesimis. §. si. non est communiter recepta.*

CAP. LIV.

Sed quoniã societates super officijs Rom. Cu. fieri solent ad sex menses, vel ad annum, deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum
1 disdicta tamen quindecim dierum, licet pactum non valeat, quod quis non possit vnquam a societate recedere, valet tamen, quod non possit ad tempus discedere. l. in hoc iudiciũ §. si conuenit. ff. com. diuid. Capic. decis. 174. num. 7. sup. c. 48. & ideo du-
2 rante tempore sex mensium societas durat, vt illo interim solui non possit. l. actionem. §. diximus. §. item, qui societatem. ff. pro soc. Et si quis eam dissoluere vellet, replicari posset, quod nimis intempestiue renunciat. l. si conuenerit. §. quid tamen. l. sed & socius. §. fin. ff. pro soc. In tantum hoc
3 etiam procedit, quod officialis dicere non posset: volo tibi pecunias cum fructibus restituere, vel alium officialem dare, qui super eius officio tuas pecunias in societate tenebit; nec etiam dans pecunias dicere posset: inuenio alium, qui loco mei, tibi pecunias super tuo officio det, vt habetur per Ias. post alios in l. qui Romæ. nu. 29. ff. de verb.
4 oblig. nemo enim cogitur debitorem mutare, aliumque debitorem, vel creditorem accipere. l. si mandato. §. 1. ff. manda. l. si Stichum. §. fi. ff. de nouat. tamen si pacta seruata non fuis-

L 4 sent,

5 sent, etiam ante tempus societas solui posset. Capic. decis. 174. numero 16.

Sed an finitis sex mensibus societas finita dicatur, dubitari posset: & pro parte affirmatiua dici posset,
6 quod cum societas ad sex menses limitata fuerit, post illud tempus soluta censetur. l. statu liberum. §. Stichum, de leg. 2. l. si vnus. §. si cum reo. l. epistola. §. fin. de pact. Et hoc adeo
7 verum est, quod vbi tempus limitatum est, argumentum a contrario sensu sumitur etiam ad iuris correctionem. Bald. in l. obseruare. §. si proficisci. q. 3. de offic. procons. vnde si tempus in societatem præfixum finitum sit, societas dissoluta dicitur. d. l. actione. §. item qui societatem, vbi glos. & Paul Castren. cons. 415. ista fuit societas. lib. 1. alias illa verba ad sex menses essent superflua, & frustra adiecta fuissent contra. l. si quando. ff.
8 de leg. 1. c. si Papa. de priuileg. lib. 6. & in contractibus nullū omnino verbum sine aliquid operandi effectu esse debet. vt dicit Bald. in rubr. de contrahen. empt. & ita in simili arguit Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 45.

Et illa postea verba, deinde ad beneplacitum, possunt, & debent intelligi, idest si partes post sex menses so-
9 cietatem velle durare declararint, quæ declaratio si facta non fuerit, societas finita erit, per ea, quæ tradit Bart. in l. centesimis. §. fin. ff. de verb. oblig. vbi inquit, si iudex aliquem ponat de confinia ad eius beneplacitum non erit confinatus, nisi iudex se ita velle declarauit, quia illa verba, ad beneplacitum, faciunt conditionem, & ibi etiam hoc adnotat. Ang. & Alex. in cons. 72. nu. 14. lib. 5. vbi dicit, quod præpositio, ad, conditionem facit. Sic ergo in proposito
10 videtur, quod societas inita post sex menses ad ambarum partium beneplacitum, locum habeat: tunc demū, si partes post sex menses velle in societate perdurare declarauerint, cum illa clausula, & deinde ad beneplacitum, conditionem faciat, vt ostendit Corn. in consil. 92. lib. 2. Ideo dicit, quod declaratio post sex menses requiritur, alias societas finita est. Fel. in c. litteris. de constit. num. 10. vers. subdit per Bart. ad propositum nostrum. Ruy. cons. 7. num. 12. lib. 2.

Societas igitur pro sex mensibus pura est, post conditionalis erit propter verba adiecta, quæ conditionem
11 important, maxime quia verbum, ad, est adiectum verbis, futuri temporis ibi, duratura, & sic actui qui potest se habere ad esse, vel ad non esse, & tunc dispositio conditionalis dicitur, & non potest habere effectum, nisi prius facta fuerit declaratio voluntatis, & beneplaciti, vt colligitur ex verbis Bart. in l. 1. ff. de condit. & demonstrat. vt habetur per Bero. consil. 202. num. 8. cum sequen. lib. 3.

Contrarium tamen de iure credo verius, quia præfata societas facta sub suprascripto modo, statim a principio per sex menses valida fuit, vt per dictum tempus a partibus, vna contradicente, resolui non poterat, quia societas contracta ad tempus durante tempore dissensu, vel renunciatione vnius dissolui nequit. Etsi
12 ante dissentitur, dicitur intempestiue dissentiri, quæ intempestiua renunciatio a lege excluditur. l. sed & socius. §. fin. l. actione. §. Labeo. ff. pro soc. Paris. cons. 82. nu. 27. lib. 1.

Post

Post vero sex menses societas etiā
13 durat, & pura est, sed ad beneplacitum ambarum partium, vel vnius dissolui potest, vt declarant Doct. in d. l. centesimis. §. fin. & Dec. consil. 108. num. 5. vbi dicit, quod quando obligatio est successiua, prout in casu isto, dictio, ad, apponitur causa limitandi obligationem, vt notat Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. obligat. Et quod obligatio facta ad sex menses, & postea ad beneplacitum duret etiam post sex menses, probatur in c. si gratiose, de rescript. inducendo. prout per Dec. in d. consil. 108. hoc idem firmat, late Goza. consil. 22. vbi suspensio erat facta per tres dies, vltra ad beneplacitum, & dicit suspensionem valere donec reuocata non fuerit. Grat. consil. 92. lib. 2. Corn. consf. 235. lib. 2. post num. 5. vbi dicit, quod etiam post sex menses societas durat, donec beneplacitum reuocetur, quia societas a principio pura fuit, erat tamen sub conditione resoluenda, si beneplacitum reuocaretur, vt in simili habetur in l. 2. ff. de in diem adiect. Dec. d. consil. 108.

Non obstant adducta in contrarium, quod quando tempus est limitatum, post tempus prohibitum censetur, quia id procedit, quando solum dictum fuisset simpliciter ad sex
14 menses, secus quando etiam dictum fuit, deinde ad beneplacitum, quia tunc tempus limitatum dici non potest, nisi vsque ad beneplaciti reuocationem, vt dicunt Doct. supra citati, & faciunt not. per Ias. in cons. 34. in fin. lib. 3.

Nec vlla verba, ad sex menses superflua essent, satis enim operantur. quod infra sex menses per dissensum vnius societas dissolui non posset, prout post sex menses bene ad beneplacitum ambarum partium, vel vnius tantum posset.

Non obstāt not. per Bar. in d. l. cen-
15 tesimis. §. fin. quia contra eum tenet Rapha. Cuma. Imo. Alex. & Ias. ibi, & Dec. d. consil. 108. vbi dicit opinionem contra Bart. esse communem, & veriorem, quia omni casu, & semper societas pura est, quamuis reuocatio conditionalis sit, & illa verba, ad beneplacitum, a principio conditionem non important, sed tamen societas venit resoluenda, si beneplacitum reuocatum fuerit, vt omnes Cano. præsupponunt, in d. c. si gratiose, in 6. Capic. decis. 136. Vnde non obstat, quod dicit Corn. consil. 92. & Fely. in d. cap. litteris, quia opin. Bar. vt iam dictum fuit, est a pluribus reprobata, vt late ibi per Ias. & idemmet Corn. in d. consil. 235. sentit contrarium, quia societas pura est, sed resoluenda sub conditione reuocationis voluntatis, seu beneplaciti. & quatenus esset conditionalis, esset conditio resolutiua, non autem suspensiua. & Bero. loquitur quando beneplacitum dependet a voluntate alterius, non autem contrahentium; vt habetur per eum, ibi num. 11. cum sequen. & num. 23.

SVMMARIVM.

1 *Societas inita ad sex menses, & deinde ad beneplacitum, solum per alios sex menses durat.*

2 *Mensura temporis prorogati non est maior, quam mensura temporis principalis. & num. 25.*

3 *Potestas data prorogandi compromissum, intelligitur pro eodem tempore*

pere, pro quo prius factum fuerat. & num. 24.

4 *Officium datum ad certum tempus, & deinde ad beneplacitum, tale beneplacitum ad tempus, quod a principe expressum erat, restringitur.*

5 *Quod ab initio temporaliter disponitur ad infinitatem deduci non debet.*

6 *Societas in perpetuum fieri non potest.*

7 *Beneplacitum postquam semel declaratum est amplius declarari non potest.*

8 *Voluntas non solum verbis, sed etiam tacite declaratur.*

9 *Beneplacitum regulariter durat vsque ad mortem.*

10 *Societas potest inter aliquos contrahi, donec vixerint.*

11 *Societas contracta ad beneplacitum, durat, donec beneplacitum reuocetur.*

12 *[illegible] est negare.*

13 *Beneplacitum aliquando etiam per mortem non reuocatur.*

14 *[illegible] non tamen reuocatur.*

15 *[illegible]*

16 *[illegible]*

17 *[illegible]*

18 *[illegible]*

19 *[illegible]*

20 *[illegible]*

21 *[illegible]*

22 *[illegible]*

25 *Tempus compromissi potest prorogari a partib. vltra tempus expressum in compromisso.*

26 *Officium datum ad beneplacitum durat, donec beneplacitum a principe reuocatum fuerit.*

27 *Officialis tenetur expectare successorem.*

28 *Societas ad vitam contrahi potest.*

CAP. LV.

Secundo dubitari posset, an illa verba, & deinde ad beneplacitū,
1 faciant, quod societas semper duret; donec a partibus beneplacitum reuocetur, an vero intelligenda sint, vt solum pro aliis sex mensibus beneplacitum duret, quod forte dicendum videtur, vt illa verba, deinde ad beneplacitum, intelligantur dūmodo temporale sit. secundum, quod principaliter societas ad sex mēses facta erat, vt illa qualitas sex mensium repetita censeatur, argumento l. Seia. §. Gaio. ff. de fundo instr. & quod ibi tradit Bar. vt mensura temporis prorogati,
2 non sit maior, quam mensura temporis principalis, vt dicit Bald. in cons. [illegible] vers. venio ad quintum [illegible] per hoc concludit, quod
3 [illegible] prorogatum cōpromissum, intelligatur pro eodem tempore, pro quo prius factum fuerat. Paris. [illegible] lib. 2. [illegible] num. 52. & propterea [illegible] dicendum, quod per illa verba, deinde ad beneplacitum, videtur solum prorogata societas ad alios sex menses.

Et licet in his terminis [illegible] in c. [illegible] quibus [illegible]
4 [illegible] certum tempus expressum fue-

fuerit, puta per vnum annum, & deinde ad beneplacitum, tale beneplacitum restringitur ad tempus, quod n principio fuit expressum, videlicet ad alium annum; vt eũ refert, & sequitur. Soc.Iun.cons.63.lib.2.num.8.vbi etiam subdit, quod non debet deduci ad infinitatem, quod ab initio temporaliter disponitur. vt voluit Bal.in simili. in l.1.vers.& hic est argumentum ad quæstionem. C. vt in poss. legat.Alex in l.qui bona.§.fi.2.colum. vers.facit etiam ad id, quod singulariter.ff.de damn.infect.societas enim

5

6 per partes in perpetuum creari non potest. l.nulla. ff.pro soc. Rom.cons. 106.Grat.cons.66.nu.8.lib.2.

Prædicta q. eo maxime procedere videntur, si officialis, vel qui pecunias ad societatem recepit, finitis sex mensibus fructus anticipatos per alios sex tantummodo menses soluisset ei, qui pecunias dedit. hoc casu partes videntur declarasse beneplacitum, nisi per alios sex menses durare

7 velle, & postquam semel eorum declararunt voluntatem, amplius declarare nequeunt. Bal.cons.104. dilatio prorogatoria.lib.3.& non solum ver-

8 bis, sed etiam facto voluntas declaratur. l. Paulus respõdit.ff.rem ra.hab. l. de quibus. de leg. qualisque fuerit voluntas, ex his, quæ sequuntur demonstratur. §. pauonum.instit.de re. diuis.l.sed & Iulianus. ad Maced.

Contrarium tamen respondendũ est, quia ex com. scribent. sententia, beneplacitũ regulariter durat vsque

9 ad mortẽ, nisi prius a partibus reuocatũ fuerit, vt per Cano. in d.c.si gratiose.de rescript.in 6.& per Legist.in l.centesimis.§. fi.ff.de verb.oblig.per tex.in l.4.ff.locat. Ang.cons.217.col. 9.Dec. d.consil.108. Io. Calder.cons. 3.de rescrip.Goza.cons.22.Didac.li. 3.varia.resolu.c.15. Menoch.de arb. iud.quæst.69.lib.1.Ruy.cons.104.nu. 9. lib.5. Hippol.in rub.de prob.num. 251. Alex.cons.136.lib.5. nu.1.vbi te

10 net, quod societas potest in voluntate contrahentium conferri; vnde si est contracta societas inter aliquos donec voluerint, valet, & morte vnius ex sociis finitur, quia per mor-

11 tem voluntas expirat. Beneplacitũ igitur donec expresse reuocatum non fuerit a partibus, vel ab altera earũ, societas durabit.l.tamdiu.C.pro soc. quod etiam expresse inter partes cõuentum est per illa verba, cum disdicta 15.dierum, ad quarum verificationem expressa reuocatio beneplaci

12 ti requiritur; nã disdicere est negare, quod dictum est, vnde reuocatio necessaria est, vt late deducit Dec.d.cõsil.108. Gozad.cons.22.Grat.cons.92. lib.2.in fi.Bero.cons.204.in prin.li.3.

Et licet beneplacitum per mortẽ

13 reuocetur, tamen secus est vbi illa verba, cum disdicta 15.dierum, adessent, tunc per mortem nõ esset extinctum, sed expressa reuocatio a successore fienda requireretur, vt omnes præfati Doct. affirmãt per tex.in c.si delegatus. de off. deleg. in 6.habetur per Docto. in l.more. ff.de iuris.om. iud.Dec.in c.ex litteris.de constit.li-

14 cet enim voluntas morte extinguatur.d.l.4.ff.locati, non tamen inducitur reuocatio, quę contrariam voluntatem expostulat; aliud enim est voluntatem cessare, quia tunc ponitur voluntatem non esse, & aliud est voluntatem reuocare, quia tunc voluntas contraria exponitur. Ruy.consil. 115.lib.1.nu.7.Vnde cum in casu nostro requiratur disdicta, & per consequens voluntas reuocatoria non cessat

sat per cessationem voluntatis obue-
15 nientis per morte, tunc solum dicitur voluntatem cessare, nō autem reuocatam esse. vt per Soc. cons. 77. lib. 3. col. 1. & 2. & maxime prædicta procedunt in cōtractibus, in quibus per mortem beneplacitum non dicitur reuocatum. l. 1. in prin. iuncta l. quæsitum. §. 1. ff. de præca. adnot. Bart. & sequuntur com. Doct. in d. l. centesimis. §. fin. vbi Bar. dicit, quod si iudex dicat, pono te ad confinia, donec te reuocauero, tūc dicit si verba intelligūtur, prout in cōtractibus, per mortem, non inducitur reuocatio. Soc. d. cons. 77. col. 1. secus in pœnalibus cum pœnæ sint moliendæ, per mortem beneplacitum reuocatum censeretur. Saly. in l. super rebus. C. de contrah. emptio. in fi.

Societas igitur in casu nostro per mortem non esset extincta, quia beneplacitum fuit reuocatum, sed quia
16 societas ipsa etiam quod inita fuisset per mille annos, morte extinguetur, vt supra dictum pluries fuit. adnot. glos. in l. verum. §. fin. ff. pro soc. vbi dicit, quod societas, quę morte finitur, eo tempore, quo anima separatur a corpore, finiri dicitur: & tunc etiam dicitur finiri voluntas; quia mors omnia soluit: l. in summa. ff. de reg. iur. not. in l. ideo. in princip. & in l. nemo. ff. pro soc.

Sed ante mortem vnius ex sociis societas finita non esset, nisi expresse de reuocatione appareret, cum volū-
17 tas semper durare præsumatur, nisi expresse reuocata fuerit. l. cum tacitum. ff. de probat. Ruyn. d. cons. 115. nu. 7. immo cum partes beneplacitū non reuocauerint, saltem tacite consentire videntur societatem perdurare velle. l. qui patitur, ff. mād. est tex. in l. tamdiu. C. pro soc. vbi Bal. & Sa-
18 ly. & societas contrahi potest inter partes, quousque vixerint. l. 1. ff. pro soc. Grat. cons. 66. nu. 15. lib. 2.

Non obstant in contrarium adducta, quia illa verba, & deinde ad be-
19 neplacitum, cū indefinita sint æquipollent vniuersali. l. si pluribus. ff. de leg. 2. c. solite, de maio. & obe. cap. vt circa, de elec. in 6. & verba vniuersa-
20 lia ab homine prolata restrictionem non recipiunt, per not. per Bar. in l. generali. §. vxori. de leg. 3. voluerunt etiam Bald. in l. fin. col. 1. C. fine cens. vel reliq. Ruy. cons. 32. n. 5. & vbi ver-
21 ba contractus sunt apta infinitatem importare, tūc admittitur infinitas, si natura verborū hoc patitur. Alex. in l. si finita. ff. de dam. infec. in princ. in cons. 145. col. 2. lib. 2. Rolan. a Val. cons. 58. num. 4. lib. 1. & illa qualitas, sex mensium, posita in prima oratio-
22 ne non potest censeri repetita in sequenti oratione, deinde ad beneplatum. l. qui fundū. ff. de contrahen. emptio. l. si ita quis, in princip. ff. de verb. oblig. & idem Bart. in l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fun. instruc. lega. & in l. in repetendis. de leg. 3. & in l. 4. §. eritq. differentia. ff. vi bon. rapt. cum perpetuum esse vel collatum ad beneplacitum alicuius, paria videantur. glo. in Clem. & si populis, in verbo, electionem, de rescript. & in cap. si. in verbo, perpetuas, de rescript. in 6. Nat. cons. 184. num. 3.

Non obstat quod mensura temporis progata non possit esse maior, quam mensura temporis principalis,
23 per tex. in d. l. scimus. C. de fideiusso. quia Bald. loquitur in prorogatione per arbitros ex potestate eis data in compromisso: illa enim debet limitari ad tempus in compromisso expressum,

pressum, vt etiam adnotat Bald. in c. fin. de consuet. Fely. in c. de causis de off. delega. colum. 2. vers. 2. limita. licet idem Bald. in l. 1. C. vt in poss. legat. aliter loquatur, vbi ait, quod si arbiter fuit electus ad arbitrandū cum termino decem dierum cum po
24 testate prorogandi, cum tempus ad litis celeritatem appositum sit, non posset ad litis infinitatem prorogare: immo nec vltra tres menses, & sic sentit, quod possit vltra tempus in compromisso appositum prorogare. Alex. autem in cons. 70. lib. 2. dicit, quod dictum est de prorogatione non posse fieri pro maiori tempore, quam fuit appositum in compromisso, procedit quando potestas prorogandi
25 fuit data arbitris ab ipsis partibus, secus si a lege. Sed quicquid sit in casu, quando potestas arbitris data est, tā quando partes ipsæ prorogant pro maiori tempore, quod esset expressum, prorogare possunt. Vnde etiam quod in compromisso tempus vnius mensis appositum esset, partes possunt postea prorogare etiam vsque ad annum, vt declarat Bald. in l. si quis ex consensu. C. de Episcopali aud. Dec. in d. c. de causis. col. 1. de off. delega. Et propterea decisio Afflicti non credo, quod de iure subsistat, & est contra decisiones superius citatas, & practica quotidie contrarium ser-
26 uat, omnia enim officia fore status Eccle. a summo Pont. ad sex menses, vel ad annum dantur, & deinde ad beneplacitum, & multoties beneplacitum durat, nec eius officium finitur: immo officialis a principe creatus, quamdiu suæ voluntati placuerit, pro perpetuo reputatur, Emanel. singula. 119. per tex. in l. iurisperitos. ff. de excusat. tut. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. num. 12. ff. de op. no. nuncia. vbi idem dicit, si est positus ad beneplacitum, & ibi Ias. tenetur enim expectare successorē. l. meminisse. ff. de off. procons. l. 1. §. administratores. C. vt am. cau. Doct. in l. eum qui. §. iudicare. ff. de iur. om. iud. c. & si Christus. de iureiur. etiam
27 quod officium finitum sit. Bal. in l. ex diuo. C. loca. In casu vero Socini Iun. multa concurrebant, quæ in nostra quæstione minime concurrunt, nec ratio ipsius Socini de infinitate procedit; cum partes, vel altera ipsarum ad suum beneplacitum societatem dissoluere potest, & talem infinitatem reuocare, & quatenus non reuocarent, societas solum ad vitam ip
28 sorum contrahentium duraret; cum societas ad vitam contrahi possit, vt in l. 1. ff. pro soc. Grat. cons. 66. lib. 2. & altero decedente societas finita esset. §. soluitur. Instit. pro soc. Alex. cons. 136. nu. 1. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Societas, vt dissolui possit, voluntas vtrarum partium concurrere debet.*
2 *Contractus postquam perfectus est, vna pars ab eo recedere non potest: & num. 13.*
3 *Quod procedit, etiam si contractus inconditionalis esset.*
4 *Emptio, siue locatio non potest committi in voluntatem vnius ex contrahentibus.*
5 *Societas dissensu vnius dissolui non debet. & nu. 8.*
6 *Contractus ex conuentione partium legem recipit.*
7 *Societas finitur si vna pars beneplacitum*

pus. Paul. Caſtren. & Iaſ. in l. qui Romæ. §. Callimachus . de verb. oblig. Paul. Caſtr. in l. ſi in lege, in princ. ff. locati. Fely. in cap. cum dilecta, verſ.
6 octauum ſignum. qui enim non obſeruat tẽpus contractus, eius formã non obſeruat, vt late oſtendit Iaſ. in conſ. 48. & conſ. 53. lib. 3. tempus enim appoſitum a contrahentibus ſeruandũ eſt. Bald. in l. pen. C. de fideicom. circa
7 medium. Vnde creditor ante tempus ſuas pecunias recipere non cogitur. Doct. in d. l. qui Romæ, in princ.

Sed ſi conſideretur ratio, ſiue cauſa, quare contrahentes moti fuerint, vt reuocatio per 15. dies præcedẽtes
8 fieret, prout conſiderari debet, vt fundamentũ actus, vt inquit Bald. in c. & ſi Chriſtus. extra de iureiur. per l. fi. ff. de hered. inſt. & in l. pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. nulla alia aſſignari po
9 teſt, niſi vt officialis aliquod ſpatium temporis habeat ad inueniendum pecunias habitas ſuper eius officio, vt eas poſtea tranſactis illis 15. diebus, & ſic finita ſocietate, reſtituere poſſit: & officalis eſſet, qui beneplacitũ reuocaret, vt ille, qui ei pecunias pſæſtitit, tempus habeat ad ſuas pe
10 cunias commodandas, tẽpore enim indigemus, vt aliquid maturius agamus. c. ponderet. diſtinct. 50. faciunt not. per Alex. in l. Æmilius. ff. de minor. Put. deciſ. 68. lib. 3. tempus igitur eſt appoſitum gratia vtriuſque Doct. in d. l. qui Romæ.

Qua ratione ſtante, dico talem re
11 uocationem fieri poſſe, etiam ante 15. dies, vt poſtea finitis ſex menſibus ſocietas reſoluta eſſet, quia nullũ præiudicium ſequitur, nec officiali, nec illi, qui pecunias dedit: immo maiorem commoditatem vtraque pars conſequitur, & quemadmodum, quã do nullum damnum nec creditori,
12 nec debitori ſequitur, ſolutio ante tẽpus præfixũ fieri poteſt: vt per Doct. in d. l. qui Romæ: multo magis talis reuocatio etiam ante 15. dies fieri poterit, & ita ſeruatur.

13 Sed ſi talis reuocatio poſt 15. dies fieret, quia officiali, vel illi, qui pecunias dedit, præiudicare poſſet, non valeret, nec teneret; illud enim quod
14 certo tempore fiendum eſt, ſi poſtea fiat, nõ proſit. l. Thays. §. intra certa. ff. de fideicom. libert. Bal. in l. 1. in pe. not. C. qui admitt. eſt tex. in l. ſi mandauero tibi, in prin. ff. mand. vbi mandatum, vt fiat aliquid certo tẽpore, vt fieri poſſit poſt illud tempus, non extenditur. Pariſ. conſ. 91. lib. 1. nu. 9.

Et prædicta de plano procedunt,
15 quando reuocatio infra primos ſex menſes fieret; ſed ſi poſt ſex menſes, & poſtquam ille, qui dedit pecunias fructus recepit pro ſecũdo ſemeſtre: quandocunque reuocatio fieret ante 15. dies, nihilominus pro toto ſecũdo ſemeſtre ſocietas duraret, adeo quod etiam ſi ille, qui pecunias præſtitit, etiam poſt reuocationem in dicto ſemeſtre, pro quo fructus ſoluti fuerint, decederet, officialis pecunias lucraretur, non obſtante reuocatione, quæ per actum contrarium; ſcilicet per receptionem fructuum ſublata
16 fuit. iux. not. in l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæred. quando enim actus ſequẽs eſt cõtrarius proteſtationi, dicitur a proteſtatione receſſum, vt per Soc. Iun. conſ. 107. lib. 2. nu. 3. & 6. & in reuocatione non videtur durare poſtquam recepit, vel fructus ſoluit, nec videtur factum,
17 quod non durat factum. l. ſi pro parte. §. verſum. ff. de in rem verſo. Io. Cephal. conſ. 77. nu. 44. & poſtquam

fructus

fructus per sex menses recepit, videtur tacite per dictum tempus societatem durare velle. l. qui in futurum. ff. de pact.

Si vero ille, qui pecunias accõmodauit, finito primo semestre, fructus pro alio semestre non recepisset, posset quandocunque beneplacitum reuocare, & societatem renunciare, & transactis 15. diebus sortem repetere, ex quo fructus non recepit, nec societas dicitur renouata, sed solum ad beneplacitum durat, quod potest etiam ad voluntatem vnius partis quandoque reuocari; & reuocato beneplacito, si ille qui pecunias dedit decederet, officialis pecunias receptas minime lucraretur.

SVMMARIVM.

1 *Societate dissoluta fructus non debentur.*
2 *Commodi causa cessante, commodum cessare debet.*
3 *Cessante causa, cessare debet effectus.*
4 *Officialis si est in mora ad restituendũ sortem ad dãna, & interesse tenetur.*
5 *Reuocatio societatis sola non sufficit ad constituendũ officialem in mora.*
6 *Protestatio solum declarat animum protestantis.*
7 *Reuocatio facta ad vnum effectum, alium operari non debet.*
8 *A mora ex iusta causa excusatur.*
9 *Mora sine interpellatione non committitur.*
10 *Negligens in exigendo interesse, illud petere non potest.*

C A P. LVIII.

Sed multi post finitum primũ, vel secundum semestre societatem reuocant, nec fructus recipiunt, ne in casu mortis pecunias datas in societate amitterent, sed differunt sortem repetere, ut illo interim fructus currant: sed iudicio meo valde decipiuntur, quia post dissolutam societatem,
1 fructus non amplius debentur, cum societas, ob quam fructus soluuntur, per reuocationem dissoluta fit, & fructus ab illo, qui pecunias dedit licite propter periculum vitæ percipiũtur:
2 Vnde commodi causa cessante, commodum etiam cessare debet. l. cũ qui iurauit, in prin. ff. de iureiur. vbi Bar. Alex. & Ias. in 1. not. & facit regula vulg. quod cessante causa cessare de-
3 bet effectus. plene per Tiraq. in tract. cessante cau. in princ.

Et si diceretur, quod officialis tenetur ad damna, & interesse conuentum, scilicet ad rationem 12. pro centenario pro tempore, quo pecunias post societatis reuocationem retinuit, cum eas statim non restituerit, (vt tenebatur) quia promisit statim finita societate pecunias habitas restituere, & per reuocationem videtur interpellatus, & monitus ad restituẽdum, ex quo statim non restituit vi-
4 detur in mora fuisse, & ideo ad interesse teneri, iuxta not. in l. quod te. ff. si cer. pet. & in c. potuit. extra locati. Abb. in c. licet Hely. de simo. Hier. Gab. cons. 78. in fi.

Dici potest, quod officialis fuit in bona fide, si pecunias non restituit, ex quo expectabat, vt peterentur, vt so-
5 litum est fieri, nec sola reuocatio ad constituendum in mora sufficit, quia per ipsam solum declaratur animus, & eius voluntas, quod non intendebat amplius in societate durare velle, vt dicitur de protestatione, iuxta not. per Doct. in l. Nesẽnius. vbi Bar.

& sic est aliqua diuersitas in obligatione fideiussorũ, & principalis, obligatio enim fideiussorum solum incipit a die, quo erit emptum officium; cum aliter non sit verisimile, quod se obligassent, cũ non essent cauti, prout essent, quando officium emptum esset, & licet fideiussores videantur promittere in omnẽ casum, id verum est, vbi omnimoda ratio esset, & verisimilitudo mentis fideiussoris, quod hic non cadit, quia non videntur sibi bene consulere, nisi intellexissent promittere empto officio. l. fideiuss. Magistratuũ, iuncta glos. in §. pro Aurelio. ff. de fideiusso. & fideiussor, qui pro sorte promisit, non censetur pro vsuris fideiussisse. adnot. in l. si fideiussor. C. de fideiuss. & faciunt not. in l. si pignore. ff. de fideiusso. vbi fideiussor, qui pro debitore mutuum recipiente promisit, non potest conueniri pro pignore tradito a debitore pro mutuo: pariter non debent posse conueniri in causa mutui, cum solum censeantur promisisse in euentum emptionis officij, & dato euẽtu, vt principales iudicantur, sed ante euentũ, differt fideiussio a promissione principalis, qui tenetur pecunias restituere, at fideiussores solum in euẽtu emptionis officii tenentur, alias contractus vsurarius censeretur.

Sed contrarium in Rota Romana decisum fuit, quia N. se obligauerat, vt principalis debitor, quo casu non habet locũ d. l. qui contra. cũ principalis obligatio relationem ad aliam non haberet, sed per se subsistit, vt late probat Castr. in cons. 53. tria sunt lib. 2. col. fi. nec obstat tex. in Auth. si quis in aliquo. C. de eden. quia limitatur in fideiussione, quæ si facit mentionem de alia obligatione, non requiritur, quod illa producatur, vt per Ias. ibi col. fi. Alex. & alij in l. sciendũ, ff. de verb. oblig. & ideo N. tenetur, dummodo Titius numerationem pecuniæ factam fuisse probet, quia ex quo non constat de societate, N. tenetur ex mutuo, in quo requiritur actualis numeratio, & ita in Rota resolutũ fuit, vt per Sarnen. decis. 123. sed talis
10 fideiussor minime ad fructus tenetur, quia cum conueniatur ex cõtractu mutui, cum de societate non appareat, fructus soluere nõ tenentur, vt per eundem Sarnen. decis. 135.
11 Fideiussor, qui societati super officio emendo contractæ ad sex menses, vt principalis in solidũ accessit, ad restitutionẽ pecuniarũ, quas ille pro quo promiserat, tenetur, si offi-
12 ciũ non fuerit emptum, cũ societas contrahi super officio emendo possit. l. si fratres. §. si quis societatem. l. cũ societas. l. actione. §. item si societatem. ff. pro socio. Instit. de societ. in prin. si ergo contractus valet, fideiussor tenebitur, sicut & principalis tenetur, qui enim recipit pecuniam ex causa societatis contractæ super officio emendo, videtur promittere se officium empturum. l. actione. §. si rẽ certam. ff. pro socio. & cũ principalis promiserit omnia, & singula adimplere, videtur etiam promisisse se officium emere, & si non emit, tenetur nedum ad restituendam pecuniam acceptam, in eam causam ad quam tenetur actione pro socio, ex natura ipsius societatis. d. l. si fratres. §. si quis societatem, sed etiam ad dãna, & interesse. per reg. l. stipulationes nõ diuiduntur. §. Celsus. ff. de verb. obligat. & cum fideiussores, qui pro eo accesserunt, teneantur in omnẽ causam, in qua tenetur ipse principalis,

præ-

præsertim prouenientem ex natura contractus. l. si quis pro eo. §. si. nummos. ff. de fideiusso. Alexand. consil. 34. lib. 2. sequitur, quod & ipsi tenentur ad restitutionem pecuniarum, si officium non ematur, licet fructus non debeantur, ex quo officium emptum non fuit sed sortem principalem restituere tenetur, immo si actum fuisset de fructibus soluendis, & soluti fuissent repeterentur. c. debitores. de iureiur. & ita decisum fuit in vna Romana, vt habetur in decis. Put. 67. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod a societate recedere non liceat, non valet, ad tempus tamen valet.*
2 *Societas ad tempus, ante tempus dissolui non potest.*
3 *Officialis non potest dare alium officialem, qui tenere pecunias super eius officio, nolente creditore.*
4 *Nemo cogitur mutare debitorem.*
5 *Societas, si pacta non seruentur, ante tempus dissolui potest.*
6 *Societas limitata ad tempus, post illud soluta est.*
7 *Tempus vbi est limitatum, argumentum sumitur a contrario sensu, etiã ad correctionem iuris.*
8 *In contractibus nullum verbum sine effectu operandi esse debet.*
9 *Societas inita ad tempus, elapso tempore finita est, si partes velle durare non declarauerint.*
10 *Ad beneplacitum ista verba important conditionem.*
11 *Societas ad sex menses, & deinde ad beneplacitum, pro sex mensibus pura est, postea conditionalis, contra. num. 13.*
12 *Societas ante tempus dissolui non potest.*
14 *Societas facta ad sex menses, & deinde ad beneplacitum, semper durat donec beneplacitum reuocetur.*
15 *Bart. opinio in l. centesimis. §. si. non est communiter recepta.*

CAP. LIV.

Sed quoniã societates super officijs Rom. Cu. fieri solent ad sex menses, vel ad annum, deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum
1 disdicta tamen quindecim dierum, licet pactum non valeat, quod quis non possit vnquam a societate recedere, valet tamen, quod non possit ad tempus discedere. l. in hoc iudiciũ §. si conuenit. ff. com. diuid. Capic. decis. 174. num. 7. sup. c. 48. & ideo du-
2 rante tempore sex mensium societas durat, vt illo interim solui non possit. l. actionem. §. diximus. §. item, qui societatem. ff. pro soc. Et si quis eam dissoluere vellet, replicari posset, quod nimis intempestiue renunciat. l. si conuenerit. §. quid tamen. l. sed & socius. §. fin. ff. pro soc. In tantum hoc
3 etiam procedit, quod officialis dicere non posset: volo tibi pecunias cum fructibus restituere, vel alium officialem dare, qui super eius officio tuas pecunias in societate tenebit; nec etiam dans pecunias dicere posset: inuenio alium, qui loco mei, tibi pecunias super tuo officio det, vt habetur per Ias. post alios in l. qui Romæ. nu. 29. ff. de verb.
4 oblig. nemo enim cogitur debitorem mutare, aliumque debitorem, vel creditorem accipere. l. si mandato. §. 1. ff. manda. l. si Stichum. §. fi. ff. de nouat. tamen si pacta seruata non fuis-

5 sent, etiam ante tempus societas
solui posset. Capic. decis. 174. nu-
mero 16.

Sed an finitis sex mensibus socie-
tas finita dicatur, dubitari posset: &
pro parte affirmatiua dici posset,
6 quod cum societas ad sex menses li-
mitata fuerit, post illud tempus so-
luta censetur. l. statu liberum. §. Sti-
chum, de leg. 2. l. si vnus. §. si cum reo.
l. epistola. §. fin. de pact. Et hoc adeo
7 verum est, quod vbi tempus limita-
tum est, argumentum a contrario sen
su sumitur etiam ad iuris correctio-
nem. Bald. in l. obseruare. §. si profici-
sci. q. 3. de offic. proconf. vnde si tem-
pus in societatem præfixum finitum
sit, societas dissoluta dicitur. d. l. a-
ctione. §. item qui societatem, vbi
glos. & Paul Castren. cons. 415. ista
fuit societas. lib. 1. alias illa verba ad
sex menses essent superflua, & frustra
adiecta fuissent contra. l. si quando. ff.
8 de leg. 1. c. si Papa. de priuileg. lib. 6.
& in contractibus nullũ omnino ver-
bum sine aliquid operandi effectu es-
se debet. vt dicit Bald. in rubr. de con-
trahen. empt. & ita in simili arguit
Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 2.
num. 45.

Et illa postea verba, deinde ad be-
neplacitum, possunt, & debent intel-
ligi, idest si partes post sex menses so-
9 cietatem velle durare declararint,
quæ declaratio si facta non fuerit.
societas finita erit, per ea, quæ tradit
Bart. in l. centesimis. §. fin. ff. de verb.
oblig. vbi inquit, si iudex aliquem
ponat de confinia ad eius beneplaci-
tum non erit confinatus, nisi iudex
se ita velle declarauit, quia illa ver-
ba, ad beneplacitum, faciunt condi-
tionem, & ibi etiam hoc adnotat.
Ang. & Alex. in cons. 72. nu. 14. lib. 5.
vbi dicit, quod præpositio, ad, condi-
tionem facit. Sic ergo in proposito
10 videtur, quod societas inita post sex
menses ad ambarum partium bene-
placitum, locum habeat. tunc demũ,
si partes post sex menses velle in so-
cietate perdurare declarauerint, cum
illa clausula, & deinde ad beneplaci-
tum, conditionem faciat, vt ostendit
Corn. in consil. 92. lib. 2. Ideo dicit,
quod declaratio post sex menses re-
quiritur, alias societas finita est. Fel.
in c. litteris. de constit. num. 10. vers.
subdit per Bart. ad propositum no-
strum. Ruy. cons. 7. num. 12. lib. 2.

Societas igitur pro sex mensibus
pura est, post conditionalis erit pro-
pter verba adiecta, quæ conditionem
11 important, maxime quia verbum,
ad, est adiectum verbis, futuri tem-
poris ibi, duratura, & sic actui qui
potest se habere ad esse, vel ad non
esse, & tunc dispositio conditiona-
lis dicitur, & non potest habere effe-
ctum, nisi prius facta fuerit declara-
tio voluntatis, & beneplaciti, vt col-
ligitur ex verbis Bart. in l. 1. ff. de
condit. & demonstrat. vt habetur per
Bero. consil. 202. num. 8. cum sequen.
lib. 3.

Contrarium tamen de iure credo
verius, quia præfata societas facta
sub suprascripto modo, statim a prin
cipio per sex menses valida fuit, vt
per dictum tempus a partibus, vna
contradicente, resolui non poterat,
quia societas contracta ad tempus
durante tempore dissensu, vel renun-
ciatione vnius dissolui nequit. Etsi
12 ante dissentitur, dicitur intempesti-
ue dissentiri, quæ intempestiua re-
nunciatio a lege excluditur. l. sed &
socius. §. fin. l. actione. §. Labeo. ff. pro
soc. Paris. cons. 82. nu. 27. lib. 1.

Post

Post vero sex menses societas etiã
13 durat, & pura est, sed ad beneplacitum ambarum partium, vel vnius dissolui potest, vt declarant Doct. in d. l. centesimis. §. fin. & Dec. consil. 108. num. 5. vbi dicit, quod quando obligatio est successiua, prout in casu isto, dictio, ad, apponitur causa limitandi obligationem, vt notat Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. obligat. Et quod obligatio facta ad sex menses, & postea ad beneplacitum duret etiam post sex menses, probatur in c. si gratiose, de rescript. inducendo. prout per Dec. in d. consil. 108. hoc idem firmat; late Goza. consil. 22. vbi suspensio erat facta per tres dies, vltra ad beneplacitum, & dicit suspensionem valere donec reuocata non fuerit: Grat. consil. 92. lib. 1. Corn. consil. 235. lib. 2. post num. 5. vbi dicit, quod etiam post sex menses societas durat, donec beneplacitum reuocetur, quia societas a principio pura fuit, erat tamen sub conditione resoluenda, si beneplacitum reuocaretur, vt in simili habetur in l. 2. ff. de in diem adiect. Dec. d. consil. 108.

Non obstant adducta in contrarium, quod quando tempus est limitatum, post tempus prohibitum censetur, quia id procedit, quando solum dictum fuisset simpliciter ad sex
14 menses, secus quando etiam dictum fuit, deinde ad beneplacitum, quia tunc tempus limitatum dici non potest, nisi vsque ad beneplaciti reuocationem, vt dicunt Doct. supra citati, & faciunt not. per Ias. in cons. 34. in fin. lib. 3.

Nec vlla verba, ad sex menses superflua essent, satis enim operantur. quod infra sex menses per dissensum vnius societas dissolui non posset, prout post sex menses bene ad beneplacitum ambarum partium, vel vnius tantum posset.

Non obstãt not. per Bar. in d. l. cen-
15 tesimis. §. fin. quia contra eum tenẽt Rapha. Cuma. Imo. Alex. & Ias. ibi, & Dec. d. consil. 108. vbi dicit opinionem contra Bart. esse communem, & veriorem, quia omni casu, & semper societas pura est, quamuis reuocatio conditionalis sit, & illa verba, ad beneplacitum, a principio conditionem non important, sed tamen societas venit resoluenda, si beneplacitum reuocatum fuerit, vt omnes Cano. præsupponunt, in d. c. si gratiose, in 6. Capic. decis. 136. Vnde non obstat, quod dicit Corn. consil. 92. & Fely. in d. cap. litteris, quia opin. Bar. vt iam dictum fuit, est a pluribus reprobata, vt late ibi per Ias. & idemmet Corn. in d. consil. 235. sentit contrarium, quia societas pura est, sed resoluenda sub conditione reuocationis voluntatis, seu beneplaciti. & quatenus esset conditionalis, esset conditio resolutiua, non autem suspensiua. & Bero. loquitur quando beneplacitum dependet a voluntate alterius, non autem contrahentium; vt habetur per eum, ibi num. 11. cum sequen. & num. 23.

SVMMARIVM.

1 *Societas inita ad sex menses, & deinde ad beneplacitum, solum per alios sex menses durat.*

2 *Mensura temporis prorogati non est maior, quam mensura temporis principalis. & num. 25.*

3 *Potestas data prorogandi compromissum, intelligitur pro eodem tempore*

pore, pro quo prius factum fuerat. & num.24.

4 *Officium datum ad certum tempus, & deinde ad beneplacitum, tale beneplacitum ad tempus, quod a principio expressum erat, restringitur.*

5 *Quod ab initio temporaliter disponitur ad infinitatem deduci non debet.*

6 *Societas in perpetuum fieri non potest.*

7 *Beneplacitum postquam semel declaratum est amplius declarari non potest.*

8 *Voluntas non solum verbis, sed etiam facto declaratur.*

9 *Beneplacitum regulariter durat usque ad mortem.*

10 *Societas potest inter aliquos contrahi, donec voluerint.*

11 *Societas contracta ad beneplacitum, durat, donec beneplacitum reuocetur.*

12 *Disdicere est negare.*

13 *Beneplacitum aliquando etiam per mortem non reuocatur.*

14 *Voluntas licet morte extinguatur, non tamen reuocatur.*

15 *Voluntas per mortem cessat, non tamen reuocatur.*

16 *Societas morte extinguitur.*

17 *Voluntas semper durare praesumitur, nisi expresse reuocetur.*

18 *Societas potest inter partes contrahi donec vixerint.*

19 *Ad beneplacitum sunt verba indefinita.*

20 *Verba vniuersalia ab homine prolata restrictionem non recipiunt.*

21 *Verba quando sunt apta infinitatem importare, infinitas admittitur.*

22 *Qualitas ad sex mensium non censetur repetita in sequenti oratione, & deinde ad beneplacitum.*

25 *Tempus compromissi potest prorogari a partib. vltra tempus expressum in compromisso.*

26 *Officium datum ad beneplacitum durat, donec beneplacitum a principe reuocatum fuerit.*

27 *Officialis tenetur expectare successorem.*

28 *Societas ad vitam contrahi potest.*

CAP. LV.

SEcundo dubitari posset, an illa verba, & deinde ad beneplacitũ,
1 faciant, quod societas semper duret; donec a partibus beneplacitum reuocetur, an vero intelligenda sint, vt solum pro aliis sex mensibus beneplacitum duret, quod forte dicendum videtur, vt illa verba, deinde ad beneplacitum, intelligantur dũmodo temporale sit; secundum, quod principaliter societas ad sex mẽses facta erat, vt illa qualitas sex mensium repetita censeatur, argumento l. Seiae. §. Gaio. ff. de fundo instr. & quod ibi tradit Bar. vt mensura temporis prorogati,
2 non sit maior, quam mensura temporis principalis, vt dicit Bald. in cons. 101. nobili viri, vers. venio ad quintum. lib. 3. vbi per hoc cõcludit, quod
3 potestas data prorogandi cõpromissum, intelligitur pro eodem tempore, pro quo prius factũ fuerat. Paris. cons. 43. nu. 9. lib. 1. Hipp. sing. 52. & propterea videtur dicendum, quod per illa verba, deinde ad beneplacitum, videtur solum prorogata societas ad alios sex menses.

Et fere in his terminis, ita firmat Matth. de Afflict. in c. 1. col. fi. quibus mod. feud. constit. po. vbi dicit, quod
4 si in concessione alicuius officij, vel beneficij certum tempus expressum

fue-

fuerit, puta per vnum annum, & deinde ad beneplacitum, tale beneplacitum restringitur ad tempus, quod a principio fuit expressum, videlicet ad alium annum; vt eũ refert, & sequitur. Soc. Iun. conf. 63. lib. 2. num. 8. vbi etiam subdit, quod non debet deduci ad infinitatem, quod ab initio temporaliter disponitur. vt voluit Bal. in simili. in l. 1. verf. & hic est argumentum ad quæstionem. C. vt in poss. legat. Alex in l. qui bona. §. fi. 2. colum. verf. facit etiam ad id, quod singulariter. ff. de damn. infect. societas enim per partes in perpetuum creari non potest. l. nulla. ff. pro soc. Rom. conf. 106. Grat. conf. 66. nu. 8. lib. 2.

5 (beside "ci ad infinitatem")

6 (beside "per partes in perpetuum")

Prædicta q. eo maxime procedere videntur, si officialis, vel qui pecunias ad societatem recepit, finitis sex mensibus fructus anticipatos per alios sex tantummodo menses soluisset ei, qui pecunias dedit: hoc casu partes videntur declarasse beneplacitum, nisi per alios sex menses durare velle, & postquam semel eorum declararunt voluntatem, amplius declarare nequeunt. Bal. conf. 104. dilatio prorogatoria. lib. 3. & non solum verbis, sed etiam facto voluntas declaratur. l. Paulus respõdit. ff. rem ra. hab. l. de quibus. de leg. qualisque fuerit voluntas, ex his, quæ sequuntur demonstratur. §. pauonum. instit. de re. diuis. l. sed & Iulianus. ad Maced.

7 (beside "velle, & postquam")

8 (beside "bis, sed etiam facto")

Contrarium tamen respondendũ est, quia ex com. scribent. sententia, beneplacitũ regulariter durat vsque ad mortẽ, nisi prius a partibus reuocatũ fuerit, vt per Cano. in d. c. si gratiose. de rescript. in 6. & per Legist. in l. centesimis. §. fi. ff. de verb. oblig. per tex. in l. 4. ff. locat. Ang. conf. 217. col. 9. Dec. d. consil. 108. Io. Calder. conf. 3. de rescrip. Goza. conf. 22. Didac. li. 3. varia. resolu. c. 15. Menoch. de arb. iud. quæst. 69. lib. 1. Ruy. conf. 104. nu. 9. lib. 5. Hippol. in rub. de prob. num. 251. Alex. conf. 136. lib. 5. nu. 1. vbi tenet, quod societas potest in voluntate contrahentium conferri; vnde si est contracta societas inter aliquos donec voluerint, valet, & morte vnius ex sociis finitur, quia per mortem voluntas expirat. Beneplacitũ igitur donec expresse reuocatum non fuerit a partibus, vel ab altera earũ, societas durabit. l. tãmdiu. C. pro soc. quod etiam expresse inter partes cõuentum est per illa verba, cum disdicta 15. dierum, ad quarum verificationem expressa reuocatio beneplaciti requiritur; nã disdicere est negare, quod dictum est, vnde reuocatio necessaria est, vt late deducit Dec. d. cõsil. 108. Gozad. conf. 22. Grat. conf. 92. lib. 2. in fi. Bero. conf. 204. in prin. li. 3.

9 (beside "ad mortẽ, nisi prius")

10 (beside "net, quod societas")

11 (beside "tem voluntas expirat")

12 (beside "ti requiritur")

Et licet beneplacitum per mortẽ reuocetur, tamen secus est vbi illa verba, cum disdicta 15. dierum, adessent, tunc per mortem nõ esset extinctum, sed expressa reuocatio a successore fienda requireretur, vt omnes præfati Doct. affirmãt per tex. in c. si delegatus. de off. deleg. in 6. habetur per Docto. in l. more. ff. de iurisd. om. iud. Dec. in c. ex litteris. de constit. licet enim voluntas morte extinguatur. d. l. 4. ff. locati, non tamen inducitur reuocatio, quę contrariam voluntatem expostulat, aliud enim est voluntatem cessare, quia tunc ponitur voluntatem non esse, & aliud est voluntatem reuocare, quia tunc voluntas contraria exponitur. Ruy. consil. 115. lib. 1. nu. 7. Vnde cum in casu nostro requiratur disdicta, & per consequens voluntas reuocatoria non cessat

13 (beside "reuocetur, tamen secus")

14 (beside "cet enim voluntas")

sat per cessationem voluntatis obue-
15 nientis per mortē, tunc solum dicitur voluntatem cessare, nō autem reuocatam esse. vt per Soc. cons. 77. lib. 3. col. 1. & 2. & maxime prædicta procedunt in cōtractibus, in quibus per mortem beneplacitum non dicitur reuocatum. l. 1. in prin. iuncta l. quæsitum. §. 1. ff. de præca. adnot. Bart. & sequuntur com. Doct. in d. l. centesimis. §. fin. vbi Bar. dicit, quod si iudex dicat, pono te ad confinia, donec te reuocauero, tūc dicit si verba intelligūtur, prout in cōtractibus, per mortem, non inducitur reuocatio. Soc. d. cons. 77. col. 1. secus in pęnalibus cum pœnæ sint moliendæ, per mortem beneplacitum reuocatum censeretur. Saly. in l. super rebus. C. de contrah. emptio. in fi.

Societas igitur in casu nostro per mortem non esset extincta, quia beneplacitum fuit reuocatum, sed quia
16 societas ipsa etiam quod inita fuisset per mille annos, morte extinguetur, vt supra dictum pluries fuit. adnot. glos. in l. verum. §. fin. ff. pro soc. vbi dicit, quod societas, quę morte finitur, eo tempore, quo anima separatur a corpore, finiri dicitur: & tunc etiam dicitur finiri voluntas; quia mors omnia soluit: l. in summa. ff. de reg. iur. not. in l. ideo. in princip. & in l. nemo. ff. pro soc.

Sed ante mortem vnius ex sociis societas finita non esset, nisi expresse de reuocatione appareret, cum volū-
17 tas semper durare præsumatur, nisi expresse reuocata fuerit. l. cum tacitum. ff. de probat. Ruyn. d. cons. 115. nu. 7. immo cum partes beneplacitū non reuocauerint, saltem tacite consentire videntur societatem perdurare velle. l. qui patitur. ff. mād. est tex. in l. tamdiu. C. pro soc. vbi Bal. & Sa-
18 ly. & societas contrahi potest inter partes, quousque vixerint. l. 1. ff. pro soc. Grat. cons. 66. nu. 15. lib. 2.

Non obstant in contrarium adducta, quia illa verba, & deinde ad be-
19 neplacitum, cū indefinita sint æquipollent vniuersali. l. si pluribus. ff. de leg. 2. c. solite, de maio. & obe. cap. vt circa, de elec. in 6. & verba vniuersa-
20 lia ab homine prolata restrictionem non recipiunt, per not. per Bar. in l. generali. §. vxori. de leg. 3. voluerunt etiam Bald. in l. fin. col. 1. C. fine cens. vel reliq. Ruy. cons. 32. n. 5. & vbi ver
21 ba contractus sunt apta infinitatem importare, tūc admittitur infinitas, si natura verborū hoc patitur. Alex. in l. si finita. ff. de dam. infec. in princ. in cons. 145. col. 2. lib. 2. Rolan. a Val. cons. 58. num. 4. lib. 1. & illa qualitas, sex mensium, posita in prima oratio-
22 ne non potest censeri repetita in sequenti oratione, deinde ad beneplacitum. l. qui fundū. ff. de contrahen. emptio. l. si ita quis, in princip. ff. de verb. oblig. & idem Bart. in l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fun. instruc. lega. & in l. in repetendis. de leg. 3. & in l. 4. §. eritq. differentia. ff. vi bon. rapt. cum perpetuum esse vel collatum ad beneplacitum alicuius, paria videantur. glo. in Clem. & si populis, in verbo, electionem, de rescript. & in cap. si. in verbo, perpetuas, de rescript. in 6. Nat. cons. 184. num. 3.

Non obstat quod mensura temporis progata non possit esse maior, quam mensura temporis principalis,
23 per tex. in d. l. scimus. C. de fideiusso. quia Bald. loquitur in prorogatione per arbitros ex potestate eis data in compromisso: illa enim debet limitari ad tempus in compromisso expressum,

pressum, vt etiam adnotat Bald. in c. fin. de consuet. Fely. in c. de causis de off. delega. colum. 2. vers. 2. limita. licet idem Bald. in l. 1. C. vt in poss. legat. aliter loquatur, vbi ait, quod si arbiter fuit electus ad arbitrandū cum termino decem dierum cum po-
24 testate prorogandi, cum tempus ad litis celeritatem appositum sit, non posset ad litis infinitatem prorogare: immo nec vltra tres menses; & sic sentit, quod possit vltra tempus in compromisso appositum prorogare. Alex. autem in cons. 70. lib. 2. dicit, quod dictum est de prorogatione non posse fieri pro maiori tempore, quam fuit appositum in compromisso, procedit, quando potestas prorogandi
25 fuit data arbitris ab ipsis partibus secus si a lege. Sed quicquid sit in casu, quando potestas arbitris data est, tā quando partes ipsæ prorogant pro maiori tempore, quod esset expressum, prorogare possunt. Vnde etiam quod in compromisso tempus vnius mensis appositum esset, partes possunt postea prorogare etiam vsque ad annum, vt declarat Bald. in l. si quis ex consensu, C. de Episcopali aud. Dec. in d. c. de causis col. 1. de off. delega. Et propterea decisio Afflicti non credo, quod de iure subsistat, & est contra decisiones superius citatas, & practica quotidie contrarium ser-
26 uat. omnia enim officia fere status Eccle. a summo Pont. ad sex menses, vel ad annum dantur, & deinde ad beneplacitum, & multoties beneplacitum durat, nec eius officium finitur: immo officialis a principe creatus, quamdiu suæ voluntati placuerit, pro perpetuo reputatur. Emanel. singula. 119. per tex. in l. iurisperitos. ff. de excusat. tut. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. num. 12. ff. de op. no. nuncia. vbi idem dicit, si est positus ad beneplacitum, & ibi Ias. tenetur enim expectare successorē. l. meminisse. ff. de off. procons. l. 1. §. administratores. C. vt am. cau. Doct. in l. eum qui. §. iudicare. ff. de iur. om. iud. c. & si Christus. de iureiur. etiam
27 quod officium finitum sit. Bal. in l. ex diuo. C. loca. In casu vero Socini Iun. multa concurrebant, quæ in nostra quæstione minime concurrunt, nec ratio ipsius Socini de infinitate procedit, cum partes, vel altera ipsarum ad suum beneplacitum societatem dissoluere potest, & talem infinitatem reuocare, & quatenus non reuocarent, societas solum ad vitam ip-
28 sorum contrahentium duraret, cum societas ad vitam contrahi possit, vt in l. 1. ff. pro soc. Grat. cons. 66. lib. 2. & altero decedente societas finita esset. §. soluitur. Instit. pro soc. Alex. cons. 136. nu. 1. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Societas, vt dissolui possit, voluntas ambarum partium concurrere debet.*
2 *Contractus postquam perfectus est, vna pars ab eo recedere non potest: & num. 13.*
3 *Quod procedit, etiam si contractus conditionalis esset.*
4 *Emptio, siue locatio non potest committi in voluntatem vnius ex contrahentibus.*
5 *Societas dissensu vnius dissolui non debet. & nu. 8.*
6 *Contractus ex conuentione partium legem recipit.*
7 *Societas finitur, si vna pars beneplacitum*

tum reuotat.

9 *Potestas dissoluenti societatem est vicissitudinaria.*

10 *Factum sub certa conditione, sub contraria ademptum censetur.*

11 *Conuentio dat legem contractibus.*

12 *Contractus, & si in volūtatem vnius conferri non possit, secus tamen resolutio contractus.*

CAP. LVI.

QVoniā in contractu huiusmodi societatis dici solet, quod possit societas dissolui ad beneplacitum
1 ambarum partium, forte aliquis diceret, quod requiritur, vt reuocatio beneplaciti ab ambabus partibus facta sit, adeo, quod renouatio vnius partis non sufficeret; cum con-
2 tractus postquam perfectus est, vna pars ab eo recedere nequit, sed voluntas vtriusque requiritur. l. ab emptione. ff. de pact. vbi Bart. l. prout quisque. ff. de solut. l. sicut. §. fi. ff. de nouat. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. quod etiam procedit, si illa verba,
3 ad beneplacitum, conditionem importarent, cum etiam a contractu conditionali vnus ex contrahentium altero inuito discedere non possit, vt dicit gl. in l. necessario. §. si ita res. ff. de peri. & commo. rei vend. & in l. 1. in prin. C. eo. tit. §. 1. Instit. de emption. & vend. & queadmodum emptio, & locatio non potest conferri
4 in voluntatē vnius ex cōtrahentibus. l. 3. de contrahen. emptio. §. emptio. Instit. eo tit. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de Aedili. edi. l. si in lege. ff. loca
5 ti. notant Doct. in l. in vendentis. C. de contra. empt. quod etiam procedit in resolutione contractus, ideo dissensu vnius societas dissolui non debet. l. actione. §. discimus. ff. pro soc.

Contrarium tamen verius est, nā contractus ex conuentione partium legem recipit. l. 1. §. si conueniat. ff. de posi. l. legem. C. de pact. l. Caesar. ff. de plublic. Dec. in l. cum quid, in vltimo not. ff. si cer. pet. & cons. 19. ad fi. & in contractibus in primo at-
6 tendendum est, quod inter partes actū sit. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. l. in conuentionibus. ff. de verb. signif. & in l. societatibus volūtas contrahentium seruanda est. l. penul. C. pro soc. Vnde cum contrahētes expresse cauerint, quod post sex
7 menses societas ad beneplacitū partium duraret, si altera pars societatem reuocat, non potest dici beneplacitum de consensu partium durare, & per consequens societas dissensu vnius finitur. l. actione. §. discimus. in fin. ff. pro soc. vbi habetur, quod si
8 finitum sit tempus, liberum est vnicuique recedere, & potestas renun-
9 ciandi societatē est vicissitudinaria: Saly. in fin. C. pro soc. cum societas duret ad beneplacitum sociorum. l. tamdiu. C. pro soc. & ibi Bald. Cyn. & Salyc. & in §. manet. Instit. de societ. cum facta sub certa conditione, sub contraria demptum censetur. l. si
10 pecuniam. ff. si cert. pet. l. si alij. ff. de adi. lega. l. quod pure. ff. quā. die. lega. ce. & illa pluralitas ambarum partium resoluitur, in pluras singularitates, vt in simili respondet Alexan. cons. 136. nu. 2. lib. 5.

Nec obstat, quod contractus postquā perfectus est, ab eo recedere non possit, quia hoc intelligitur, nisi aliter conuentum inter partes sit: conuentio enim dat legem cōtractibus. l. 1. ff. de pact. l. legē. eo. tit. l. pen.

C. pro

11 C. pro soc. & si contractus in voluntate vnius conferri nequeat, secus
12 vero resolutio ipsius contractus. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. c. ad nostram. de empt. & vend. Cyn. & Angel. in d. l. in vendentis. Fabia. de empt. in 5. quæst. in prin. par. 2. quest. 13. est tex. in c. illo vos. de pigno. vbi Hostien. Io. And. But. Abb. nu. 2. Anchar. nu. 4. Imol. nu. 9. Io. Fab. in d. §. emptio. & tunc non licet a contra-
13 ctu recedere, quando tempore contractus non fuit conuentum, vt liceret. Alexan. & Ias. in d. l. ab emptione.

SVMMARIVM.

1 *Societatem, qui reuocare vult, talem reuocationem per dies 15. ante finitam societatem facere debet.*
2 *Cum dictio importat conditionem.*
3 *Conditio debet impleri in forma specifica.*
4 *Societatis reuocatio vt valeat, debet fieri per 15. dies ante, & non post, nec prius, sed contra. nu. 11.*
5 *Conditio temporis pro forma est.*
6 *Tempus contractus qui non obseruat, eius formam non obseruat.*
7 *Creditor ante tempus suas pecunias recipere non cogitur. & nu. 12.*
8 *Ratio est consideranda, vt fundamentum actus.*
9 *Ratio quare renunciatio debeat fieri per 15. dies ante finitam societatem.*
10 *Tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus.*
13 *Reuocatio societatis non potest fieri post quindecim dies.*
14 *Quod certo tempore fieri debet, si postea fiat non tenet.*
15 *Reuocatio facta, postquam quis recepit fructus pro secundo semestri, tenet, nisi illo finito.*
16 *Reuocatio per actum contrarium tollitur.*
17 *Factum non videtur, quod non durat factum.*

CAP. LVII.

Pars vero illa, quæ beneplacitum reuocare intendit, & societatem
1 initam dissoluere, tenetur talē reuocationē, siue disdictam, (cum disdicere sit negare, vt dictū est, vt per Dec. in cons. 108. per glos. in l. 2. ff. de in die. adie. vbi ponderat verbū disdicere) facere per dies 15. ante finitam societatem, cum inter partes, ita conuentum sit, per illa verba cum, disdi-
2 cta 15. dierum præcedentium. Nam dictio, cum, importat conditionem. l. 1. & ibi Docto. ff. de condit. & demonstr. l. si Titio. ff. quando dies leg. ce. l. quodcunque. §. pen. ff. de verb.
3 oblig. Dec. cons. 401. in prin. quę conditio in forma specifica adimpleri debet. l. melius, qui hæredi. ff. de con-
4 dit. & demonstr. vnde dicendū forte videretur talē disdictā, siue reuocationē solū fieri posse per dies 15. ante diem finiēdam societatis, vt facta antea, vel post non valeret, quia forma ad vnguem adimpleri debet. l. cū hi. §. si Prætor. ff. de transact. l. constitutionibus. ff. ad municip. late Fely. in c. cum dilecta. de rescript. cū etiā con-
5 stitutio, siue determinatio temporis pro forma sit, vt si tempus constitutionis seruatum nō fuit, non dicitur eius forma obseruasse. Auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imper. offer. iuncta glos. & ibi Bald. Saly. & Ias. & est tex. in l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusat. tuto. ibi, non aliter audiretur, nisi obseruauit constitutum tēpus.

pus. Paul. Castren. & Ias. in l. qui Romæ. §. Callimachus. de verb. oblig. Paul. Castr. in l. si in lege, in princ. ff. locati. Fely. in cap. cum dilecta, vers. 6 octauum signum. qui enim non obseruat tẽpus contractus, eius formã non obseruat, vt late ostendit Ias. in cons. 48. & cons. 53. lib. 3. tempus enim appositum a contrahentibus seruandũ est. Bald. in l. pen. C. de fideicom. circa 7 medium. Vnde creditor ante tempus suas pecunias recipere non cogitur. Doct. in d. l. qui Romæ, in princ.

Sed si consideretur ratio, siue causa, quare contrahentes moti fuerint, vt reuocatio per 15. dies præcedẽtes 8 fieret, prout considerari debet, vt fundamentũ actus, vt inquit Bald. in c. & si Christus. extra de iureiur. per l. fi. ff. de hered. inst. & in l. pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. nulla alia assignari po9 test, nisi vt officialis aliquod spatium temporis habeat ad inueniendum pecunias habitas super eius officio, vt eas postea transactis illis 15. diebus, & sic finita societate, restituere possit: & officialis esset, qui beneplacitũ reuocaret, vt ille, qui ei pecunias præstitit, tempus habeat ad suas pe10 cunias commodandas, tẽpore enim indigemus, vt aliquid maturius agamus. c. ponderet. distinct. 50. faciunt not. per Alex. in l. Æmilius. ff. de minor. Put. decis. 68. lib. 3. tempus igitur est appositum gratia vtriusque. Doct. in d. l. qui Romæ.

Qua ratione stante, dico talem re11 uocationem fieri posse, etiam ante 15. dies, vt postea finitis sex mensibus societas resoluta esset, quia nullũ præiudicium sequitur, nec officiali, nec illi, qui pecunias dedit: immo maiorem commoditatem vtraque pars consequitur, & quemadmodum, quã do nullum damnum nec creditori, 12 nec debitori sequitur, solutio ante tẽpus præfixũ fieri potest. vt per Doct. in d. l. qui Romæ. multo magis talis reuocatio etiam ante 15. dies fieri poterit, & ita seruatur.

13 Sed si talis reuocatio post 15. dies fieret, quia officiali, vel illi, qui pecunias dedit, præiudicare posset, non valeret, nec teneret; illud enim quod 14 certo tempore fiendum est, si postea fiat, nõ prosit. l. Thays. §. intra certa. ff. de fideicom. libert. Bal. in l. 1. in pen. not. C. qui admitt. est tex. in l. si mandauero tibi, in prin. ff. mand. vbi mandatum, vt fiat aliquid certo tẽpore, vt fieri possit post illud tempus, non extenditur. Paris. cons. 91. lib. 1. nu. 9.

Et prædicta de plano procedunt, 15 quando reuocatio infra primos sex menses fieret; sed si post sex menses, & postquam ille, qui dedit pecunias fructus recepit pro secũdo semestre: quandocunque reuocatio fieret ante 15. dies, nihilominus pro toto secũdo semestre societas duraret, adeo quod etiam si ille, qui pecunias præstitit, etiam post reuocationem in dicto semestre, pro quo fructus soluti fuerint, decederet, officialis pecunias lucraretur, non obstante reuocatione, quæ per actum contrarium; scilicet per receptionem fructuum sublata 16 fuit. iux. not. in l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæred. quando enim actus sequẽs est cõtrarius protestationi, dicitur a protestatione recessum, vt per Soc. Iun. cons. 107. lib. 2. nu. 3. & 6. & in reuocatione non videtur durare postquam recepit, vel fructus soluit, nec videtur factum, 17 quod non durat factum. l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso. Io. Cephal. cons. 77. nu. 14. & postquam

fructus

fructus per sex menses recepit, videtur tacite per dictum tempus societatem durare velle. l. qui in futurum. ff. de pact.

Si vero ille, qui pecunias accōmodauit, finito primo semestre, fructus pro alio semestre non recepisset, posset quandocunque beneplacitum reuocare, & societatem renunciare, & transactis 15. diebus sortem repetere, ex quo fructus non recepit, nec societas dicitur renouata, sed solum ad beneplacitum durat, quod potest etiam ad voluntatem vnius partis quandoque reuocari; & reuocato beneplacito, si ille qui pecunias dedit decederet, officialis pecunias receptas minime lucraretur.

SVMMARIVM.

1 *Societate dissoluta fructus non debentur.*
2 *Commodi causa cessante, commodum cessare debet.*
3 *Cessante causa, cessare debet effectus.*
4 *Officialis si est in mora ad restituendū sortem ad dāna, & interesse tenetur.*
5 *Reuocatio societatis sola non sufficit ad constituendū officialem in mora.*
6 *Protestatio solum declarat animum protestantis.*
7 *Reuocatio facta ad vnum effectum, alium operari non debet.*
8 *A mora ex iusta causa excusatur.*
9 *Mora sine interpellatione non committitur.*
10 *Negligens in exigendo interesse, illud petere non potest.*

C. A. P. LVIII.

SEd multi post finitum primū, vel secundum semestre societatem reuocant, nec fructus recipiunt, ne in casu mortis pecunias datas in societate amitterent; sed differunt sortem repetere, ut illo interim fructus currant: sed iudicio meo valde decipiuntur, quia post dissolutam societatem,
1 fructus non amplius debentur, cum societas, ob quam fructus soluuntur, per reuocationem dissoluta sit, & fructus ab illo, qui pecunias dedit licite propter periculum vitae percipiūtur:
2 Vnde commodi causa cessante, commodum etiam cessare debet. l. cū qui iurauit, in prin. ff. de iureiur. vbi Bar. Alex. & Ias. in 1. not. & facit regula vulg. quod cessante causa cessare de-
3 bet effectus. plene per Tiraq. in tract. cessante cau. in princ.

Et si diceretur, quod officialis tenetur ad damna, & interesse conuentum, scilicet ad rationem 12. pro centenario pro tempore, quo pecunias post societatis reuocationem retinuit, cum eas statim non restituerit, (vt tenebatur) quia promisit statim finita societate pecunias habitas restituere, & per reuocationem videtur interpellatus, & monitus ad restituē-
4 dum, ex quo statim non restituit videtur in mora fuisse, & ideo ad interesse teneri, iuxta not. in l. quod te. ff. si cer. pet. & in c. potuit. extra locati. Abb. in c. licet Hely. de simo. Hier. Gab. consf. 78. in fi.

Dici potest, quod officialis fuit in bona fide, si pecunias non restituit, ex quo expectabat, vt peterentur, vt soli-
5 tum est fieri, nec sola reuocatio ad constituendum in mora sufficit, quia per ipsam solum declaratur animus, & eius voluntas, quod non intendebat amplius in societate durare velle, vt dicitur de protestatione, iuxta not. per Doct. in l. Nesenius. vbi Bar. ff. de

M

ff. de negoc.gest.Paris.cons.162.num. 28. lib.4. vbi dicunt, quod protesta-
6 tio declarat animũ protestantis, nec vltra, quam verba patiantur, operatur. Bald. in l. & si quis. §. plerique. ff. de relig. Bar. in l. non solum. §. morte. ff de ope.no.nunc. vnde cum reuoca-
7 tio fuerit facta ad effectũ, vt officialis ad restituen. pecunias se prępararet, alium effectum operare non debet, & propterea dici non potest, officialem fuisse interpellatum ad soluẽdum, nec in mora fuisse, a qua etiam
8 ex iusta causa excusaretur, iuxta glo. in vers. cum petitum esset. l. vinum, & glo. in verb. detrimen. l. quod te. ff. si cert. pet. & ibi Dec. & Doct. Soc. Iun. cons. 72. nu. 10. lib. 2. in his enim societatibus (vt supradictum fuit) mora
9 sine interpellatione nõ committitur. faciunt not. per Matt. de Afflict. deci. 150. in fi. & licet promiserit statim finita, & dissoluta societate pecunias habitas restituere, intelligi tamẽ debet, facta interpellatione, prout de iure requiritur. Dec. cons. 74. col. 4. in fi. Tiraq. in gl. 2. §. 8. de retract. ligna. Vnde cum ex mala intentione pecunias postea non petierit, interesse non debetur, quia intentio semper inspi-
10 cienda est. glo. in c. sacerdotes. 16. quæst. 3. & negligens in exigendo interesse, petere non potest. Ruyn. cons. 104. lib. 4. post nu. 10. Alex. cons. 132. nu. 10. in fi. qui de restitutione capitalis vere loquitur, & quod dicit Gabriel. d. cons. 78. in fi. procedere possunt quando dies restitutioni apposita fuit, secus si apposita non sit, quia tunc requiritur interpellatio ad restituen. vt debitor in mora sit, & ita in specie declarat dictum Gabriel. Menoch. cons. 121. num. 107. & 108. libr. 2.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio beneplaciti necessaria est ad dissoluen. societatem.*
2 *Dictio, cum, importat conditionem.*
3 *Conditio importat formam.*
4 *Forma non seruata actus corruit.*
5 *Officialis non potest pecunias receptas in societatem restituere ante reuocationem societatis.*
6 *Societas non est soluta, nisi reuocatio pręcedat.*
7 *Reuocatio societatis per 15. dies ante, quare necessaria.*
8 *Reuocatio cui fienda est.*
9 *Reuocatio potest etiam fieri fideiussori.*
10 *Denunciatio debet fieri ei, a quo prius habuit titulum.*
11 *Reuocatio si non est facta principali, contra fideiussores agere non potest.*
12 *Reuocatio potest fieri extraiudicialiter.*
13 *Reuocatio extraiudicialiter facta debet per duos testes probari.*
14 *Reuocatio potest fieri tempore feriato.*
15 *Reuocatio an in scriptis fieri debeat.*
16 *Reuocatio domi fieri potest dimissa copia.*
17 *Reuocatio si fit domi, in scriptis fieri debet.*

CAP. LIX.

Reuocatio beneplaciti necessaria
1 est ad dissoluendam societatẽ, cũ pro forma tradita sit, postquam partes conuenerunt societatẽ ad beneplacitum durare, cum disdicta 15. dierum, dictio, cum, importat conditionem.

tionem,& conditio formam, & quā-
2 do aliquid ponitur,cōditionaliter illud tale dicitur esse de forma. Bal.in Auth. matri, & auiæ. col.1. quando mul.offi.tut.fung.po. Matth.de Affl.
3 decis.355.nu.5.& forma non seruata actus corruit.Bal.in l.humanum.col. 2.C.de legib.Anchar.cons.35.Angel. cons.89.Tiraq.de retract.§.36.glo.2. num.29. vbi late loquitur de denun-
4 ciatione fienda.

Et ideo si officialis pecunias habitas super eius officio nulla prius facta reuocatione restituere vellet, vt que ille,qui eas dedit recipere nō co-
5 geretur, sed posset replicare, nullam fuisse factam reuocationem, & propterea velle 15.dies ad collocandum suas pecunias, & illo interim officialis fructus soluere teneretur,quia imputandum est ei, si non fecerit,
6 iuxta conuenta, reuocationem, qui enim vult a societate recedere, denunciare tenetur. l. actione. §. denunciare. ff.pro soc. Salyc. in l.si patrus, in princip. C. commu. vtriusf. iud.Corn.cons.75.lib.3.in princ.cum talis disdicta requiratur ad finem, vt
7 ille, qui pecunias prestitit,possit eas locare, nec libellus habet vim notificationis.Corn.d.cons.75.Pariter etiam si ille, qui dedit pecunias, vult societatem reuocare,& pecunias recuperare non posset, nisi prius facta reuocatione per dies 15,antea.

Huiusmodique reuocatio debet fieri officiali, vel per officialem illi, qui pecunias accommodauit, cum
8 quo principaliter contraxit,& pecunias habuit, vel dedit, arg.legis minor.§.si seruus.ff.de euictio.l.1. C.de pericu.& cōmo. rei ven.c.fi.de empt. & vendit. Adnotat Dec. cons.74. in princ.Bal.in l.auctore.C.de euict.vbi dicit, quod denunciatio principali, non autem fideiussori fieri debet.

Sed, quia in instrumentis harum
9 societatum dici solet, quod talis reuocatio etiam vni ex fideiussoribus fieri possit, satis erit, quod fiet aut principali, aut vni ex fideiussoribus, vt illa verba aliquid operētur, iuxta not.per Bal.in rub. C. de contrahend. empt.l.si quādo. de leg.1. c.si Romanorum.15.distinct. Sed si dicta verba non adessent, reuocatio seu disdicta principali, non autem fideiussoribus fieri deberet per iura superius allegata.notat Bald. in l. libera, col. fin. C.de sentent.vbi dicit, quod denunciatio debet fieri ei, a quo prius
10 habuit titulum per tex. in d.§.si seruus, adeo, quod si huiusmodi reuocatio officiali facta non fuisset, contra eius fideiussores agere nō posset. arg.l.emptor fund. C. de euictio. vbi si non fuit facta denunciatio venditori,emptor nec contra venditorem, nec fideiussores regressum habet. Abb.in d.c.fi.de empt.& vend. igitur
11 vt ille, qui pecunias dedit, contra fideiussores agere possit, debet prius officiali reuocationem societatis notificare. d. l.auctore.d.l.emptor fundi.Dec.d.cons.74.col.4.

Potest etiam reuocatio extraiudi-
12 cialiter fieri, prout dicitur de interpellatione iux. not. per glo. Alexan. Ias.& Dec.in l.vinum. ff. si cert. pet. & in l. qui Romæ. vbi Bar.& Alex.in §. cohæres. ff.de verb.oblig. Ias.in l. quod te.ff.si cert.pet.& in §.superest. nu.64.& in §.sic itaque. num.42. Instit.de actio.Probare in l. si ex legati
13 causa.ff.de verb. oblig.in l.mora. in princip.ff.de vsur.Corn.cons.196.lib. 4. num.4. Paris. cons.123.lib.4.nu.9. Boer.in tract. de mora. num.17. hu-

iusmodi tamen reuocatio extraiudicialiter facta debet legitime probari per duos testes contestes, vt late deducit Corn.d.cons.196.lib.4.nu.4.vt fuit dictum in vna Romana societatis coram R.P.D. de Grissis, vbi etiã habetur, quod si reperiatur reproducta in die dominico, vel alio die feriato in honorem Dei, & sine testibus, non creditur Notario in extraiudicialibus sine testibus, prout not. per Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos. 10. num. 90.

Potest etiam fieri tempore feriato, vt dicitur de protestatione. vt per
14 Bart. in d. §. morte. dum dicit, quod fieri potest omni tempore, quod non solum procedit in protestatione declaratoria, sed etiam in illa, per quã quis in mora constituitur, vt per Fely. in c. cum M. de constit. nu. 55. Paris. cons. 123. nu. 5. lib. 4. vbi etiam dicit, quod sufficit, quod semel huiusmodi reuocatio facta fuerit, & etiam habetur in dicta decis.

Sed an talis reuocatio sine scriptis fieri possit, dicerem, quod quãdo per-
15 sonaliter fit, tunc sine scriptis fieri posset, sed coram testibus: per not. per Fely. post alios in d. cap. cum M. nu. 59. per tex. in l. si. ibi in scriptis, & sine scriptis. C. de negoc. gest. si vero fieret domi (prout fieri potest)
16 vt late per Tiraq. de retract. §. nono. glo. 2. nu. 1. vbi etiam ponit ad quam domum fieri debeat, & regulariter in instrumento societatis dici solet, quod etiam fieri posset domi dimissa copia; secundum Bart. in l. empti. C. de euictio. Ang. & Imol. in l. executione. §. in solidum. ff. de verb. oblig. Cardina. in Clem. cau. in fin. de elect. inferens ex eo, quod omnis intimatio, quæ obligat ad aliquod præiudiciale, in forma fieri debet. Si igitur copia dimittere tenetur, sequitur, quod in scriptis fieri debet, & ita semper obseruatur, quod talis reuocatio fit in scriptis per cursorem, & postea in actis alicuius Notarii ponitur, vt de ea semper apparere possit. Et quod
17 in scriptis fieri debeat, quando reuocatio fit domi, late habetur per Tiraq. in d. glo. 2 num. 8. vbi late habetur, quæ requirantur quando citatio, seu denunciatio fit domi.

SVMMARIVM.

1 *Societas an sit reuocata, si reuocatio non reperitur in actis reproducta, licet reperiatur facta.*
2 *Societas postquam reuocata est, non durat amplius.*
3 *Reproductio non est necessaria.*
4 *Reuocatio etiam extraiudicialiter fieri potest.*
5 *Reuocatio si non est reproducta habetur pro non facta.*
6 *Reuocatio facta ad instantiam procuratoris, de cuius mandato non constat, non valet.*
7 *Intimatio non est perfecta, si non est facta relatio.*

CAP. LX.

Sed quid, si fuit societas reuocata, & officiali intimata, nõ tamen in actis reproducta, & ille, qui pecunias præstitit post reuocationem, sed
1 ante reproductionem decessit, & post eius mortem hæredes reuocationem in actis reproduxerunt, ac pecunias datas officiali repetunt, an audiri debeant? & forte videbatur dicendũ audiendos esse, quia postquam societas fuit reuocata, & officiali intimata,

mata, societas amplius non durabat, & propterea officialis per obitum illius, qui pecunias dedit, non potest illas lucrari; cum iam societae per reuocationẽ finita esset. Dec. cons. 108. nu. 4. & licet reuocatio ante mortem
3 reproducta non fuerit, hoc nocere non debet, quia reproductio non est
4 necessaria, cum reuocatio possit fieri etiam extraiudicialiter, dummodo de ea constet, vt quia sit facta coram notario, vel testibus. Card. Clem. 1. de renunciat. num. 14. vers. 5. quaero, & in actis voluntariae iurisdictionis sufficit, quod citationis relatio quandocunque superueniat. Fely. in c. Ecclesiae sanctae Mariae. col. 10. circa fin. vers. limita cum Bal. de constit. in his enim magis attenditur veritas, quam probatio.

Attamen in Ro. Rom. propter fraudes, quae oriri possent ex noua productione, decisum fuit, quod pecuniae repeti non poterant, sed per officialem lucratae erant, vt per Veral. decis. 101. lib. 2. disdicta societate. Cum enim disdictam non reprodu-
5 xerit, videtur ea voluisse vti, & non vti, prout sibi videbatur. ideo ei prodesse nõ debet. l. si actioni. §. diximus. ff. pro soc. maxime si esset facta ad instan. principalis, seu eius procuratoris, & sic incerta, si non constabat, quis esset procurator, neque de illius mandato, quod erat inferendum, ali-
6 ter non creditur, maxime si reuocatio in scriptis facta fuerit, & in principio cedulae scriptum sit. A. C. & sic apparebat fore factam animo reproducendi coram A. C. eum non fecerit, videtur declarasse animum suum nolle amplius illa vti, vt dicitur de citatione. Anchar. in Clemen. 2. circa fin. vers. post lapsum. vt lite pẽden. Fely. in c. illud. col. penul. vers. 2. con-
7 clus. de praescript. nec intimatio censetur perfecta, nisi a cursore, vel nuncio sit facta relatio. Fely. in c. gratũ, col. 2. de officio deleg. Ias. in l. nequicquam. §. vbi decretum. de offic. procons. Ioan. Cephal. cons. 77. num. 52. & ita fuit conclusum coram R. P. D. Achille de Grassis; die vltima Augusti. 1553.

SVMMARIVM.

1 *Societas per reuocationem dissoluitur.*

2 *Societas durat etiam per 15. dies, si reuocatio fuit facta per dies 15. ante finem sex mensium.*

CAP. LXI.

Sed an facta reuocatione societas dissoluta sit, & videbatur dicen. quod sic, quia societas per renuncia-
1 tionem dissoluitur, vt habetur per Bar. cons. 35. lib. 1. contrarium tamen
2 decisum fuit, quod societas durat etiam per illos 15. dies, si reuocatio per 15. dies ante finem sex mensium facta fuerit, vt per Put. decis. 68. lib. 5. in vna Romana. adeo, quod si intra illos 15. dies ille, qui dedit pecunias, morte naturali decederet, non obstan. reuocatione, officialis pecunias super eius officio receptas lucraretur, quia in societate diceretur decessisse; cum illa etiam per illos 15. dies perduret, & fructus pariter currunt. Put. in d. decis.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio debet fieri per 15. dies ante finem sex mensium.*

2 *Dies isti an debeant esse artificiales, vel naturales.*
3 *Dies simpliciter prolatus intelligitur de die naturali.*
4 *Dies reuocationis an in termino 15. dierum computari debeat.*
5 *Lex more Romano etiam in contractibus seruari debet.*

C A P. LXII.

Reuocatio, seu disdicta (vt dictũ fuit) per 15. dies præcedẽtes fie-
1 ri debet, dubitari posset de duobus.
2 Primo an debeant esse 15. dies artificiales, videlicet 12. horarum vel 15. dies naturales. 24. horarũ & dici debet, quod debent intelligi de diebus naturalibus, vt in l. more Romano. ff. de fer. cum. n. simpliciter de die actum est, intelligitur de die naturali 24. horarum. l. eum qui certarum.
3 ff. de verb. obl. §. in diẽ. Instit. de verb. oblig. Ias. in d. l. more Rom. vbi aliã assignat rationem. plene habetur per Gomes. in reg. de infir. resign. quæst. 38. vbi concludit, quod dies 20. de quibus loquitur illa regula, de diebus naturalibus intelliguntur, & plenius per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 11. num. 7. Secundo an dies factæ reuocationis in termino 15. die-
4 rum computari debeat. Et licet variæ sint opiniones, an dies termini computari in termino debeat, vt per Tiraq. in d. glo. num. 18. & multi dicant, tempus debere computari de momento ad momentum, tamen in casu nostro crederem diem reuocationis minime cõputari debere, nec posse fieri computatio de momento ad momentum, cum in intimatione reuocationis non soleat apponi hora, & illa dies non computatur. Alex. in l. 1. si quis cautio. num. 10. Vnde si reuocatio esset facta vltima die Aprilis, illi 15. dies inciperent a media nocte subsequenti, adeo quod die 15. Maii vsque ad mediam noctẽ. d. diei 15. dies essent finiti, vt in d. l. more Rom. vbi Doct. & in cap. consuluit de off. deleg. Vnde si N. qui dedit pecunias reuocaret societatẽ, die vltima Aprilis, & postea decederet die 25. Maii ante mediam noctem d. diei, diceretur infra 15. dies decessisse, per ea, quæ adnot. Archid. in cap. quod a partibus, in verbo, sabbathi. distinct. 75. vbi dicit, si quis promisit se quicquam facturum, vel daturum aliquo certo die, adimpleuit si dedit, aut fecit infra mediam noctem sequentem illum diem. Dec. in d. cap. consuluit. Tiraq. vbi supra num. 7. Gomes. in d. reg. quæst. 37. Bal. in d. l. more. Fely. in d. c. consuluit, vbi dicit, quod in contractib. & aliis actib. debet
5 seruari d. lex more. Alexan. in d. l. 1. §. si quis cau.

S V M M A R I V M.

1 *Societas dissoluta ante tempus fructus percepti pro rata temporis restituuntur.*
2 *Fructus percepti, non percipiendi soluto matrimonio, debent diuidi pro rata temporis.*
3 *Ablatiui absoluti durãte societate conditionem important.*
4 *Repetitio datur fructuum solutorum pro rata, si societas per sex menses non durauit.*

C A P. LXIII.

1 Sed posset dubitari, quid si officialis fructus anticipatos soluisset pro se-

pro semestre, & deinde ad paucos dies decederet, quo in casu societas dissoluta esset; quia etiã, quod societas ad sex menses facta fuisset, intelligitur tamen, nisi mors interuenerit. Anchar.cons.244. Alex.cons.34. lib. 2. Dec.cons.214.in princ. Ruyn.cons. 90. post nu.11. lib.1. & hæredes officialis, siue fideiussores pecunias restituere tenerentur, an hæredes, vel fideiussores possent ab illo, qui recepit fructus pro toto semestre, repetere illos a die dissolutæ societatis. & dicendum est, quod sic, per ea, quæ
1 dicit Soc.post Cuma.in l. qui Romæ, num.21. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod si aliquis aliquam rem ad vitam emerit, & is moriatur fructibus pendentibus, illi pro rata tẽporis inter venditorem, & hæredem emptoris diuidi debent, vt etiam late explicat Couarru.in lib.1. varia. resolut. cap.15. post num.6. Doct. in l.diuortio. ff. soluto matrim. vbi dicunt, quod soluto matrimonio fructus percepti vel percipiẽdi debent diuidi pro rata temporis, & de pensione iã soluta in princ. anni, adnot. Saly. in l. fructus. C.de act.empt.colum.fi.vers. alij dicunt. Et idem dicendum est, si
2 societas per mortem violentã illius, qui pecunias dedit, dissolueretur, etiam isto casu fructus pro rata temporis, etiam quod anticipate soluti fuissent, diuidi deberent, & pro rata excomputari, cum die mortis societas finita sit, nec fructus amplius debeantur, eo magis, quia in dictis societatibus soleat apponi clausula, cum pacto, & conuentione, quod si societate durante, persona nominata moriatur morte naturali quod officialis superlucretur sortẽ principalem, & teneatur solũ ad solutionem fructuum, hucusque tunc decursorũ. Vnde etiã, quod fuerint soluti anticipate, intelliguntur soluti, si societas per sex menses perduraret, quia
3 ille ablatiuus absolutus, durante societate, cõditionẽ importat, quæ conditio cũ cessauerit, fructus a die cessationis restitui debent, etiã qui a principio simpliciter soluti fuissent. l. itẽ quod dictum. l. Imperator. ff. de in
4 diem adiect. & repetito datur ex capite societatis non secutæ, vel non continuatæ. l. cum a te. C. de pact. inter empt. & vendit. Bar. & omnes in l. fin. ff. de condit. ca. dat. Causa enim solutionis factæ est redacta ad non causam, vel ad causam illicitam vt dicit Saly. in d. l. fructus, col. fi. illicitũ, sane esset, quod fructus etiam soluti, soluta societate retinerentur.

SVMMARIVM.

1 *Officialis, qui pecunias in societatem recipit, semper dare solet fideiussores pro fructibus soluendis, & sorte restituenda.*
2 *Fideiussores in omni obligatione accedere possunt.*
3 *Fideiussores principaliter, & in solidum obligati dicuntur duo rei debendi.*
4 *Fideiussores si diuerso tempore in diuersis instrumentis se obligent, etiam quod in solidum se obligauerint, dicuntur tantum fideiussores.*
4 *Idem si expresse hoc actum fuit.*
6 *Creditoris scientia quid essent fideiussores an ei præiudicet.*
7 *Fideiussores retinent naturam fideiussorum, etiam quod principaliter se obligauerint, quando negocium solum ad officialem spectat.*
8 *Creditor potest agere contra omnes in-*

solidum obligatos, etiam quod pecunia ad vnum solum peruenerint.

9 *Fideiussor principaliter obligatus exceptionē excussionis opponere nequit.*

10 *Fideiussor in solidum obligatus potest dicere, quod sumptibus ipsius principalis prius conueniatur.*

11 *Fideiussores in solidum obligati quo ad officialem, retinent fideiussorum naturam.*

12 *Solutio facta ab vno ex conreis prodest alteri.*

13 *Creditor vnica solutione debet esse contentus.*

CAP. LXIV.

Officialis, qui pecunias sub nomine societatis recipit, semper
1 promittere solet huiusmodi societati facere accedere, ac dare duos fideiussores principaliter, & in solidum obligatos, cum in omni obligatione fideiussores accedere valeāt. l. 1. ff. de
2 fideiuss. §. 1. instit. eod. qui fideiussores postea informati ad plenum de societate, omnibusque in ea contentis, & scientes se non teneri, sed teneri, & obligatos esse volentes, sponte ex certa scientia, spontaneaque voluntate (quæ clausula multum operatur, vt per Alex. cons. 157. lib. 7. col. fi. & cōs. 61. lib. 2.) dictæ societati, & omnibus in ea cōtentis, vt principales, & principaliter in solidum accesserunt, & promiserunt sese ex nunc de ipsorum proprio principales faciendo, & constituendo debitores in fauorem N. creditoris. Nam fideiussores sic pro-
3 mittentes respectu N. creditoris dicuntur duo rei principaliter, & in solidum obligati, & principaliter, & in solidum conueniri possent. Bart. in l. fin. & in l. 2. & in l. eadem. ff. de duob. reis. non aliter etiam discusso principali, ex quo simul, & semel cum dicto officiali se obligarunt, vt dicunt Pau. Castr. in l. sed Iulianus. in princ. ff. ad Macedo. Roma. cons. 114. visis Alex. cons. 29. nu. 36. lib. 7. Ias. cons. 58. lib. 3. Bar. Ang. Paul. Castr. & Imol. in l. 2. in l. reos. ff. de duobus reis. Aret. cōs. 33. Aymo. cons. 91. nume. 4. Hippo. in rub. de fideiusso. num. 62. Cappel. Tolos. decis. 23. Natta cons. 52. Gratia. cons. 128. & cons. 87. nu. 25. vbi dicit, quod eo maxime procedit, si obligatio esset in forma Cameræ.

Sed secus si principaliter, & in solidum diuerso tempore, & in alio in- 4
strumento se obligassent, tunc non dicerentur duo rei, sed fideiussores, &
eis beneficium excussionis competeret. Alex. d. cons. 29. lib. 7. n. 39. Ias. d. cons. 58. Laurent. Sylua. cons. 84. nu. 3. vel nisi etiam expresse actum foret, quod etiam respectu creditoris fideiussores essent, vt dicit Paul. Cast. in d. l. sed si Iulianus. Natta d. cōs. 52. nu. 6. Bart. Paul. Castr. in l. reos. Doct. in l. 3. §. vbi, & ibi Roncagal. post nu. 166. ff. de duobus reis. Aret. cons. 33. num. 8. Guid. Papa. quæst. 570. col. fin. Ruy. cons. 140. nu. 8. lib. 1. & cons. 19. nu. 9. lib. 4. Paris. cons. 110. nu. 25. lib. 1. Sola tamē scientia creditoris, quod
6 vere essent fideiussores non sufficeret, quin ipse contra omnes in solidū agere posset. Paul. Castr. & Docto. in d. §. vbi, & ibi Roncagal. num. 169. & 170. vbi ad Doctr. Bar. respondet, qui solam scientiam creditoris sufficere tradidit, cuius opinio sequenda est secundum Aret. ibi propter auctoritatem Gloss. & Bar. vnde ad fugien. has controuersias non approbo recognitionem bonæ fidei ad præsentiam creditoris fieri.

Aliqui

Aliqui etiam dicunt, quod si appareret negocium solum ad officialem 7 spectare, & ad ipsum peruenisse pecunias, etiam quod alij principaliter & in solidum se obligauerint naturam fideiussorum retinent, & beneficio fideiussorum gauderent, vt adnot. Guliel. de Cun. in d. l. sed Iulianus. §. idem ait si duos. Bart. in d. §. vbi duo. num. 15. & ibi Aret. & alij hanc opin. sequuntur: & propterea officialis prius conueniendus esset per tex. in l. actione. §. si cõmunis pecunia. ff. pro socio. vbi habetur, quod si communis pecunia sit penes aliquẽ sociorum, vt, quia fecerunt ipsum dispositarium seu bursarium, prius agendum est cum illo, quam cum alijs. Rafael Cuma. cons. 183. col. 1. & circa fin. Io. de Anan. cons. 61. Soc. cons. 24. lib. 1. col. 4. Bar. in rub. iudic. sol. col. 2. vers. quærit. Di. allegat l. fideiussoris de pact. vbi fideiussor habetur pro principali, & è contra ratione emolumenti; hanc etiam opin. videtur tenere Franc. Cremen. sing. 28. Paul. Castr. cons. 409. cõsideranda. lib. 1. & in cons. 351. in causam Syluestri, lib. 1. dicens principalem eum censeri, qui commodum habuit: quicquid in contrarium verbis actum fuerit. Guid. Papa d. quæst. 570. num. 6. Ex quo enim pecuniæ ad officialem peruenerunt, ipse est principalis, alij vero fideiussores, etiam quod principaliter se obligauerint. Alex. in l. Marcellus. ff. de fideiusso. Sequitur hanc opin. & secundum eam dicit fuisse obtentum, Corn. cons. 124. col. 2. lib. 1. & cons. 316. col. 1. lib. 4. Alex. cons. 106. col. 1. & cons. 149 lib. 2. & cons. 66. lib. 4. & 116. lib. 6. Dec. cons. 278. Roncagal. vbi supra, plene habetur per Hippol. in rub. de fideiusso. num. 370. & num. 65. & in singul. 2. multos etiam pro ista parte allegat Tiraq. de retract. ligna. §. 1. num. 8. Io. Cephal. cons. 220. nu. 17. Aret. in §. si plures, num. 8. Institut. de fideiuss. vbi dicit, quod hoc procedit, nisi esset renunciatum beneficium Epistolæ Diui Adriani, & de fideiussoribus, & de duobus reis, tunc vt principales conueniri possent propter dictas renunciationes. Papien. in for. libelli contra plures reos debendi. vers. vlterius quæritur. Boer. decis. 245. num. 5. & multa dicit. Barba. cons. 12. col. 3. & cons. 86. lib. 4. & plene per Roncagal. in d. §. vbi duo. num. 186. & ideo, quando pecunia datur in societatem, & non cedit ad commodum officialis, sed tertij, qui bonam fidem recognoscit, & indemnem officialem, & alios obligatos conseruare promittit, tunc non laudarem recognitionem ad præsentiam creditoris fieri, quia si habet notitiam ad quem commodum peruenit, contra illum prius forte agere deberet. Bar. & Aret. in d. l. eadem. ff. de duob. reis.

Sed supradicta sententia, quod semper sit agendum contra illum, ad quem pecuniæ peruenerunt, non ita 8 passim est intelligenda, vt semper procedat, vt videtur sentire Hippo. in d. rub. Nam Roman. in cons. 114. dicit, quod opin. Guliel. est falsa, & propterea quando plures principaliter sunt obligati, etiam quod ad vnum pecuniæ peruenerint, tamẽ quilibet pro rata tenetur nisi in solidum obligati essent. Franc. Aret. cons. 33. num. 8. dicit, quod quando constat pecunias ad vnum peruenisse, qui ad effectum resultantem inter ipsos

cub con-

correos alij dicuntur fideiussores, cæterum quoad creditorem non videntur adinuicem fideiubere, sed omnes sunt principaliter obligati, & in solidum a creditore coueniri possunt, quia tunc obligationem alienã suam fecerunt. Natta cons. 261. nu. 3. Paul. Cast. in d. l. sed Iulianus. Natta consil. 52. Vnde cum in casu nostro præfati N. N. non solum principaliter se obligauerint, & in solidum se principales debitores cõstituerint, in solidum a creditore conueniri poterunt, tamque plures rei debendi, Aret. in §. huiusmodi, & in §. 1. Instit. de duob. reis, & ideo est in facultate creditoris, quem solum in solidum conuenire velit. §. si plures. Instit. de fideiusso. vbi Aret. & in l. 3. ff. de duobus reis. licet ad vnum tantum pecuniæ peruenerint, l. si non singuli. C. si cert. pet. vbi Bald. in 1. notabili, & Saly. Et licet creditor sciuerit ad quẽ pecuniæ peruenerint, tamen non erat alias daturus, pecuniam in societatem, nisi quoque alios in solidum haberet obligatos, vt dicit Aret. in d. l. 3. §. vbi duo. ff. de fideiusso. & plene per Roncagal. in loco citato, num. 169. vbi ad omnia contraria respondet, & declarat, quando procedunt. & in l. reos. num. 28. de duob. reis. & ideo Paul. Castr. in d. l. sed Iulianus, & in d. l. reos. post Bart. dicit, quod duo rei debendi, quo ad creditorem non dicuntur adinuicem fideiubere, adeo quod si creditor agat contra vnum in solidũm, ille beneficium excussionis opponere possit, ex quo ad officialẽ pecuniæ peruenerũt nisi fuerit expresse actũ, vel nisi color quæsitus in fraudem legis fuerit, vt ibi declarat Paul. Castr. Alex. cons. 66. lib. 4. per totum. Angel. cons. 48. Soci cons. 71. lib. 3. Ruyn. cons. 142. lib. 1. col. 1. igitur quando non est expresse actum cum creditore, si creditor agat contra vnum, etiã quod ad eum pecuniæ non peruenerint, exceptio excussionis opponere non poterit, ex quo principaliter & in solidum teneri voluit. Paul. Castren. in d. §. si duo, alias illa verba principaliter, & in solidum se debitores constituerunt, superflua essent, vt ibi Paul. Castr. considerat, sequitur Hippol. in rub. de fideiusso. nu. 62. creditor igitur poterit agere contra quem maluerit ex pluribus in solidũ obligatis, etiam quod pecuniæ solum ad officialẽ peruenissent. Alex. cons. 19. lib. 7. num. 36. Soc. cons. 71. lib. 3. Nec reus cõuentus

9 beneficium excussionis fiendæ opponere poterit, iuxta Auth. præsente. C. de fideiusso. idem Laurent. d. cons. 84. num. 3. sed solum competeret beneficium diuisionis, secundum Auth. hoc ita. C. de duob. reis. nisi illi beneficio renunciasset. Natta consil. 52. Roncagal. vbi supra, etiam quod creditor sciuisset ad quem pecuniæ peruenissent, quo casu captio, vel color quæsitus dici posset, iuxta not. in l. sed Iulianus. §. 1. ad Senat. consul. Maced. bene declarat Roncagal. in l. reos, nu. 42. ff. de duob. reis.

Sed bene poterit ille, qui pecunias non habuit, si prius conueniatur, dicere, quod prius suis sũptibus

10 pecunias ac suo periculo ille, qui habuit discutiatur, & tunc saltem de æquitate creditor facere cogitur. Bar. in l. in duobus. §. si duo. nu. 15. ff. de duob. reis. per tex. in l. vnde quæritur. ff. commod. vbi etiam Bar. nu. 12. & Paul. Castr. & Bar. in l. cum plures. §. vestimenta. ff. locati. Angel. Imol. Paul. Castren. in d. l. reos, & in d. §. si duo

duo, & in l.2. §. vbi. ff.de duob.reis. Aret.in §.duo plures. Instit.de duob. reis.Roman.consil.114.num.4. Io.de Ana.cons.60.& ibi Ludo.Bolo.in addit.Bald.cons.266.lib.1. in addit. ad Abb.in cap.2. de fideiusso. & ita fuit iudicatum in Rota Rom. Sarnen.decis. 142. executio per vnum ex obligatis. Natta d.cons.51.num.7. Roncagal. in d.§. vbi, num.166.quod tamen intelligit Aretin.in d.§.duo plures, si non est difficilis, secus si difficilis esset, tunc creditor cogi nō posset: & an sit difficilis arb. iudicis relinquitur, vt ibi dicit Aretin. nu.4. per tex. in d.§. vestimenta. vbi Bart. Angel.in l.2. C. de curat. bon. dand. Alex. in l. si cum dotem. §.transgrediamur. nu.7.solut.matr. Bal.autem in cons.266.lib.1. hoc ponit in voluntate creditoris. Et prædicta procederent nisi esset renunciatum beneficio Epistolæ Diui Adriani, de fideiusso. & de duobus reis. Aret.in §.si plures. Instit.de fideiusso. Abb.in d.c.2.nu.6. de quibus renunciationibus habetur per Alex.Hippol.in rub. de fideiusso. num.7.cum sequen.

11 Quo verò ad ipsum officialem fideiussores reputantur, cū negocium non ad ipsos, sed ad officialem spectet. Io.Faber.in rub.Instit.de fideiusso.Alex.cons.41.in prin.lib.5. Et propterea solutum ab officiali repetere possent.l.vir & vxori.§.fi.ff.ad Velle. vbi Fulg.& Castren. Bart.in d.l.reos. Franc.Aret.cons.33. Corn.cons.316. lib. 4. col.1. vers. tamen his non obstan.Bald.cons.466.lib.5. Paul.Castr. cons.331. lib.1. in causam Syluestri. col.2.in princ. Aymo. cons. 17.nu.3. Natta cons.260.

Et ideo si pecuniæ non ad officialem, sed ad alium tertium peruenissent, qui bonam fidem recognouisset, ac omne commodum, & incommodum in se suscepisset, ipse indemnem non solum officialem, sed etiam fideiussores; & principaliter obligatos, si soluissent, cōseruare teneretur, cum negocium ad illum, qui bonam fidem recognouit, & pecunias habuit, spectet, vt habetur in locis supra citatis, & in Auth.de fideiusso.& ibi glo. Hiero. Gabr.cons.63.lib.2.

12 Solutio autem facta ab vno ex conreis prodest alteri. Bart. in l.ex duobus, de duobus reis, creditor enim qui duos conreos debēdi habet, vni-

13 ca solutione debet esse contentus, alias eius intētio reijcitur, vt inquit Bar.in d.§.vbi duo. n.3.& bona fides non patitur, vt his idem exigatur. l. bona fides. de reg.iur.vbi Doct.quod non solū procedit in vera solutione, sed etiam in acceptilatione, quæ ficta dicitur solutio. l.si ex pluribus. ff. de acceptil. Bart.in d.l.ex duobus. in 2. quæst. quod procederet, etiā si fieret pactum, quod solutio alteri non prodesset, quia nulla lex reperitur, quæ potestatē vni ex conreis soluendi, & se liberandi præstet, ita vt alteri non prosit, vt voluit Cuma.in l.& per iusiurādum.§.si legatorum. de acceptila.Ang.in l.si plures pecuniam.in fin. ad Trebell.Soc.& Gallia.in l.si tamē hominem. de verb.oblig.licet Bar.in d.l.ex duobus.in 2.quęstione.contrarium tenuerit, & idem in acceptilatione facta cum pacto, vt alteri non prosit, quicquid dicat Bart. quæ fieri nō potest. Aret.in d.l.ex duobus.Ias. in d.l. si tamen hominem. Dec.in l.1. C.de transact.ex quibus apparet hāc esse communem opinionem, vt dicit Petrus Beninten. in decis. Bonon.81. nu.9.cum sequen.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Societas an sit perfecta, si officialis non dedit duos fideiussores, prout promiserat.*

2 *Creditor si agit contra vnum ex duobus reis, tenetur soluenti cedere actionem.*

3 *Creditor si non potest cedere actionem, obstat ei exceptio cedendarum. & num. 7.*

4 *Fideiussor promittere videtur etiam contemplatione alterius confideiussoris.*

5 *Promissio de dando duos fideiussores dicitur facta ad fauorem creditoris, in eius damnum redundare non debet.*

6 *Creditor potest renunciare fauori suo etiam tacite.*

7 *Exceptio cedendarum si absque culpa creditoris actionem cedere non potest, ei non nocet.*

CAP. LXVI.

Alia etiam quæstio subnecti potest, quæ forsan alias ventilata fuit. Officialis, qui scuta 100. in so-
1 cietatē receperat super eius officio, promisit dare fideiussores huiusmodi societati, & omnibus, & singulis in ea contentis principaliter, & in solidum accessuros, videlicet Franciscum, & Antonium, quos promisit indemnes releuare, &c. Deinde Franciscus certificatus per Notarium de dicta societate, & omnibus in ea contentis sciens &c. sponte &c. dictæ societati vti principalis, & in solidum accessit, ac in forma Cameræ se obligauit: Antonius vero minime accessit, nec se obligauit; officialis postea obiit, per cuius mortē societas finita fuit. Petrus, qui pecunias dedit, a Frācisco sortem, & fructus repetit, cum principaliter, & in solidū se obligauerit. Franciscus replicat non teneri, quia societas non habuit effectum, ex quo officialis non fecit accedere Antoniū alium fideiussorem, vt promisit, vel saltem si effectū habuit, ex quo alter fideiussor non se obligauit, non potest Franciscus se præualere contra fideiussorem, vel conreum: & Petrus, qui repetit sortem non posset contra An-
2 tonium Francisco actiones cedere: creditor enim si agit contra vnum ex duobus reis, vel contra vnum ex fideiussoribus, tenetur etiam inuitus fideiussori soluenti cedere iura, & actiones contra confideiussorem, vel conreum. l. cum aliter. l. 2. C. de fideiusso. l. fideiussoribus. ff. eod. tit. l. 1. & ibi notatur. C. de duob. reis. l. Modestinus. ff. de solut. Soc. cons. 200. col. 1. lib. 2. & vbicunque petitur, quod cre-
3 ditor actionē cedat, & ex aliqua causa cedere nō potest, tunc ei obstat exceptio cedendarū. l. Stichum. §. si venditor. il 2. ff. de solut. l. si pupillus alterū. ff. de admin. tut. & vtrobiq. per Bar. & in l. si stipulatus. §. 1. ff. de fideiussor. Matth. de Afflict. decis. 182. Ill. præc. meus Alc. cons. 87. lib. 6. tom. 2.

Franciscus enim videtur non solū contemplatione officialis promisisse,
4 sed etiam Antonij ratione mutui periculi, quia a princ. promisit, quod ēt Antonius principaliter, & in solidum accederet. declarat Bart. in d. l. si stipulatus. §. fin. vbi & Castr. per tex. in l. Modestinus. ff. de solut. Salyc. in l. 2. C. de fideiusso. Imol. in l. reos. ff. de duobus reis. col. fin. vers. pro prædictis, vbi inquit, quod quando duo ad idem se obligant, etiam ex causa lucratiua

cratiua, videntur se obligare respectu periculi communis, Franciscus enim solus non se obligasset, nisi vidisse alterum ad idē se obligare, & sic vnus propter alium respectiue promisisse videtur. Negusan. in tractatu de pigno. & hypothecis, in 3. membro 5. partis. nu. 36. vers. 5. fallit. Io. Cephal. cons. 120. num. 9. Et cum facto ipsius creditoris euenerit quo minus Antonius se obligauerit, quia debet procurare, antequam pecuniam persolueret, vt promissa per officialem adimplerētur, scilicet vt faceret prius Antonium obligare, vnde cum ex facto creditoris euenerit, vt cessio Francisco fieri non posset saltem pro dimidia, vt per Sal. in rub. & per Cyn. in l. 2. C. de fideiuss. obstat ei exceptio cędendarum, & cum causa agitaretur audiui per iudicem primæ instantiæ fuisse sententiatū Franciscum solum teneri ad medietatem dictorum scutorum 100. cui resolutioni, siue sententiæ creditor minime quieuit, quia
5 promissio facta ab officiali de dando duos fideiussores, &c. fuit ad fauorem, & maiorem cautelam creditoris, ergo si ambo non accesserunt in eius odium, & damnum redundare non debet, arg. l. fin. ff. de vsu, & habit. Ias. in l. ius autem ciuile. col. pen. ff. de iust. & iure, quod non videtur dicendum. l. quod fauore. ff. de legibus. c. quod ob gratiam. de reg. iur. in 6. Bar. in l. quamuis. ff. de pign. actio. vbi dicit, quod si quis promisit centū dare ad certum tempus, aut pignora, aut fideiussores, si debitor postea vellet dare fideiussores, vel pignora, non poterit, si creditor velit cētum, ne illud, quod fuerat inductum ad fauorem; & cautelam creditoris in eius odium redūdaret. sequitur Alex. post Castren. in l. 3. §. ex conuentione. nu. 5. ff. de re dub. ille enim, qui pecunias officiali præstitit, voluit duos fideiussores, vt magis cautus esset, non autē vt sibi præiudicaret, & actus vltra eius intentionem operari nō debet. l. non omnes. ff. si cert. pet. Fel. in c. inter cæteras. de rescript. vers. fallit
6 2. & fauori suo renunciare potuit. l. si quis in conscribendo. C. de Episc. & Cleric. l. penul. C. de pactis; & in pulchro casu consuluit Anchar. cons. 141. & Dec. cons. 12. & Afflict. decis. 378. nu. 5. Quę renunciatio non solū expresse sed etiam tacite fieri potuit, prout quando quis potest opponere, non opponendo fauori suo renunciare videtur, vt plene tradit Dec. in l. in ambiguis. §. non est nouum, & in l. res iudicata. ff. de reg. iur. vnde cum datio duorum fideiussorum principaliter, & in solidum obligatorum ad fauorem tenderet creditoris, eo volente intelligi debet. Anchar. cons. 141. Dec. d. cons. 12. col. 2. Vnde cum non petierit, & pecunias ante promissionem fiendam per alium fideiussorem persoluerit, videtur saltem tacite se de fideiussore iam dato contentum remansisse: præstatio enim fideiussorum onus erat officialis, qui ad ipsos præstandos se astrinxit. Ancharan. d. cons. 141. col. 1. in fi. & quod alicuius onus est factum, in eius commodum redundare non debet. l. legatorum. ff. de interdict. relega. Et propterea nec officialis, nec F. principaliter, & in solidum obligari propter inobseruantiam promissorum ex parte ipsorum societatem fuisse irritam dicere possunt, & si alter fideiussor, vel expromissor nō accessit, vt officialis, & F. promiserunt. Ancharan. d. cons. 141. col. 1. Culpa enim, & mora ipsorum

rnm

rum ipsis, & non alteri nociua, & nõ proficua esse debet. c. mora, de reg. iur. in 6. facit d.l. legatorum.

Ideoque exceptio cedendarũ minime creditori obstat, qui non ex culpa ipsius, sed officialis, & F. factum fuit quin ipse actionem cedere pos-
7 sit, quo in casu non obstat creditori exceptio cedẽdarũ. l. his. §. si duos. ff. de solut. & oblig. & iura ex aduerso allegata habent locũ, quando obligatio facta fuisset per fideiussores, & creditor vnum liberasset vel aliter in culpa fuisset, vt iam post factam obligationem actionem cedere non posset, vt habetur in d.l. Stichum. §. penul. ff. de solut. & per Soc. consil. 200. Doct. in l. iubemus. C. ad Velle. Cyn. in d.l. 2. Sed in casu proposito creditor non fuit in culpa, sed & officialis, & etiam F. qui principaliter, & in solidum se obligauit ad omnia contenta in contractu societatis, & propterea etiam ipse tenebatur facere accedere alium fideiussorem; vnde cum non adimpleuerit, nec procurauerit alium accedere, imputandum est sibi, si exinde damnum secutum fuerit. l. quod quis. ff. de reg. iur. prima igitur sententia, vt audiui, & bene iudicio meo reuocata fuit.

SVMMARIVM.

1 *Cessio a creditore fideiussori, vel correo soluenti fieri debet.*
2 *Fideiussori etiam principaliter obligato aduersus creditorem exceptio cedendarum competit.*
3 *Etiam si cessio contra cedentem resultaret.*
4 *Etiam si fideiussor in forma Cam. obligatus esset.*
5 *Cessio est necessaria, aliter fideiussor nõ posset agere contra confideiussorem.*
6 *Exceptio cedendarum non competit, si ei fideiussor renunciasset.*

CAP. LXVII.

Cessio a creditore fideiussori aduersus aliũ fideiussorem, & a correo aduersus conreum fieri debet, & etiam inuitus cogitur, tam actiones personales, quam hypothecarias soluenti cedere, vt per Bar. Bal. & Saly.
1 in l. 2. C. de fideiussoribus, & in l. 1. C. de duob. reis. Soc. cons. 200. lib. 2.
2 & ideo fideiussori etiam principaliter obligato competit exceptio cedendarum aduersus creditorem, vel cessionarium eius personam repræsentantem, iux. tex. in l. in fideiussoribus, & in l. vt fideiussor. ff. de fideiussoribus, & in l. Modestinus. ff. de solutio. & in Auth. præsent. C. de fide-
3 iussoribus, quod procedit etiam si cessio contra ipsum cedentem resultaret, vt declarat Alex. in l. de die. §. si fideiussor. ff. qui satisd. cogan. Dec. cons. 104. col. 2. Negusan. in tract. de pigno. hypoth. in 3. memb. 5. part. nu. 32. Soc. cons. 206. prout etiam habet locum non obstante quod fideiussor
5 obligatus sit in forma Cameræ. Ant. Gallesi. in tract. ad for. Cam. in 1. quæstione. 4. part. nu. 10. quia huiusmodi obligatio non habet specificam, & expressam renunciationem exceptionis cedendarum, sed solum habet generalem omnium exceptionum, quæ non impedit, quo minus exceptio cedendarum opponi possit, vt originaliter voluit Bald. in d. Auth. præsente, num. 4. vers. dicit statutum. Roman. cons. 471. Alex. in addit. ad Bar. in l. si ex duobus. §. si a Titio. ff. de duobus reis, & in l. ei, qui. in vltima add. ff. de

de fideiussoribus, & in cons. 196. num. 9. lib. 6. Dec. cons. 99. num. 3. & cons. 104. & cons. 446. Fely. in c. ex parte, il 2. 10. fall. de offic. delegat. Hippo. in rub. de fideiusso. nu. 28. Paris. cons. 110. num. 98. lib. 1. & adeo necessaria est huiusmodi cessio, quod si illa non fieret, actio fideiussori, vel conreo solventibus contra alios fideiussores, vel conreos non competeret. d. l. fideiussoribus. ff. de fideiusso. l. 1. l. cum aliter, vbi Glos. Bar. & Bal. C. de fideiusso. Eiusmodi tamen exceptio fideiussori vel ei, qui soluit, non competeret, si beneficio cedendarum renunciasset. Negusan. in d. tracta. in 3. memb. 5. partis nu. 36. vers. 4. fallit, quæ tamen exceptio sublata non esset ex generali renunciatione: Paul. Cast. in l. si stipulatus. §. si ex duobus. ff. de fideiuss. num. 9. Dec. cons. 99. non tamen desunt, qui contrarium te-
6 nent. Corn. cons. fi. lib. 2. Soc. cons. 220. lib. 2. Negusan. vbi sup. num. 21. Matth. de Afflict. decis. 182.

SVMMARIVM.

1 *Cessio in ipsa solutione, & non post, fieri debet.*

2 *Cessio in continenti facta præsumitur.*

3 *Fideiussori etiam post solutionem cessio fieri potest.*

4 *Officialis si soluit, etiã quod actio cessa ei fuerit, non poterit tamẽ agere cõtra alium principaliter obligatum.*

5 *Officialis contra illum, qui vere pecunias habuit, poterit agere virtute cessionis.*

6 *Officialis, qui tantum purum nomen accommodauit, an poterit virtute cessionis agere contra fideiussorem principaliter obligatum.*

7 *Principalis dicitur qui vere pecunias habuit alij fideiussores dicuntur.*

8 *Filiusfamilias, qui pecunias habuit, dicitur principalis, etiam quod alius cum eo se principaliter obligauerit.*

9 *Mulier etiã quod se principaliter obligauerit, si ad alium pecunia peruenerit fideiussor dicitur.*

10 *Color quæsitus vbi est, qui habuit pecuniam principalis dicitur, alij fideiussores.*

11 *Societas quando dicatur simulate contracta.*

12 *Officialis semper principalis dicitur. & num. 25.*

13 *Fideiussores principaliter in solidum obligati quo ad creditorem dicuntur plures rei debendi, quo ad officialem dicuntur fideiussores.*

14 *Qui obligationi accedit, dicitur officialis fideiussor, non autem illius, qui bonam fidem recognouit.*

15 *Officialis quo ad illum, qui recognouit bonam fidem dicitur fideiussor, secus quo ad alios.*

16 *Factum illius, qui bonam fidem recognouit, fideiussorib. nocere non debet.*

17 *Qualitates diuersæ in eadem persona stare possunt.*

18 *Color quæsitus quando faciat, vt principalis sit fideiussor, & fideiussor principalis.*

19 *Si ille, qui pecunias habuit, efficeretur principalis, societas non subsisteret.*

20 *Officialis remanet principalis, etiam quod alius bonam fidem recognoscat, vt societas subsistat.*

21 *Contractus societatis cum persona supposita in fraudem vsurarum non subsisteret.*

22 *Persona supposita non attenditur, sed persona, cum qua vere contrahitur.*

Simulatio

23 *Simulatio facta in fraudem vsurarũ probibita est.*

24 *Simulatio deduci non potest ex gestis post contractum societatis.*

26 *Fideiussores in gratiam officialis, & debitoris obligationi accedunt.*

27 *Si vnus ex reis debendi soluat, & a creditore cessionem habeat, qualiter contra correos agere valeat.*

28 *Officialis remanet principalis quoad fideiussores, etiam quod alius bonam fidem recognoscat.*

C A P. LXVIII.

CEssio in ipsa solut. fieri debet, si enim post solutionem fieret, nul
1 lius esset momẽti. l. Modestinus. ff. de solution. si tamen fieret incontinenti post solutionem, valeret, vt ibi per Glos. Bart. & Docto. omnes, & in l. cum his. ff. de fideiussoribus. & in dubio in continenti, & non ex inter-
2 uallo facta præsumitur, vt actus valeat, vt dicit in terminis Bal. in l. 1. in fi. C. de oper. liber. verũ si solutio per
3 vnum ex fideiussoribus fieret, & cessio etiam post solutionẽ fieri posset, & virtute dictæ cessionis contra alios fideiussores agere poterit. Bart.
4 in d. l. Modestinus, & in d. l. cum his. firmat Hier. Gabriel. cons. 63. lib. 2. Sed si solutio facta fuerit ab officiali, vel ab eo, qui bonam fidem recognouit, & vere pecunias habuit, licet ei a creditore cessio fiat, vigore talis cessionis contra alios etiã principaliter, & insolidum obligatos agere nõ poterit, quia erat debitum proprium ipsius soluentis, vt adnot. Paul. Castr. in d. l. Modestinus, sub num. 4. vers. si in nihilum aut ceditur. ff. de solutio. & ibi Imol.

Verum si officialis, qui tantum purum nomen officii accommodauit, dissoluta societate coactus fuit sortem restituere, vel durante societate
5 fructus soluere, & a creditore in solutione cõtra alios etiã obligatos cessionẽ obtinuerit, contra illũ, qui vere pecunias habuit, ac bonã fidẽ recognouit, absque difficultate virtute cessionis insolidum agere poterit, vt per Doct. in l. 1. C. de duob. reis. & in d. l. Modes. Bar. in l. lege falcidia. ff. ad leg. falc. Ang. in l. vnde queritur. ff. cõmod. Matth. sing. 220. Alex. cõs. 38. in fi. lib. 5. & ita communiter tenetur. Ant. Gabr. de fideiuss. conclus. 1.
6 Sed difficultas est, an vigore eiusmodi cessionis contra alios fideiussores agere possit, qui principaliter obligationi officialis, qui tantũ purũ nomen accommodauit, accesserunt, quia forte ille, qui bonam fidem recognouit, & vere pecunias habuit, decoxit, vel factus est non soluendo, vel forte absens est. Et videtur posse, quia certissimi iuris est, quod fideiussor, qui soluit virtute cessionis sibi a creditore facta, potest contra alios confideiussores insolidum agere, etiam quod ad ipsos nullum peruenerit commodum. Bart. & Docto. omnes in d. l. Modestinus. in l. fideiussor. in l. vt fideiussor. in l. his cui. ff. de fideiusso. & in l. 1. & in l. cum aliter. C. de duob. reis. Sed officialis, qui nudum nomen officij accommodauit, potius fideiussor, quam principalis dicitur, quia ille, qui vere pecunias habuit, principalis est, alii vero etiam quod principaliter, & insolidum teneri voluerint, fideiussores dicuntur, vt per Docto. in l. 3. §. vbi duo. ff. de duob. reis. Bal. cons. 496. nu. 8. lib. 1. Paul. Castr. cons. 331. in causa. Syluestri. colum. 1. lib. 1. vbi dicit

cum

eum principalem censeri, qui solum commodum habuit, quid in contrarium verbis actum fuerit, & cons. 409. lib. 1. Raphael. Cuma. cons. 183. col. 1. circa fi. Roma. cons. 114. Corn. cons. 316. col. 1. lib. 4. & plene habetur locis superius citatis. Vnde hæc sententia communis est, & pro hac opinione adduci quoque potest, doctri. Bart. & Dyn. in rub. ff. de iud. sol. vbi principalis habetur pro fideiussore, & econtra, ratione emolumenti percepti, & eos seq. Aret. in d. l. 3. §. vbi duo. vbi quoque dicit, licet proprie fideiussor dici non possit, ex quo est eadem ratio æquitatis in eo, quę in fideiussore beneficium concessum fideiussori, ad eum etiam extendi debet.

Comprobatur ex l. sed Iulianus. §. 1. ff. ad senat. consul. Maced. vbi si filiusfam. & Titius se in solidum obligauerint, vti duo rei debendi, tamen
8 quia pecunia tota ad filiumfamilias peruenit, lex declarauit filiumfamiliam esse principalem, Titium vero fideiussorem, prout etiam habetur in l. quamuis §. si cum esset. C. ad Macedo. vbi mulier cum vellet pro alio fideiubere, actum est, vt principaliter
9 obligationem suscipiat, vt benef. Velleia. vti non possit, tamen mulier erit fideiussor, & Velleiano iuuabitur, hoc quod est ratione fraudis vel coloris quæsiti, qui rei veritatem mutare non potest, Ang. cons. 48. in 1. parte. quo fit, quod vbi est color quæsitus, etiam quod plures insolidũ
10 obligati sint, tamen qui vere pecunias habuit, dicitur principalis, alii vero fideiussores, & in hoc omnes scribentes conueniunt, in d. l. reos. Socin. cons. 71. lib. 3. Alex. cons. 166. lib. 4. Ruy. cons. 142. lib. 1. col. 1. in fi.

& ex contrahendi forma in hac specie colligitur, quod color quæsitus fuit, Titius enim, qui bonam fidem recognouit, cum nõ haberet officium
11 super quo societatem cõtrahere posset alium supposuit, qui officium haberet, vt pecunias in societate ad eius commodum super eius officio acciperet, adeo quod simulate inter ipsum officialem, & illum, qui pecunias dedit, societas coita fuit, vt per Alberic. in l. contra legem. de legibus. Dyn. in cap. fin. de reg. iur. in sexto.

His tamen minime refragantibus sententia contraria ex stricto iure ve-
12 rior mihi videtur; de essentia enim huiusmodi societatis requiritur, quod pecunias accipiens officium habeat, super quo societas contrahatur, & ille in societate principalis erit, alii vero, qui accedunt, vel obligationem officialis in se suscipiunt, fideiussores dicuntur. l. 1. l. fideiussor obligati. §. si fideiussor. ff. de fideiusso. Aret. in d. §. vbi duo. vbi ait, quod licet verba conuentionis innouant omnes esse principales in obligatione, tamẽ illi, qui veritate inspecta alienam obligationem suscipiunt, fideiussores dicuntur. Marsil. in rub. de fideius. so. col. 1. Paris. cons. 90. num. 69. lib. 1. Et licet respectu creditoris, etiam quod constet ad vnum pecunias per-
13 uenisse, tamen omnes dicantur plures debendi, & insolidum a creditore conueniri possunt, postquam vti principales se obligarunt, ac se vti principales debitores cõstituerint. l. si nõ singuli. ff. si cert. pet. l. ea propter. C. eod. Marsil. in rub. de fideiusso. nu. 23. Paul. Castr. in d. §. vbi duo, & ibi Moder. assignant rationem, quia forte creditor etiã ignarus veritatẽ facti

non erat alias pecunias in societatē daturus, nisi omnes in solidum tenerentur, vt habetur in l.si quis aliam. ff.de solutio. vbi glos.alias ad hoc leges allegat, maxime quia beneficium diuisionis renunciarunt, vt per Marsil. d. rub. num.7. Bald.in l.si vt certo. §. fin. ff.commod.& in l.cum plures.ff.locat.& in d.§. vestimenta. Bal.cons.166.lib.1. Tiraq.de retract. lignag. §.31. num.10. sane quo ad officialem fideiussores dicuntur, ex quo suæ obligationi accesserunt, & principales debitores pro eo se constituerunt. Guid. Papa quæst.170. in fi.Alex.cons.32.nu.2.lib.4.

Nec aliquo modo fideiussores illius qui bonam fidem recognouit, ac
14 pecunias habuit, dici possunt; quia eius obligationi minime accesserunt, nec pro eo principaliter se obligarunt, nec debitores constituerunt, fideiussioque non potest esse, vbi non est stipulatio. §.fi. Instit.de fideiusso. l. verbis.de actio. & obl.Glos.in §.1. in Auth. fideiusso. Matth. de Afflict. decis.39.in princip.Et licet officialis
15 quo ad illum, qui pecunias habuit, ex quadam æquitate fideiussor dici possit, vt per Bart. & seq. in d.§. vbi duos. Bal.cons.466.lib.5.nu.8.& consil.198.n.7.lib.1. Ang. in l.vnde quæritur. ff.commod.tamē respectu aliorum obligatorum, ad quos nullū cōmodum peruenit, fideiussor dici non potest, quia cessat æquitas b Docto. considerata in d.l.reos, & in l. 1. C. eod. Officialis igitur quo ad illos, qui suæ obligationi accesserunt, principalis erit, quo ad illum, qui bonā fidem recognouit, ex quadā æquitate tacite fideiussor erit, iuxta traditiones Doctorum in d. §. vbi duo, & in d. l. reos,& in d.l. 1. Aret. cons. 32. col. 3. vers. 1. vbi dicit, quod duo rei debendi videntur adinuicem fideiubere, quatenus pecunia ad alium peruenit, quantum ad effectum, qui insurgit inter ipsos conreos, cæterum quantum ad creditorem inuicem fideiussores non videntur.

Et omnes doctrinæ supra allegatę pro contraria opinione loquuntur, quando plures insolidum se obligarunt, vnus tamen tantū pecunias habuit, ille erit principalis, & alii fideiussores, si ille, qui habuit pecunias, erit capax principalis obligationis, non autem quantum ad alios, qui nihil emolumenti perceperūt, quia nec etiam inter ipsos videntur fideiubere. vt per Docto. in d.l.reos. vbi mo-
16 der.Roncagal. Nec factum illius, qui bonam fidem recognouit, aliis nocere potest, vt fideiussores officialis nō remaneāt.arg. nouellæ. de duob.reis. cum alteri per alterum iniqua conditio inferenda non sit. l.non debet alteri. l. id quod nostrum.de reg.iur.l. debitorem.C.de pact.glos.in d.nouellæ: & quamuis ille, qui pecunias habuit, bonam fidem recognouerit, & principaliter se obligauerit, & officialem aliosque indemnes conseruare promiserit, non tamen recessum est a prioris forma obligationis. arg. l. non ad ea. ff.de condit. & demonstr. quamobrem Castr.in d.l. reos. dicit, non desinere eos esse reos, quia fideiussores fiant, nec qualitates reorum ammittere: vnde licet officialis quo ad illum, qui pecunias habuit, fideiussor sit, non tamen est, quin remaneat principalis quo ad alios, qui pro eo promiserunt; etsi istæ qualitates di-
17 uerso videantur iure, simul in eadem persona stare possunt, Soc. cons.144. ante fi.vers.præterea.Roncagal.in d. l.reos.

non

l.eos.nu.5.quemadmodum, vt causentur diuersę species actionum vnũ, & eundem actum factũ videtur contemplatione diuersarum personarũ, ita etiã officialis est principalis quo ad illos, qui suæ obligationi accesserunt, quo vero ad illũ, qui bonam fidem recognouit, fideiussor erit, & imputet sibi, qui voluit ita se obligari, & recognitio bonæ fidei, & promissio indemnitatis facta ab illo, qui pecunias habuit, licet facta sit ad fauorẽ officialis, etiam est ad fauorem fideiussorum, ergo in eorum damnfim retorqueri non debet. l. quod fauore. ff. de legibus.

Nec obstat, quod vbi est color quæsitus principalis, efficitur fideiussor, & fideiussor principalis, quia id
18 procedit in prohibitis, & factis in fraudẽ legis, & creditor fraudis particeps est, secus quando sumus in non prohibitis, tunc officialis remanet principalis, etiã quod ad eum pecuniæ non peruenerint. Castr. in l. sed Iulianus. n. 4. vt societas sustineatur.
19 Si enim qui habuit pecunias efficeretur principalis societas non subsisteret, quia esset incapax principalis obligationis, quæ sine officio non subsisteret, nec pecunias habere potuisset. arg. l. si ex duobus. §. si a Titio. ff. de duob. reis. adnot. Alex. cons. 66. lib. 4. vbi respondet, si capax vna cũ incapace se obligarat, & pecuniæ peruenissent ad incapacem, ex quo incapax non est capax principalis obligationis, obligatio non subsisteret, nec etiam fideiussio teneret. §. 1. §. fideiussores. instit. de fideiusso. l. 1. & ibi Doct. ff. eod. & exceptio, quæ cõpetit principali, competit etiã fideiussori. d. l. sed Iulianus. §. non solum.
20 vbi Saly. quo fit, vt societas subsistat, qui pecunias habuit, nõ potest effici principalis quo ad illos, qui obligationi officialis accesserunt, sed officialis remanet principalis, vt actus valeat. vt habetur in l. quoties. de reb. dubiis, & in d. §. si a Titio. alias si officialis efficeretur fideiussor, exceptio, quę cõpetijsset illi, qui pecunias habuit, quatenus efficeretur principalis quod societas cum eo non subsistit, cõpeteret etiam officiali. vt in d. l. sed Iulianus. & in d. l. quãuis. §. si cũ esset. C. ad Macedo. Alex. d. cons. 66. Din. in c. fi. de reg. iur. vers. Fit etiam fraus de contractu ad contractum; si enim in casu nostro esset color quęsi-
21 tus, prout in terminis dictarũ legũ, vt quia ille, qui volebat pecunias mutuare Titio ad rationem duodecim pro cẽtenario, cum id minime agere posset consensit, vt Titius officialem subponeret, vt securius sub interesse suas pecunias Titio præstare posset, cõtractus tãquã simulatus, & vsurarius nõ valeret. l. eos. §. fi. vbi Cyn. C. de vsuris. l. si quis. C. plus valere quod agitur, cum esset fraus, & simulatio de persona ad personã, ex quo officialis ficte interpositus fuit, & persona ficte, & simulate interposita
22 attẽdi nõ debet, sed sola persona vera, scilicet ille, qui pecunias habuit, licet expressa nõ sit. Bart. & alii in l. si filii. C. de donatio. inter virũ, & vxo. & in l. Mancipia, & in l. si falsum. C. plus valet, quod agitur. Soc. cons. 129. nu. 12, lib. 4. Dec. cons. 543. n. 3. Paris. cons. 55. num. 17. lib. 1. quæ simulatio etiam opponi posset, si instrumentum in forma Camerę esset. Ant. Galles. in suo tract. ad for. Cameræ in 2. quęst. in 4. parte. nu. 5. Quæ simulatio cum fuerit facta in fraudem vsurarũ pro-
23 hibita est. d. l. eos. §. fin. vbi Cyn. Din. in c.

in c. fin. de reg.iur. Paul.Castr.in d.l. sed Iulianus. Alberic. in l.contra legem, de legibus.

Sed si de huiusmodi simulatione creditor particeps non fuisset, qui cũ officiali societatẽ contraxit, quia vere credebat velle ad eius cõmodũ societatem contrahere: cum in dubio actus factus ad propriam vtilitatem præsumatur. l. magis. de solutio. cum concord. si officialis postea alteri pecunias daret, creditori minime noceret, quia de gestis post societatis cõtractum simulatio deduci minime po
24 test. vt per Bal. in l. 1. in vltima col. vers. 10. quæro si seruus. Ias. in §. item si quis. instit. de actio. nu. 8. & factum a conreis vel fideiussoribus creditori non præiudicat. Saly. in Auth. hoc ita. quæst. 10. C. de duob. reis.

Ex quibus satis clare colligitur, officialem esse principalem; nõ fide-
25 iussorem, & illi, qui eius obligationi accesserunt absque eorum commodo, etiam principaliter promiserint, quo ad officialem sunt fideiussores, vnde officialis virtute cessionis ei a creditore facta non potest contra ipsos agere, si ad eos pecunia non peruenit, Paul. Castr. in d. l. Modestinus. col. 2. vers. contra fideiussorem actio non conceditur. & vers. & principali soluẽti, &c. Bal. cons. 466. lib. 5. in fin. Et licet fideiussor virtute cessionis possit cõtra cõfideiussores agere, etiã quod ad eos nil commodi peruenerit, vt in d. l. Modestinus, id est, quia lex magis fauet fideiussoribus, qui alterius omni substinẽt, quam officiali, qui propria volũtatẽ suum officiũ accommodauit, & se principalem fecit, vt per Saly. in Auth. hoc ita. q. 12. C. de duob. reis. l. fin. in princ. de his, qui in frau. credit. l. si duo rei. de solutio. Fideiussores namque in gratiam
26 seu causam debitoris, & sic officialis obligationi accedunt. Alex. cons. 106. col. 1. lib. 1. Soc. cons. 123. col. fi. vers. & pro resolutione n. 26. inconueniẽs esset, quod officialis ageret contra eius fideiussores, qui ad eius contemplationem se obligarunt, & cum officialis, vt dictũ fuit, non sit fideiussor cessat, quod de fideiussore dicitur.

Nec obstat, quod omnes in solidũ sint obligati, & tãquam conrei a creditore in solidum conueniri possint, vnde si officialis soluit virtute cessionis ei factæ contra alios conreos agere valeat, vt per Doct. in l. 1. C. de duob. reis, cũ creditor ei cesserit ius, quale apud eum erat. l. Stichum. §. penul. ff. de solutio. l. 2. C. de fideiusso. d. l. 1. vbi Cyn. col. fi. Bart. in d. l. Modestinus. num. 10. sed creditor habebat ius in solidum contra omnes igitur si officialis soluit, poterit etiam in solidum contra alios cõreos agere. Quã-
27 do enim sumus in pluribus reis, cessio intelligitur facta cõtra simul obligatos prout pondus, & onus debiti iam soluti in effectu, & in substantia respicit illũ, contra quem cessio postulatur; & ideo si ad conreum tota pecunia peruenisset, in solidũ soluenti cessio est fienda si pro parte pro illa parte tantum, quæ ad eum peruenit; si nihil ad conreos peruenisse, in nullo cessio fieri debet. vt per Ang. in d. l. Modestinus. nuu. 4. & ibi Castren. Saly. in d. l. 1. per tex. in l. cum possessor. ff. de censib. Alex. cons. 38. in fine
28 lib. 5. imputet enim sibi officialis, quod societatẽ vti principalis cõtraxerit super eius officio, quia alii, qui eius obligationi accesserunt, fideiussores dicuntur, si cõmodum ad eos non peruenit, etiã quod principaliter se obliga-

obligauerint. Castren. in d. l. Modestinus. col. 2. vers. idem si principaliter, tamen reputatur fideiussor, quia vtilitas ad eum non peruenit, &c. non potuit igitur officialis vti cessione contra eius fideiussores, licet, respectu creditoris omnes in solidum teneantur; quia beneficio diuisionis renunciarunt, tamen talis renunciatio non respicit fauorem conreorũ, igitur ab eis opponi non potest. Moder. Roncagal. in d. l. reos. nu. 27. officialis enim semper principalis censetur quo ad eũ, qui pecunias dedit, cum contractus societatis ab eo, qui officium nō habet, fieri nequeat; & omnes alii sunt fideiussores, etiam quod vti principales, & in solidum se obligent, & si pecunia ad vnum ex promissorum peruenisset; quia forte post contractã societatem illam habuit ab officiali, qui vere societatem contraxit, & bonam fidem recognouit, & omnes indemnes conseruare promisit, non tamen dicitur principalis, ex quo cum eo societas contrahi nō potuit, & ita Domini de Rota in vna Romana societatis coram Domino Rebasto deciderunt, vt refert, & sequitur Hiero. Cabr. conf. 63. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Officialis si non præstat alium fideiussorem in casu absentiæ, uel mortis alicuius ex fideiussoribus datis, an societas duret.*

2 *Officialis si non præstat alium fideiussorem, ac promissa non seruat societas dissoluitur.*

3 *Officialis non est interpellandus, vt alium præstet fideiussorem.*

4 *Dies vbi adest, mora committitur sine interpellatione.*

5 *Fideiussor, qui promisit dare, non dando dicitur in mora.*

7 *Iuramentum operatur, quod committitur mora absque interpellatione. declara. vt nu. 25.*

7 *Dictio, perinde, denotat similitudinẽ.*

8 *Contractus redditur nullus, si conditiones non seruantur.*

9 *Mora purgari non potest, quando propter non obseruantiam contractus resoluitur.*

10 *Contractus societatis a principio pure celebratus fuit, licet postea fuerit in eo pactum resolutiuum.*

11 *Pactum resolutiuum tunc habet locum, si creditor vult.*

12 *Creditor pactum resolutiuum ad sui fauorem factum quando renunciare videatur.*

13 *Ius, quod quis ignorat renunciare non præsumitur.*

14 *Ignorantia quando non sit excusabilis.*

15 *Ignoranti tempus non currit.*

16 *Officialis erat certiorandus de recessu fideiussoris, vt in mora dici possit.*

17 *In obligatione aliquid dandi, vel faciendi pœna non habet locum, nisi promissor sit in mora.*

18 *Mora non committitur sine interpellatione.*

19 *L. Magnum. C. de contrahen. Emp. habet locum, quando ante diem erat nata obligatio.*

20 *Dies interpellat pro homine, quando dies est certa, secus incerta.*

21 *Dies incerta pro conditione habetur. & num. 24.*

22 *Verbum, in euentum in quem, importat conditionem.*

23 *Contractus conditionalis quando non vitietur ex causa non sequuta.*

26 *Promissor si ignorat, in mora dici non potest.*

27 *Societas potius dicitur modalis, quam conditionalis.*

28 *Non adimplens, vt priuari possit cōm modo contractus, certioran est.*

29 *Monitio requiritur, vt quis priuetur iure iam quæsito.*

30 *Dictio suspensiua, vel resolutiua quando dicatur.*

31 *Promissio de dando alium fideiussorem ad commodum creditoris stipulata fuit.*

32 *Resolutio contractus quando fit ipso iure.*

33 *Clausula resolutiua contractus habet tacitam intelligentiam, si pars illa vti velit.*

CAP. LXIX.

QVoniam officialis semper in his societatibns promittere solet, quod in euentum mortis receſſus ab vrbe, vel deteriorationis fideiuſſorū, vel alicuius eorum, officialis teneatur dare alium æque idoneum infra octo, vel quindecim dies tunc proximos, alias ad restituen. pecunias teneri voluit, & cogi poſſe perinde ac societas finita foret absque alia desuper indictum euentum fienda re-
1 nunciatione. Dubitatum fuit, si vnus ex fideiuſſoribus decederet, vel ex vrbe recederet, & officialis alium nō præstaret: deinde, qui pecunias præstitit morte naturali obiret, an officialis pecunias lucretur: & pro parte negatiua aliqui respondebant, quia pacta, & conuentiones in societate factæ ad vnguē seruari debent, prout partes ordinarunt, & constituerunt. l. si non fuerit. ff. pro socio. instit. eod. in princ. l. 1. §. si cōueniatur. ff. depos. Paris. cons. 84. n. 4. lib. 1. Gratus cons. 15. lib. 1. nu. 1. Vnde cū officialis iux-
2 ta promiſſa alium fideiuſſorem non præstiterit, societas diſſoluta fuit, ac si expreſſe reuocata fuiſſet, & cum officialis contractum ex parte sua non adimpleuerit, non potest, nec debet ex illo contractu commodum habere, quia contractum non oaseruans ex parte sua ab omni commodo conuentionis cadit. l. cum proponas. C. de pactis. l. quęro. §. inter locatorem, vbi Bar. ff. locati. l. si conueniat. ff. pro socio.

Nec offidialis interpellandus erat, vt alium præstaret fideiuſſorem, quia
3 in contractibus vltro, citroquē obligatoriis mora absque aliqua interpellatione contrahitur, etiam si dies apposita non sit. vt in l. curabit. C de actio. empt. l. Iulianus. §. ex vendit. ff. eod. ti. Alex. in l. quod te. ff. si cer. pet. Menoc. de arbitrio iudic. lib. 2. casus 220. num. 22. Et cum huiusmodi contractus sit vltro, citroque obligatorius, & creditor, qui dedit pecunias ex parte sua adimpleuerit, officialis quoque in casu mortis, vel receſſus ex vrbe fideiuſſoris, alium absque aliqua interpellatione præstare tenebatur, eo maxime, quia dies fuit interposita ad aliam præstan. fideiuſſorem, & vbi adest dies, mora absque
4 interpellatione cōmittitur, quia dies pro homine interpellat. l. Magnū. C. de contr. & committ. stipul. l. 2. & ibi late notant Moderni. C. de iur. emphyteu. Bart. in l. stipulatus. & in l. si insulā. ff. de verb. oblig. not. in c. potuit. de locat. & in l. quod te, & in l. vinum. vbi Alex. nu. 3. Dec. nu. 9. Bar. & Bal. in l. si post tres. de arbit. Iaſ. & alii. in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 451. nu. 9. vnde cum officialis non præstiterit fideiuſſorē in tem-

in tempore promisso fuit in mora ,
meritò ex contractu societatis se iu-
5 uare nõ potest. Gozad.conf.31.nu.7.
vbi vult,quod qui promisit dare fide-
iussores infra aliquod tempus, si non
præstiterit,non potest ex illo contra-
ctu commodum reportare , immo
omni commodo priuatur. Peregri.
Audit.Rotæ 2.decis.91.

Præsertim quia fuit appositum iu-
ramentum, quo in casu non requiri-
tur aliqua alia interpellatio , vt per
Alex.in l.2. §. voluntate.ff.solut.ma-
6 tri.& in l.si quis maior.vbi cęteri Do
cto.C.de transactio. Bart. & alij in
d. l.si insulam. Dec.in d.l.quod te.in
1.lectura.num.11. in 2.num.43. Go-
zad. conf.57.num.11.& conf.27. nu.
20. vbi dicit esse communem opin.
Aymon.conf.64.lib.2.Rolan.a Valle
conf.56. nu.45. Aymon.conf.57.nu.
2. Afflict. decis. 174. num.5. Viuius
in lib. commu. opin.in verbo mora,
dicens hanc esse communem opin.
& est tex.in l.sancimus. C.de fideius-
so. vbi aduersus spondentem alium
intra certum tempus exhibere , ela-
pso tempore datur actio pœnalis ,
quia per lapsum tẽporis constituitur
in mora . Vnde cũ officialis in mora
fuerit,pecunias lucrari nõ potest, tũ
ex ratione moræ,tum ex clausula iu-
ramenti,ex quibus ab omni commo-
do vtilitateque dicti contractus pri-
uatus fuit, & consequenter pecu-
nias lucrandi. Curt. & alii in l. si
quis maior. C. de transactio. in l.le-
cta.nu. 26. si cert.pet. Dec.conf.452.
num. 10. Roland. consil. 31. num.7.
lib.1.

Quinimo contractus societatis sta
tim ex non adimplemento resolutus
7 fuit , perinde ac si societas reuocata
fuisset, dictio enim perinde omni-
modam denotat similitudinem. Bar.
in l. 1.de recept. & in l. sacrilegij. ad
l.Iuliam pecu. Bald.& Ang.in l.sed si
lege.§.perinde. ff. de petition. hære-
dit. sed si societas per reuocationem
finita fuisset, officialis amplius pe-
cunias lucrari per mortem credito-
ris non potuisset, pari modo post-
quam dissoluta est , ex implemento
ab officiali non secuto , vt teuebatur
propter verba resolutiua, ac si socie-
tas dissoluta foret , contractus enim
nullus redditur , si conditiones in eo
appositæ non seruantur , toto titulo.
8 ff.de conditio. & demonstratio.Bald.
in l. Aretusa. ff. de stat. homin. & in
l.si pecuniam.ff.si cert.pet. §. omnis.
Inst. ff. de verb.oblig.Paris.conf.187.
lib.4.nu.7.Nec mora purgatur quan-
do per inobseruantiam fit resolutio
9 contractus.Bal.in c.1,in princip.quo
tempore.mil. arg.l.commissione . C.
de pact.inter empto. & vendito.An-
gel. & Alex. in d.l.si insulam. Matth.
de Afflict.decis. 174.nu.5.Grat.conf.
49.num.23.& conf.93.num.61. lib. 1.
nec tunc interpellatio requiritur .
Soc.conf.174.lib.2.col. fi.

Pro parte vero affirmatiua , quod
societas soluta non fuerit , adeo se-
cuta morte illius, qui pecunias dedit
sub ipsius vitæ periculo officialis il-
10 las lucrabitur . Consideratur quod
contractus societatis a princ. libere
ac pure celebratus,ac perfectus fuit,
licet fuerit in eo positum postea fa-
ctum pęnale siue resolutum ad fauo-
rem , & commodum creditoris, iux.
not.per Ias.post Angel.per illum tex.
in l.rogasti.col.2.ff.si cert.pet. & per
Bar.in l.qui exceptionem. ff.de con-
ditio.indebi. Dec.in l.venia. num. 1.
C.de ius vocan.& in conf.12.num.7.
vers. quarto, consideran.est Aymon.
conf.

conf.131.num.15. Pute.in conf.118. num.9.Anchar.conf.141. Matth. de Afflict. decis.378. nu.5. Tamen illud pactum tunc demum locum habere debet si creditor velit, & declarauerit, iux.tex.not.in l.2. ff.de leg.commis. vbi illud pactum, quod fundus sit inemptus, si empto suo tempore precium non soluerit, ita demum procedit, si venditor id velit. Idem probatur in l. Sabinus. ff. de in diem adiectio.& in l.2.iuncta gloss. in verbo,volente.C.de iur.Emphyt.vbi Docto. Dec. conf.139. Cassiodor. decis. 2. de pœn. & decis. 12. de rescript. & propterea pactum resolutiuũ contractus ad fauorem creditoris tunc subintrat, si creditor voluerit: vnde cum creditor nunquam declarauerit velle alium fideiussorẽ, vel a socie-
11 tate recedere velle, societas semper perdurauit, eo maxime si post recessum, vel mortem fideiussoris fructus recepit quo in casu non solum declarauerit nolle resolutionẽ societatis, sed pactum ad sui fauorem appositũ renunciasse videtur, cum renunciatio non solum expresse, sed tacite fieri possit.Matt.de Afflict.d.decis.178. nu.5. & renunciatio tacita per actũ contrarium inducitur,iux.not.in l.2. de iur. domin. impetran. c. priuilegium.11.quæst.3.c.cum accessissent. vbi Abb.& Fely.de constit. arg. l. ad solutionem. C.de iudic c.gratum.de off. delegat. Ruyn. conf.9. num.237. Aymon. num.3. Io. Cephal. conf.3. num.85.

Et si diceretur,quod creditor,quia forte ignorauit recessum,& mortem fideiussoris, ideo in societatem continuauit, & fructus percepit, & iu-
13 ri,quod quis ignorat, renunciare nõ præsumitur.l.mater decedẽs.de inof. testa. l. nec his,qui.§.fin.ff.de acqui. hæred. Soc.conf.105.col.fi.lib.5. Cephal. d. conf.3. num. 100. Replicari potest quod huiusmodi ignorantia tollerabilis non est, quia tenebatur ad perquirendũ,& inuestigandum,cũ ad eius vtilitatem tendebat, vt officialis alium præstaret fideiussorem. Bero.conf.160.n.9. lib.3.& ignorantia sua alteri nocere non debet.l.iniquissimum. ff. de iur. & fact. ignoran. & præsertim si etiam officialis recessum, vel mortem fideiussoris ignorauit, quæ ignorantia in officiali præsumitur, tum quia in his, quæ tempore variantur, non præsumitur de præterito in præsenti, per tex. in c. præsentia de probat. vt ibi dicit Bero. cũ etiam, vt societas sub stineatur,vt volunt communiter Docto.in l. finali.§.emptor. C. commu. de legat. Bero. conf.105.num.3. lib. 3. tum & quia officialis tractat de damno euitando, & amittendo iue etiam, quod lucrosum fit. gloss.in l. 1.§. si quis autem. ff.de itin.actuque priuat. Alex. in l.3.de damno infect. Grat. consilio.76. num.4. & propter
14 talem iustam ignorantiam tempus octo dierum minime decursit, iuste enim ignoranti tempus non currit, vt in l.penul. vbi Gloss.Bal.& alij.C.
15 qui admitt.Bero.d.conf.105.num.4. & ideo officialis erat saltem certiorandus de recessu,vel obitu fideiussoris,vt postea in mora dici posset.vt per Iason.in l. si ex legati causa num. 20.de verb. oblig. Ripa in d. l. quod te. Alex.conf.135.lib.7. aliter lapsus termini non constituit officialem in mora, nisi prius fuerit certioratus de recessu,vel obitu fideiussoris,vt firmat Ruy.conf.139.num. 7.& 8.lib.5. cum obligatus sub conditione non dicatur

16 dicatur in mora, nisi prius certioretur. §. conditio adimpleta est. Gozad. cons. 1. nu. 4.

Præterea in obligatione aliquid dandi, vel faciendi nunquam pœna locum habet, nisi promissor sit in mora dandi, vel faciendi. Bart. in l. si duo. §. prætor ait. vers. hæc autem verba. de cō. pec. & in l. ita stipulatus. 7. op. nu. 25. & n. 54. vers. sed tamen his non obstan. de verb. obl. & cons. 566. num. 1. & mora non committitur si-
17 ne interpellatione. l. mora. ff. de vsuris. Docto. in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. Ias. Docto. in d. l. quod te. Sed cum non appareat de aliqua interpellatione facta officiali de aliū
18 præstando fideiussoré, sequitur quod nunquam fuit in mora. Dec. d. cons. 2. Paul. Castr. cons. 165. videtur, quod d. Io. Paulus, vbi consuluit, quod fideiussor, qui promisit aliquem repræsentare intra octo dies, non dicitur esse in mora etiā post tēpus octo dierum, nisi requisitus fuerit, per tex. in l. si decesserit. ff. qui sat. dat. cog. adnot. etiam Matth. de Afflict. decis. 370. nu. 7. vbi vult, quod constitutio Neapolilana, quod soror succedat vna cum fratre, si frater eam maritare distulerit, infra sexdecim annos, nón procedit; nisi soror infra
19 dictum tempus, vel & post fratrem interpellauerit vt etiam sentit in d. constitut. num. 69. & tex. in l. magnam. C. de contr. & committ. stipulat. & alia iura procedunt, quando ante diem erat nata obligatio, alias secus, & ita respondet Dec. d. cons. 2. num. 5.

Et licet pactum diem continere videatur, scilicet intra octo vel quindecim dies alium fideiussorem dare teneatur, & dies regulariter pro homine interpellet, etiam si dies tacita sit, vt per Bar. Alex. Ias. & alios in d. l. si insulam. Alex cons. 176. n. 21. lib. 6. & cons. 74. num. 11. lib. 5. & cons. 190. num. 20. lib. 6. Hæc etiam com-
20 munis conclusio tunc demum secundum omnes procedit, quando dies certa esset, secus si incerta, prout in casu præsenti, quia erat incerta dies, quando fideiussores erant recessuri, vel morituri, ideo aduentus huiusmodi officialem in moram non constituit, vt plene habetur per Bar. in l. ita stipulatus. num. 41. de verb. oblig. & ibi Aret. & in d. l. si insulam Bal. in l. si post tres. num. 24. ff. si quis cautionibus. Ias. post Alex. in l. vinū. num. 9. ff. si cert. pet. Ias. in l. quoties. col. 2. de verb. oblig. Socin. cons. 726. num. 5. lib. 1. plene Bero. d. cons. 205. nu. 7. lib. 3.

Confirmatur, quia pactum nō solū continet diem incertam, quę pro cōditione habetur. l. dies incertus. ff. de
21 condit. & demonstr. l. stipulatio ista. §. inter certum de verb. oblig. Alex. cons. 55. lib. 2. num. 2. Corn. cons. 156. lib. 1. num. 1. Sed etiam continet expressam conditionem, ibi in euentū; in quē, &c. quæ verba expressam important conditionem. Bar. in l. 1. col. 5. in fin. nu. 23. de condit. & demon-
22 str. Vnde pactum de alium dando fideiussorem in conditione resoluitur, si fideiussores dati recederent ex vrbe, vel decederent, vt explicat Bero. d. cons. 205. num. 10. post Cyn. & Bal. in d. l. magnam: sed euentū conditionis non constituit promissorem in mora absque interpellatione: vt per Dec. in d. cons. 2. & per Ias. in d. l. si ex legati causa. num. 11. ea ratione, quia non est conueniens, quod eodē tempore, & momento purificetur, & veniat

veniat conditio, vel certificetur dies, & in mora constituatur. Bart. in d. l. stipulatus. num.40. & 50. Dec. d. cons.2. Promissio enim, quæ habet diem, & conditionem, ante eius aduentum non parit obligationem. l. cedere diem.ff.de verb. signif.& euentus cōditionis, quando concurrit cū die, facit quod promissor non constituitur in mora sine interpellatione, vt in casu præsenti recessus vel decessus,& tempus concurrunt, cū hoc totum sit in conditione, interpellatio requirebatur. Bero. d.cons.105. num.10.

Vlterius contractus conditionalis nō vitiatur ex causa modi nō impleti, seu causę non secutæ, nisi culpa
23 habentis implere interuenerit. vt est tex.in l. pecuniam. C. de condit. ob causam. & ibi Bart. & communiter Doctō.& adnotant Bart.Bal.& Saly. in l. si pecuniam. in princ. in eod.tit. probatur per tex. in §.sed si accepit, & §. sequen.ead.l.si pecuniam. Vnde cū officialis mortem, seu discessum fideiussoris ignorauerit, quę ignorantia in facto alieno præsumitur, officialis moneri debebat, & si monitus nō fuerit, societas irritari nō debet, quia alios non dederit fideiussores. facit l. emptor. C.de euictio. c. si venditor.de empt.& vendit. Corn. cons.102. lib.3. vbi etiam in fine dicit, quod imputandum est creditori, quia officiali non intimauit.

Non obstant in contrarium adducta, quod in contractu citro vltroque obligatorio interpellatio nō requiratur, quia hoc procedit, quando quis est obligatus ipso iure, vt in tempore vel venditore, qui statim facta emptione tenetur ad pretium, & venditor ad rei traditionē, sed secus quando oblig. est collata in aliquo die incerto, vel sub aliqua conditione, vel pēdent a stipulatoris voluntate: tunc vt promissor in mora cōstitutus certioratio, declaratio, atque interpellatio requiritur. vt late declarat Goza. d. cons.1.num.39. cum seq. Bero. d.cons.205.

Et vt dictum fuit dies, ex quo erat incerta, & promissio sub conditione per lapsum diei, vel aduentum conditionis promissor non dicitur in
24 mora, nisi de aduentu diei, vel conditionis certioretur, vt per Bart. & omnes in l.quoties in diem. de verb. obl.& in d.l. ita stipulatus.in 2. quęstione principali.ver.si vero dies.ubi & Aretin. Ideo etiam quod conditio fuerit impleta requirebatur etiā interpellatio. Bero. cons.160.nu.7.lib. 3.per tex. in l. quod dicimus. ff.de solut.non enim dicitur officialem stetisse, nisi interpellatus fuerit.d.l.si ex legati causa. & in l.quod te.ff.si cert. pet.Gloss.fin.in l. si post tres.ubi Bal. & Ang.ff.si quis cautio.& dies quando est certa pro homine interpellat, quia potest promissor se ad implēdū præparare, secus quando est incerta, & requiritur declaratio stipulatoris, quia tunc nō potest diuinare de die, nec de stipulatoris uoluntate, unde in mora dici non potest. Ias. d.l.si ex legati causa, post n.12.ver.confirmo. Quinimo etiam post aduentum incertæ diei, & conditionis non sufficit interpellare, sed requiritur, quod promissor fiat certus conditionem aduenisse. Bart. in l. non solum. §. morte.ff.de ope.nou.nunc.quod procedit etiam si iuramentum interpositum fuisset. vt per Alex. in d.l. quod te. Aret.in l.si ex legati causa. Bauer. in tracta. de mora. par.2. num.21.& 22. Plaut.

25 22. Plaut. in d. l. quod te, num. 24. & 25. qui alios eiusdem opinionis recenset, cum militet eadem ratio absurditatis ne eod. tempore obligetur, & in mora constituatur, & promissor si ignorat, in mora dici non potest,
26 quæ rationes, & in iuramento militant. Gozad. eo. cons. 27. num. 5. Curt. Iun. in d. l. quod te. num. 26. & 27. Ias. in l. quoties. col. 2. de verb. oblig. vbi dicunt, quod iura reputant iniquũ, & absurdum, quod quis vno, & eodem tempore per iuramentum obligetur, in moraque constituatur.

Nec demum obstat, quod illud pactum fuerit resolutiuum, ideo ex non implemento secuto ab officiali societas dissoluta fuit, quoniam a principio societas libere, & pure contracta fuit, & officiali ius acquisitum vt durante societate si creditor morte naturali decederet, pecunias lucraretur, quæ societas sic pure, & simpliciter concepta, veniebat postea resoluenda in euentum, in quem fideiussores dati decederent, vel recederēt, vel eorum conditio deterior fieret, si officiclis alios fideiussores non præstitisset, perinde si societas disdicta forot; societas igitur potius modalis quam conditionalis fuit, tum, quia
27 potius modus, quam conditio præsumi debet, l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Cyn. & Bar. in l. cum mora. C. de transact. Bald. in d. l. & si post tres. Aret. d. cons. 150. tum etiã, quia ad cognoscendum modum a conditione debet inspici, an illa verba adiecta in euentũ, in quem, &c. veniant adimplenda post ius quæsitum, & concessum, vel ante ius quæsitũ vel concessum, si ante, dicitur conditio suspensiua, si post, dicitur modus, vt declarat Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius. & in l. 1. ff. de condit. & demonstr. Sed postquam societas contracta fuit, & ius officiali acquisitũ in pecuniis receptis eueniente morte creditoris, fuit adiectum illud onus, quod officialis in casibus ibi expressis, licet talis adiectio operetur, quod nisi per officialē adimpleatur omni commodo societatis priuetur. vt in d. §. Termilius. vbi Bart. Tamen requiritur, quod debens adimplere
28 in mora adimplendi cõstitutus fuerit, alias commodo non est priuandus. arg. l. ita stipulatus, la grande. ff. de verb. oblig. & ibi Bart. in penul. car. vers. sed circa prædicta dubitatur, & vbi contractus incipit a præcedenti dispositione simplici, vt priuatio sequi possit propter non adimplemētum, interpellatio requiritur, l. si penum. ff. quando dies leg. ced. Bar. post Dyn. in d. l. ita stipulatus, & in l. suus quoque. §. filio. ff. de hæred. instit. Bal. in d. l. & si post tres, in vlt. car. vers. sed videtur idem in contractibus. Aret. d. cons. 150. col. 2. vers. his tamen non obstan.

Vlterius cum de priuatione iuris iã quæsiti agatur, nunquam potest di-
29 ci illo iure priuatus, nisi monitio pręcesserit. vt voluit Bart. in Auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. Sed societas fuit simpliciter cõtracta, & ius societatis officiali acquisitũ fuit sub modo, & onere alios dandi fideiussores alias ius societatis dissolueretur, illo igitur iure officialis priuatus non fuit, nisi prius ad dandum alium fideiussorem interpellatus fuerit. vt per Aret. in d. cõs. 150. per text. in c. 1. §. licet. si de feud. fuerit contr. inter dom. & agna. iunct. c. 1. §. illud. in quibus ca. feu. amit.

Pręterea quãuis illa verba, in euẽtum

tum

tum iu quem,&c. conditionaliter sta re possent, huiusmodi conditio nõ diceretur suspensiua,sed resolutiua,cu-
30 ius effectus est præsupponere societatem contractam simpliciter,& pure fuisse, vt ex ea statim dicatur ius officiali quęsitũ,quod creditore decedente morte naturali, pecunia recepta in societate lucraretur,sed resoluendam esse sub conditione adiecta l.2. & ibi Gloss. ff. de in diem adiect. Bar.in d.l.quibus diebus.§.quidam,il 2. quæ conditio resolutiua licet veneri, ex quo pendet a præcedenti contractu simplici,talis contractus pure factus resolui non potest, nisi officialis certioratus, & interpellatus fuerit conditionem euenisse, & propterea aliũ,siue alios præstaret fideiussores,vt per Afflict.decis.370.nu.8. & decis.159.& in aliis locis supra citatis.

Promissioque de dando alium fideiussorem alias ad pecuniarum restitutionem cogi possit,cum ad commodum creditoris stipulata fuerit,
31 habet tacitam conditionem si creditor voluerit,declarauerirque aliũ fideiussorem in locum mortui, vel absentis velle. iux. not. per Bero. in d. cons.160.lib.3.nu.9. & 11.arg.d.l.2. ff. de leg. commis. & in l.fin. 1.ff.quorum legatorum, & in casu præsenti resolutio contractus nõ fuit facta ip-
32 so iure, vel ipso facto, vt loquuntur iura, & decisiones in contrariũ allegatæ,sed per verba, quæ requirebant creditoris factum,cum ad eius commodum adiectio talis facta fuerit, & propterea in casu. Matth.de Afflict. decis.174. d.declarauerat,nam resolutio contractus per non dationem fideiussoris, non fuit in facto esse,sed in potẽtia fieri creditore volente. vt declarat Dec.cons.138. col.2.maxime si dictũ fuit, alias ad restitutionẽ pecuniarũ cogi possit, quæ verba voluntatem creditoris important.l.sæpe audiui Cęsarem.ff.de officio præsidis, & ministerium iudicis, cum nemo sua propria auctoritate ius sibi dicere possit, & propterea illa verba solum operantur ad fauorem creditoris,vt in facultate ipsius sit dissoluere societatem,si alii fideiussores nõ pręstentur,cum alias facere non potuisset, alias talis declaratio non fuisset ad commodũ creditoris,nec amplius potuisset fructus percipere si societas ipso iure dissoluta esset, sed cum fructus postea perceperit, videtur satis declarasse illos in causa societatis percepisse,vt debitum fugiatur.l. merito. ff.pro socio,cum aliter percipe-
33 re nõ potuisset absque crimine vsurarum,& in clausula annullatiua contractus semper subintelligitur conditio, si pars ad cuius fauorẽ est apposita vtatur, vel ei non renunciet, ita cõmuniter teneri ait Cassiodo. decis. 12.in reg.cancell.nu.7. Cephal.cons. 25. nu. 29. lib.1. alios citat Gabriel. in suis conclusionibus,de clauf.lib.6. concl.3. num.25. & 26. quod in casu præsenti videtur euenisse per fructuum perceptionem.

SVMMARIVM.

1 *Officialis si duos fideiussores dare promiserit, & vnum tantum dederit, an societas contracta sit.*

2 *Contractum non obseruans ex parte sua omni commodo caret.*

3 *Pœna l. si quis maior. C. de transact. etiam in contractu societatis locum habet.*

4 *Societatis contractus est contractus nominatus, qui non reuocatur propter*

pter inobseruantiam.

5 *Contractus non annullatur ob non implementum secutum nisi interueniente monitione.*

6 *Clausula resolutiua contractus operatur, vt societas non dicatur contracta.*

7 *Solutio pensionis ratificationem contractus inducit.*

8 *Emphyteuta cadit a iure suo ex alienatione, vel Canone non soluto, si Dominus voluerit.*

9 *Societas potest finiri, si conditio, sub qua facta est, impleta non fuerit.*

10 *Clausula resolutiua contractus posita in fine an referatur ad aliam partem contractus.*

11 *Fructus restituendi sunt pro rata temporis, si societas infra tempus dissoluatur.*

C A P. L X I X.

CVm dictum sit supra, quod in contractu huiusmodi societatis pro maiori cautione illius, qui pecunias ad societatem officiali præstat, soleat semper officialis promittere dare duos fideiussores, vti principales, & principaliter, & in solidū
1 obligatos pro solutione fructuum, & sortis restitutione. Dubitatum fuit, an societas contracta dicatur, si postea, nisi vnus fideiussor non accesserit, & qui pecunias dedit, pro semestri iā fructus perceperat, & videbatur dicendū societatem minime con tractam fuisse, vt officialis in casu mortis lucrum consequi valeat, quia
2 contractus pro eius parte non adimpleuit, & non obseruans contractum ex parte sua, ab omni commodo con uētionis cadit. l. si conuenerit. §. fin. ff. locati. c. peruenit, de iureiurādo. cō tractusque viros. in non obseruando conuenta per alterā partiū dissoluntur, vt per Doct. in l. si quis maior. C. de transact. quæ etiam ad termi- 3
nos nostros trahi potest, cum generaliter loquatur, & habet locum in omni contractu, vt ibi communiter. per Doct. maxime stante iuramento, vt per Corn. cons. 25. nu. 11. lib. 2. Vnde cū officialis non seruauerit ea, quæ in cōtractu societatis seruare promisit, quia non dedit duos fideiussores,
3 non poterit in casu mortis pecunias lucrari. Corn. cons. 121. lib. 2. vers. ponderandū est, vbi dicit, quod pęna dictæ legis, si quis maior, vendicat etiā locū in contractu societatis, eo magis si talis contractus innominatus esset, vt dictum fuit supra c. 9. in 1. part. per not. per scriben. in l. cum proponas. C. de pactis, etiam quod contractus societatis esset in forma Cameræ, tamen exceptio huiusmodi nō ad implementi officiali agēti obstaret. Ant. Gallesi. ad formam Cameræ obligatio. quæst. 1. in 4 parte n. 7. & ita fuit responsum in Rota Romana in causa Romana pecuniarum 18. Decembris 1573.

In contrarium facit, quia contractus societatis est contractus nominatus, qui post executionē non reuocatur propter inobseruantiā, sed ad implementum, vel ad interesse agi-
4 tur. l. ea conditione. C. de rescinden. vendit. l. fin. ff. de condit. ob causam. Corn. cons. 102. lib. 2. n. 21. Ruy. cons. 128. nu. 9. lib. 5. Decius, & Moder. in d. l. cum proponas. Vnde contractus cū a principio fuerit perfectus, quia officialis pecunias habuit, & ille, qui illas dedit, fructus percepit, non rescinditur per fideiussores postea non præstitos, vt in dictis iuribus habetur,

tur,& in l.in ciuile. C.de rei vendica. & not. in l.si pecuniam. de condit.ob causam.Corn.conf.208.lib.1.nec cō-
5 tractus annullatur ob nōn implementum secutum, nisi interueniente monitione adimplen. Corn. consil.102. lib.3.Dec.conf.452.nu.11.Aret.conf. 149.ad fi.Aymo.conf.104.nu.25.

Sed pro resolutione considerandū
5 est, an in instrumento adsit clausula resolutiua contractus, si enim adesset,tunc societas contracta nō esset,
6 vel ex non præstatione fideiussorum resoluta fuisset, vt dicimus in pacto. l.commissione. quod idem est in omnibus contractibus habentibus clausulam resolutiuam.vt per Dec. cons. 187. nu.4. pactum enim resolutiuum statim operatur stante declaratione
7 per creditorem facta. Alex.in l.insulam.16.fallen.de verb.oblig.nec pendet a voluntate creditoris, sed a negligentia debitoris negligentis, id quod tenebatur perficere, nec est ferendū,vt quis ex eo contractu,quem nō impleuit commodū consequatur. l.Iulianus.§.offerri.de act.empt.Gozad.conf.1.nu.1.& conf.31.n.4. præsertim si adest pactum, quod eo ipso intelligatur societas reuocata, cū ad effectum, vt quis consequatur actionē, vel exceptionem ex cōtractu, debet ante omnia docere,pro parte sua adimpleuisse. Aym.conf.151.& conf. 192.num.1520. Nam alias,qui dedit pecunias, contracturus non fuisset,l. in conuentione. de verb.oblig.nec requiritur,vt probetur officialem fuisse in mora dandi fideiussorem.Bar.in l.si duo.§.hæc verba.de cōstit.pecun. cum non simus in casu, in quo mora requiratur,cum non possit lucrifacere ex eo contractu, quem non adimpleuit.Dec.in l.cum proponas. nu.4. C. de pact. & ita fuit resolutum per Dominos de Rota in vna Rom. duorum millium,vt habetur in decis.Seraphi. die 18.Decembris 1573. & die 19.Martii 1574.

Si vero clausula resolutiua non sit expressa, societas esset contracta,sed creditor semper agere posset,vt fideiussores præstentur, cū enim fructus perceperit videtur voluisse societatē coire. Paul.Castr. conf.383. factū sic
8 se habet. vbi dicit,quod solutio pensionis ratificationem contractus inducit vt eum refert,& declarat Natta conf.26.nu.7. lib.1. immo per receptionem fructuum videtur approbasse cōtractū,& a resolutione ipsius recessisse.vt in l.de lege.§.fi.ff.de leg. & commis. facit tex.in l.si cū dies.§. fi.cum l. sequen.ff.de arbitris,& in l. 2.in princ.ff.si quis cautio. probatur expresse recte intuenti in l. post diē. ff.de leg.& commis.iuncto §.vltimo. & l.præcedendum,vt bene considerat Aretin. conf. 149. num. 12. vers. sed quæritur.hinc dicit Bal.in cap.1.quo temp.min. inuest. quod si post diem, & mensem Dominus recepit vassallū ad obedientiam videtur sibi ingratitudinem remisisse,ob quam vassallus a iure suo ceciderat, & si emphyteuta alienat, vel debitum canonem intra debitum tēpus non soluerit,a iure suo cadit,tunc demum si Dominus voluerit,& declarauerit.vt per Alex. conf.106. li.3.& conf. 125.lib.5. Soc. Iun.conf.111.lib.1.late Cephal.conf. 25.nu.29.lib.1. & recipiendo pensionem, caducitatem reducere videtur. Glos.magna in l. 2. C.de iur.emphyteu.c.potuit.in glos.penul.extra locati.Dec.conf.452.num.23.Cassiad.decis.2. & seq. de locat. & conduct. hoc enim simul minime compatiuntur, quod

quod creditor fructus perceperit, & retineat, & societas non sit cōtracta, posset bene creditor etiam quod fructus receperit, agere, vt officialis aliū prestat fideiussorem; alias societatē reuocare per tex. in l. si non conuenerit. ff. pro soc. vbi si societas est facta ad certum tempus, potest ante tempus ab ea recedere, si conditio, sub qua coita fuit, impleta non fuerit, fructus tamen pro rata temporis restituere deberet, postquam cessat causa, ex qua licita erat eorum perceptio, & retentio, & creditor tenebatur inuestigare, & perquirere an fideiussores essent dati, ex quo ad eius commodum tendebat. Aymon. conf. 168. nu. 4. Ruy. conf. 46. lib. 5. qui proprie loquitur in eo, qui fideiussores dare promisit.

Si vero clausula resolutiua in dandis fideiussoribus posita non esset, sed solum in renouandis in casu absentiæ, vel mortis, an tunc talis clausula referri etiam possit ad dandos fideiussores. & DD. de Rota inclinarunt referri debere ex verisimili mente contrahentium, iuxta not. in l. tale pactū. §. fi. ff. de pactis, quia ratio diuersitatis assignari non potest, habetur decis. Oradini in vna Romana. 1000. de anno 1566. die 12. Martii; & die 28. Iunii, & si diceretur, societatem non esse contractam, vel resolutam, conuentio illicita esset, si dans pecunias, fructus saluo capitali lucraretur. Ideo dicendum est fructus perceptos, resoluto cōtractu societatis, restituendos esse, per not. per Alex. cōs. 117. nu. 3. lib. 1. vel solum fructus lucrabitur pro rata tēporis, quo societas durauit, vt dixerunt DD. de Rota in ead. causa, die 9. Maii 1567. vt in decis. Oradini habetur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores qui ad sex menses, & non vltra promiserunt, an intra sex menses conueniri possint.*

2 *Obligatio ex dissensu dissoluitur.*

3 *Tempus, cum simpliciter apponitur, intelligitur de immediate sequenti.*

4 *Vltra, ista dictio cuius sit natura.*

5 *Fideiussores tenentur in omni casu, in quo ipse principalis tenetur.*

CAP. LXX.

Sed an fideiussores, qui societati contractæ ad beneplacitum cum disdicta quindecim dierum ad sex menses, & non vltra accesserunt, reuocata societate, intra sex menses cōueniri valeant. Et dicebatur non posse, qū integrū semestre habere debeant; illud enim tempus ad eorum commoditatem habere censentur, & si intra tempus conueniātur plus debito petere dicitur. §. plus autē. Insti. de actio. & minus soluere dicitur, qui commodum dilationis habet, vt declarat Soc. cons. 151. col. 2. lib. 1. Nā fideiussores integrum semestre habere putarunt, & ille, qui pecunias dedit, diminui intendebat, nō fuit orta aliqua obligatio, cū valeat argumētum de plus debito, de loco ad tēpus, de re ad tempus, de causa ad tēpus. vt per scribent. in d. §. plus autē, vnde ex dissensu obligatio viciatur. arg. l. dotē. ff. locat. vbi si locator sensit de maiori, conductori de minori, locatio non tenet, cum in plus fideiussores essent obligati, si minus tempus haberent, & cum fuerit dictum ad sex menses cum disdicta quindecim dierum, illi quindecim dies intelliguntur

guntur immediate sequentes, quia
3 vbi simpliciter de tempore proferimus de immediate sequēti intelligimus. l. cum, qui calendis, vbi late Iasi de verb. obli. ne dilatio coarctetur. l. 2. C. de tempo. appella. c. non potest. §. 1. de prob. in §. accedit tex. in l. 3. ff. mandat. ibi namque iniquum est, nō esse mihi cum illo actione scindi, ille vero si velit. Vnde inconueniēs esset, vt in facultate illius esset, qui pecunias dedit, computare tempus a die disdictæ, vel a die semestri finiti, secundum l. cum, qui Calendis.

In contrarium dicebatur, quod cū fideiussores promiserint ad sex menses, & non vltra, censentur etiam intra sex menses posse conueniri, si infra sex menses societas legitime dissolueretur, & esset locus repetitioni pecuniarum, cum dictio, vltra, sui natura excludat, & includat: excludit
4 tēpus vltra sex mensium, & includit tēpus intra sex menses. Bar. in l. cum ita. ff. de dot. prælegat. Ang. & Bal. in l. si vltra. C. de fideiusso. Angel. consi. 94. Dec. in l. in actione. num. 9. C. de transact. & cum principalis secuta reuocatione post quindecim dies, cōueniri potuisset, etiam ipsi fideiussores conueniri possent, quia videntur
5 voluisse teneri in omnem casum, in quo ipse principalis tenetur, & conueniri posse. l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiusso. Alex. cons. 34. li. 4. præsertim si est expressum, fideiussores teneri veluti principales, & in solidum ad omnia, ad quæ principales tenebantur, quo in casu nulla deformitas in obligatione cēsetur. l. Iulianus. de leg. 3. Roma. cons. 44. in 3. dubio. Ang. & Imo. in l. damni infecti. ff. de dam. infect. Gozad. cons. 59. col. 3. & si intra sex menses fideiussores cōueniri nō possent, nec illis elapsis cōuenirent; teneri ad sex menses tantum, & nō vltra, eorum obligatio, & promissio elusoria redderetur. c. si ciuitas de sent. excom. lib. 6. glo. in cap. quamquam. de vsur. eo lib. Fely. in c. Rodulphus. col. 2. de rescript. & licet fideiussores non potuissent conueniri durātibus sex mensibus, tamē non erat prohibitum societatem intra sex menses disdicere, siue reuocare ad effectum saltem, vt finita societate solutio fieret, & nil factum erit contra conuentionem, & ita decisum fuit in Rota Romana, fideiussores posse conueniri, quando societas infra sex menses dissoluitur, vel reuocatur. per not. per Bar. in l. c. cum ita. de dolo. Bal. & Ang. in l. si vltra. C. de fideiusso. & per Puteum 58. decis. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Creditores anteriores præferendi sunt posterioribus, tam in sorte, quam in vsuris.*
2 *Creditor anterior præfertur posterioribus in fructibus decursis ante litem motam.*
3 *Societas per mortem, vel decoctionem finitur.*
4 *Societate dissoluta fructus amplius non currunt.*
5 *Fructus decursi, vel decurrendi pendente lite super sorte non debentur. & nu. 2.*

C A P. LXXI.

Licet anteriores creditores volūt & sint præferendi tā respectu sortis principalis, quā fructuū an
1 te litem motam maturatorū, vt in l. Lucius.

Lucius. ff. qui pot. in pigno. hab. vbi quo ad vsuras, tamquā accessorias, primus creditor secundo præferatur, vt ibidem per Bar. qui summando d. l. dicit, qui potior est in sorte, est potior in vsuris, & ibi per Angel. Bal. Saly. & Neguf. de pign. & hypothecis in secundo memb. 5. par. n. 10. & in 1. membr. 5. par. nu. 14. & 15. quod tamen non procederet, quo ad pœnam, in qua primus creditor, secū do non præfertur. vt per Matth. de Afflict. decis. 186. vt ibi in additionibus Cæsar. Arsil. declarat, nec etiam in fructibus pendente iud. maturandis, quia pendente iud. super sorte, vsuræ, & fructus etiam per stipulationem debiti, peti nequeūt. Saly. in l. 1. n. 4. C. de iudic. & in materia nostra omnis cessat difficultas, licet enim bona officialis sint pro sorte, & fructibus obligata, tamen mortuo officiali, vel decocto in cōcursu creditorum, qui pecunias ei in societatem dedit, & sic pro sorte, & fructibus
2 decursis vsque ad mortem, vel decoctionem, si est anterior posterioribus creditoribus preferatur, quia pro fructibus obligatio retrotrahitur ad diē promissionis, vt in d. l. Lucius. idem, & si esset tacita hypotheca. vt per Neguf. in d. 1. membr. 5. part. qui reprobat Soc. qui in cons. 41. lib. 4. in tacita hypotheca contrarium dixerat, sed in fructibus decurrendis pendente iud. non solum non subest aliqua hypotheca, sed nunquam etiam aliqua actio competit: statim enim, quod crediur ex causa societatis sortem recepit, videtur animum habere societatis distrahēdę. l. actione. ff. pro socio. & actio pro socio durante societate non datur. l. tamdiu. C. eod. Pet. de Vbal. in tract. de duob. fratribus, vndecima part. princ. col. 3. ver. 7. finitur Pract. Papien. in for. libelli in causa societatis, ver. nec perseuerare. nu. 2. præsertim quia per deco-
3 ctionē, siue mortem societas finitur. l. 1. §. dissoluitur. ff. pro soc. d. l. in actione. §. pen. Aret. in §. soluitur. Instit. de societ. l. pro verum. ff. pro soc. Decius cons. 213. & in Curia Romana indubitatum est, vt dicit Hier. Gabr. cons. 63. lib. 2. n. 15. & finita so-
4 cietate fructus amplius currere nequeūt. l. socium, qui in eo. ff. pro soc. & periculum vitæ cessat. Hier. Gabr. cons. 78. lib. 1. & d. cons. 63. n. 16. & ita
5 in questione proposita vidi responsum fuisse per doctissimū Dominum Robertum Lancellottum Perusinum mihi vti fratrem obseruandissimum.

SVMMARIVM.

1 *Officialis an facta cessione officij pecunias receptas in societate lucrari possit, si ille, i ui illas dedit, ante admissionem ob erit.*
2 *Resignatio officij habet tacitam conditionē, si ius cessionario acquiratur.*
3 *Cessio ante admissionem non dicitur perfecta.*
4 *Resignans beneficium ante admissionē illud non perdit.*
5 *Papa forte non potest conferre officiū, nisi personæ, in cuius fauorē est facta resignatio.*
6 *Resignatio facta de offi. donec non fuerit admissa, officialis officium retinet.*
7 *Resignatio facta cum clausula, nec aliter, nec alio modo, est conditionalis.*
8 *Officialis resignans officium ab omni iure suo cadit.*
9 *Resignans beneficium ipso iure beneficio priuatur.*

10 *Resignatarius non dicitur habere officium a resignante, sed à Papa.*
11 *Resignatio facta de offi. dicitur perfecta quo ad resignantem etiam ante admissionem.*
12 *Fructus officij a die resignationis ad resignatarium spectant.*
13 *Ius semel extinctum amplius reuiuisci non potest.*
14 *Officialis dicitur officium alienasse statim, quod illud resignauit.*

CAP. LXXII.

Societas vt dictum fuit Cap. . . per alienationẽ, siue resignatio-
1 nem ab officiali factam de off. super quo societas inita erat, dissoluitur; sed quid si post resignationem, antequam resignatio admissa fuerit, ille, qui pecunias dedit obierit, an officialis pecunias in societate receptas
2 lucrari possit; & pro affirmatiua dicebatur; quod resignatio officii facta ad fauorem certæ personæ habet in se tacitã conditionem, si ius resignatario acquiratur. Ias. in l. si quis. C. de institut. & substit. Io. Paul. decis. 405. Mohed. per solam resignationẽ adhuc non admissam resignatio per-
3 fecta non dicitur, quia resignatario nullum ius acquisitum fuit, nec ab officiali ius suum abdicatũ tenetur. Cassad. decis. 2. de renunciat. num. 4. & 5. Putc. decis. 94. in 2. vbi resignans
4 beneficium, donec resignatio admissa non fuerit, illud non perdit, cap. fin. de renuncia. in potestate enim Papæ est resignationem factam recipere, vel non. Io. Andr. in c. ex ore, de his, quæ fi. a maio. par. cap. Cassad. d. decis. 2. num. 6. & sic pendet a voluntate Papę. Abbas in c. quod in dubiis, sub num. 8. de renunciat. licet non posset illud forte conferre, nisi personæ, ad cuius fauorem resigna-
5 tio facta fuit. glo. in c. olim. in verb. traditum, de restit. spoliat. c. inter. de præben. tamen donec resignatio admissa non fuit, officialis officium re-
6 tinet cum non dicatur factum, donec aliquid faciendum restat, vnde officium nec residere in persona resignantis, nec ius suum ab eo abdicatum dicitur, donec resignatio admissa non fuerit, nec dicitur alienatum, quod adhuc in domino resignantis manet. l. alienatum. in princ. de verb. signif. præsertim si resignatio facta esset cum clausula, nec aliter, nec alio modo, quę reddit actũ conditionalem. Ias. cons. 86. in vlt. du-
7 bio. lib. 3. ideo donec non fuerit secuta admissio, officium penes officialẽ residet. Cassad. d. decis. 2. num. 6. Hier. Gabr. cons. 185. lib. 1. qui alias decisiones allegat, nec resignatio dicitur perfecta ante admissionem. adnot. plene Tiraq. de retract. §. 1. glo. 2. nu. 21. & donec officium penes officialem residet, societas durare debet, merito lucrum conuentum durante societate officialis consequi debet.

In contrariũ considerabatur, quod facta resignatione officii, statim societas dissoluta fuit, quia per resignationẽ officii, resignãs omne ius, quod
8 in eo erat, a se abdicauit. Innoc. & alii in c. super hoc. de renunciat. Cassad. decis. 4. de restit. spol. Rot. decis. 23. & decis. 252. si opponatur. in no. & decis. 67. nota quod resignas. 205. in antiq. & resignatio facta in manibus Papæ valuit, & statim suum effectum sortita fuit. c. super hoc. c. transmissa. de renuncia. c. quam periculosum. 7. q. 1. etiam si resignatio aliquo defectu nulla esset. d. c. quod in dubiis

dubiis. vbi Abbas dicit, quod priuatur ipso iure, sequitur Ripa. in cap.
9 2.de rescript. nu.23. & resignans pro mortuo habetur. Paris. cons. 143.nu. 8.lib.4.& licet resignatarius ad Papã recurrere debeat, vt illum admittat. Rot. decis. 397. in antiq.tamen resignatio ad præiudicium cedentis valet, & tenet.Io.And. Cald.cons.4. de renuncia. Cassa. decis.2.de renuncia. glos. in cap.1. 17. q.2. Paul. Castren. cons.313.lib.2. viso tenore suprascriptæ Bullæ. Ad fauorem solum Principis introductum fuit, vt resignatio officij per Papam admitti debeat, vt scire valeat in cuius persona officium resideat, & facta admissione resignatarius non dicitur officium ab officiali habere, qui iam suum ius cesserat, sed a Papa. Abbas in c.
10 2. de rescript. Cassad. decis.15. post prin.nu.1. de præbẽ. prout ita firmare videntur Domini de Rota in vna Ro.societatis coram R.P.D.Seraphino sub die 23.Iunii 1579. vbi constituerunt differentiam inter resignationes beneficiorum, & resignationes officiorũ: in beneficialibus enim nullum est commercium, & sine licẽtia sui superioris non potest Clericus neque tacite, neque expresse beneficium renunciare, vel dimittere. c. admonet.de renuncia.Abb.in cap.ex ore sedentis, de his quæ fi. a maio.
11 par.cap.& si aliter facta fuit,non tenet ad præiudicium renunciãtis, siue resignantis. Abb. in c.2.num.10.de restit.spol.cũ illicita renunciatio nemini prẹiudicat. glo. in d. cap. 1. & posset Clericus resignans antea admissionem, & præstitum consensum pœnitere. Rota decis.7.in antiq. in officiis aliud est,in eis enim est commercium, cum æquiparentur bonis patrimonialibus, & pactiones nõ sunt prohibitæ sicut in beneficialibus, & a Papa passim resignationes admittuntur, & officia in cõmercio nostro videntur. ad not. per Castren. in l. continuus. §.cũ quis. ff.de verb. obligat.num.5.& resignatio, recepta pecunia facta tenet, & post resignationem resignãs pœnitere nequit; vn
12 de resignatio dicitur perfecta etiam antequam admissio secuta fuerit. l. necessario.§.si ita res.ff.de peric.cõmo. re vend. adeo quod ab ea cedens discedere non potest. glo. ibi, & in l. 1.C.eod.tit.& fructus officii non ipsi cedenti, sed cessionario a die cessionis spectant. Cassio. decis.4. num.6. de restit.spol. Sarnen. in regu.de publi. resignan. q. 7. Alexan.cons.121. num.6.lib.4. Hiero. Gabr. cons.192. lib.1.& admissio non requiritur ad perfectionem resignationis, sed ratione interesse Principis, cui interest scire in cuius persona officium cessum, & alienatum fuit,& etiam propter emolumẽta,quæ ex resignatione proueniũt, sed res respectu cedentis ex quo fecit quantum in se fuit, resignatio dicitur perfecta, & resignans facit se ab officio alienum. ad not. per Tiraq.de retract.§.1.glo.9.n.37. cũ nihil habeat spiritualitatis, adeo quod sine aliqua licentia resignatio fieri potest, & ante admissionẽ valet. Cassad. d.decis.2.n.3.de renuncia. & admissio est executio ad actum perfectum. Cassad.decis.1. de renunc.& ideo vt dictum fuit est differentia inter resignationes beneficiorum, & resignationes officiorum, & rerum temporalium.Rot.decis.306. si actor in no.vt etiam dixerunt domini in illa Ro.societatis,& licet quo ad superiorem attinet, illa non valeat, nisi

admissa fuerit, effectus tamen renunciationis quo ad ipsum renũciãtem attinet, inductus censeri debet. Anch. cons. 34. num. 8. & si Papa cessionem forte non admitteret, dici posset officialem in off. nõ continuare, sed de nouo officium acquirere, ad not. per Cassad. decis. 4. de restit. spolia. glo. in d. cap. inter cætera, in verb. assignari, in fi. Ius. n. semel finitum per cessionem, reuiuiscere non potest, l. qui res. §. aream. ff. de solut.
13 tradit Soc. cons. 206. col. 4. lib. 2. vel dici posset, quod resignatio fuerit perfecta, sed tamen reuocabiliter, donec admissa fuerit, & statim facta admissione ad diem resignationis factæ retrotrahitur, adeo quod officialis dicitur officium alienasse, statim, quod illud resignauit. Cassad. d. decis. 1. & 2. de renuncia. Io. Paul.
14 decis. 30. Paleott. nunc Cardinalis meriti. decis. 72. vers. immo respondetur, ideo fructus officii a die resignationis resignatio debentur, etiam quod interuenisset aliquod temporis interuallum a die resignationis, & a die admissionis, prout interuenire posset, saltem modo, quod non sufficit sola supplicatio, sed etiam necesse est litteras expedire: nec obstat, quod in resignationibus beneficiorum cum clausula, non alias. Et ius nõ abdicare, quia procedit in beneficialibus, quia alias resignans non erat dimissurus, sed in resignationibus officiorum, quæ fiunt libere in manibus Papæ, resignans nil aliud quærit, nisi pretium iam acceptum habere, vt possit alteri cedere, si forsan admissio non reparetur, & ideo magna est differentia, vt dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum proueniens ex morte illius, qui pecunias dedit in societate, ad illum peruenire debet, qui vere pecunias habuit, & bonam fidem recognouit.*

2 *Promissio indemnitatis, quid in se contineat, remissiue.*

3 *Incommodum, qui sentit, & commodum sentire debet.*

4 *Societas secunda facta pro extinctione primę præsumitur facta nomine illius, cuius societas prima inita fuit.*

5 *Actus præsumitur factus nomine illius, ad quem negotium spectat.*

6 *Officialis, qui solum purum nomen in societate accommodauit, lucrum consequi non debet, sicut nec damnum sentire debet.*

CAP. LXXIII.

DVbitatum aliquãdo etiam fuit si societas inter Titiũ officialẽ, & Petrũ inita fuit, sed vere pecuniæ in societatem receptæ per officialẽ inseruierunt Sempronio, qui bonam fidem recognouit, & officialem indẽnem seruare promisit. Petrus, qui pecunias accommodauerat, societatem reuocauit, & egit contra d. Titiũ officialem pro pecuniarum restitutione, qui officialis cum pecuniam præ manibus non haberet, pro illis restituendis, aliam societatem cũ N. cõtraxit, qui durãte societate decessit, modo Titius officialis prætendebat pecunias receptas a N. in d. societate
1 lucrari, quia societas cũ eo, & non cũ Sempronio contracta fuit, nec Sempronius nominatus fuit, nec eius præstitit consensum, & ex actu, quem non

non approbauit, lucrum consequi nõ debet, cum societas vere cum officiali contracta fuit, vt dictum fuit. 5. in cap. . non autem cum eo, qui vere pecunias recepit.

Rota tamen Romana in vna Romana societatis coram R.P.D. Blanchetto, die 28. Octobris 1580. cõtrarium determinauit, quia sicut ad Sẽpronium totum incommodum etiã secundæ societatis spectabat, ex permissione facta in prima societate, in qua bonã fidem erga officialem recognouit, & commodum, & incommodum societatis in se suscepit, officialemque indemnem conseruare, &
2 releuare promisit. ad not. per Ruyn. consil. 187. num. 3. lib. 1. Socin. Iun. consil. 94. num. 17. lib. 3. igitur, & commodum secundę societatis consequi debet. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. qui enim sentit onus,
3 lucrum etiam habere debet. cap. qui sentit. de reg. iur. in 6. secunda enim societas fuit facta per officialẽ ad extinctionẽ primæ factæ ad instantiam, & commodum Sempronij, qui se obligauit indemnem officialem releuare, & pecuniæ receptæ ex dicta secunda societate, fuerunt
4 versæ in extinctionẽ primæ societatis, igitur censetur nomine Sempronii facta. Bald. in l. ei, qui seruo. vers. sed venio. C. quod cum eo, cum etiam ipso inuito secundam societatem potuit officialis inire pro restituendis pecuniis in prima societate receptis, & secunda societas præsu-
5 mitur facta nomine illius, ad quem negocium pertinet. per not. per Bar. in l. familiæ. C. famil. hercisc. Tiraquel. de contract. ligna. §. 36. gloss. 2. num. 6. si igitur secunda societas potuit fieri etiam inuito Sempronio, potuit etiam absque eius consensu, & scientia contrahi. l. qui potest inuitus. de reg. iur. Ias. in l. 4. post princip. de fideicommiss. libert. adnot. Ruyn. consil. 107. lib. 1. num. 1. & 2. & quemadmodum ex prima
6 societate commodum, & lucrum fuisset ipsius Sempronii, etiam quod societas cum eo contracta non esset, quia omne incommodum sentiebat, & commodum sequitur incommodum, ita etiam ex secunda consequi debet, cum loco primæ successerit, subrogatarum fuerit, vnde iure subrogationis, debet sortiri eandem vim, & naturam. l. si cum. §. iniuriarum. ff. si quis caut. cap. Ecclesia. il 1. vt li. pen. Clemen. prima de supplen. neglig. Prælat. Dec. consil. 190. colum. 3. vers. hoc idem. Si enim Sempronius tenetur restituere pecunias in secunda societate receptas, & fructus soluere, & omne onus subire, debet etiam habere commodũ. Clemen. prima. de censibus, quod procedit tã quo ad commoda, quã quo ad incommoda. vt tradunt Bart. in l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testa. lib. esse iuss. Gozad. consil. 65. nu. 12. Socin. Iun. consil. 74. nu. 4. lib. 3.

FINIS.

L E O X.

DE SOCIETATIBVS OFFICIORVM ROMANAE CVRIAE.



EO EPISCOPVS seruus seruorum Dei. Adperpetuam rei memoriam. Romanum Pontificem, in quo fidei orthodoxæ fundamenta a Deo sunt constituta, & qui Christianæ veritatis assertor extitit, in primis summa ope niti decet, ne contrahentium in hac alma vrbe, in qua Ro. Pontifice regimini vniuersalis Ecclesiæ præsidente, aliquo modo animæ saluti præiudicium afferri contingat, sed quæ ex huiusmodi commercijs procedunt, sine aliqua labe, ac in sinceritate fidei inuiolata permanere debeant, ne vnde ius oritur, exinde nascatur iniuria, & qui documenta salutis cæteris præstare constituit, exempla tribuat delinquendi. Ea igitur cura moti, libenter ad ea intendimus, per quæ non solum Curiales, quantum Domino possumus, sine aliqua labe in bono conseruentur statu, & ex eorum laboribus, ac laudabili exercitio commode, honesteq. se substentare valeant. Sed omnis prorsus illiciti lucri via eis præcludatur, & eorum dispendijs obuietur. Cum itaque fide dignorum testimonio acceperimus, quod officiales Romanæ Curiæ pecunijs indigentes partem aliquam officiorum, quæ obtinent, alijs pro certa pecuniarum summa communicant, & ad respondendum de emolumentis pro dicta rata cum aliquibus pactis minus licitis se obligant. Aliqui vero officia ipsa de pecunijs aliorum ementes, & illa in propria persona exercentes, etiam cum ad illa exercenda plurimum apti existant, in eorum ingenio, & industria confidentes, aliquas super illis ineunt conuentiones. Nos super his opportunum remedium adhibere volentes, per quod huiusmodi contrahentiũ animarum saluti, ac conscientiæ puritati, & indemnitati consulatur, per præsentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia de Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo duraturas sancimus, & ordinamus, vt quicumque officialis tam in Romana Curia, quam extra eam officia ad Romanæ Pontificis sedem, seu ad vitam illa ementium vendi solita cuiuscumque status, & conditionis, aut dignitatis, vel honoris existat, partem magnam, seu minimam aliquam dictorum officiorum, quæ obtinet, seu illorum fructus vendere, donare, seu quouis titulo in alium extra Rom. Curiam absentem, qui conuentionem partis officij, & illius emolumentorum facere, & finire per procuratorem in Ro. Curiam consequendum, possit, & valeat transferre, vendere, donare, aut alias alienare voluerit, tam ei, quam ipsis emptoribus, donatarijs, seu quouis alio titulo partem ipsam recipientibus pro quauis summa, seu pretio inter eos conueniendo vendere, donare, & (vt præfertur) transferre, ipsique emptores donatarij, & alij quouis titulo, ad certum tempus, seu ad

ad eorum vitam, prout partes ipsæ conuenerint, libere, & licite accipere, & retinere. Illorumque, fructus, & emolumenta, etiam propria auctoritate de manibus ipsorum officialium fructus iuxta eorum conuentionem per supplicationem manu nostra propria signatam approban. recipere, & exigere, nec non in alios alienare, & disponere, prout titulum habentes libere, & licite valeant. Et cum mulieribus propter rerum inexperientiam de earum dotibus, & pecunijs, quibus se substentare debent, commercia facere non conueniat, ac propterea quandoque occurrat, eas personas, quibus pecunias pro aliqua vtilitate habenda concedunt defraudari, & decipi, & aliquando non solum fructibus sed capitali priuari: quandoque vero etiam in animarum suarum periculum minus honesta lucra per eas recipi contingat, sexui earum imbecillitati, ac etiam necessitati, vt (sine conscientiæ scrupulo, & animarum suarum, ac perditionis, & amissionis bonorum suorum periculo fructus ex earum substentatione consequi valeant) prouidere volentes, ordinationem, & facultatem huiusmodi, quoad officia Præsidentium, & portionum Annonæ Ripæ dumtaxat, etiam ad ipsas mulieres extendimus: ita quod ipsis mulieribus, tam puellis, quam maritatis, & viduis, tam in Romana Curia, quam extra eam existentibus, liceat partem officiorum præsidentium, & portionum huiusmodi, dummodo in personis earum orationes, & officia ipsa non sint, quouis titulo ad tempus, vel ad vitam habere ab hominibus, in quorum personis portiones, & officia ipsa fuerint, statuentes, & ordinantes quod officij saltem tertiam partem valoris officij, seu portioni huiusmodi habere debeat. Et si contingat eum decedere, per talis decedentis obitum, pars, quæ ad ipsum decedentem tunc spectabat, & non aliæ, quæ ad alium, vel alios in dicto officio partem habentes spectabant, vacare censeantur, ac de titulo, & parte vacantibus dumtaxat, simili modo si alium, seu alios, etiam fœminam, partem seu partes in huiusmodi officijs habentes decedere contigerit, partes sic decedentium vacare censeantur, & de illis per Rom. Pont. aut sedem, seu Cameram Apostolicam libere disponi possit. Et si titulum, vel partem habentes delinqueret, & propterea priuari contigerit, pœna priuationis suum teneat auctorem, & alteri partem habenti, vel e conuerso minime noceat. Et ad obuiandum fraudibus, quæ in præmissis fieri possent, volumus, decernimus, & mandamus, quod super huiusmodi rata parte, seu portione sic quouismodo communicanda, supplicatio manu nostra, seu Ro. Pont. pro tempore existentis haberi debeat: cuius supplicationis solam signaturam sufficere, & per Datarium, & Registrum supplicationum, more solito, mitti, & pro signatura, & gratia communicationis officiorũ huiusmodi ad vitam, vel aliud tempus vltra annum cum dimidio, quinque pro anno vero cum dimidio, aut minori tempore communicationis officiorum huiusmodi quouis modo faciendorum, duo ducati auri de Camera pro quolibet centenario ad dictam rationem respectiue, pro qua præfata rata, seu portio communicata fuerit, recipi, & consensus communicationis, seu ad partem admissionis vigore supplicationis desuper signatæ huiusmodi, coram vno ex Cameræ Apostolicæ Notarijs dumtaxat præstari, & per eum in vno in dicta Camera, & alijs libris penes ipsum Datarium pro tempore existentem construendis registrari debeat, & pro tali registratura, & labore cuiusque por-

 tionis

tionis cuiuscumque summa vigore vnius supplicationis alteri communicata vltra vnum grossum, leonem nuncupatum, ab altera partium recipi non possit. Decernentes quascumque societates, communicationes, & contractus de cætero faciendos sine expressa nostra, ac Rom. Pont. pro tempore existen. Et canonice intrantis approbatione, & signatura, irritas, & inanes, ac portionem alteri quouis modo pro tempore sine approbatione, & signatura nostris assignatam, seu communicatam, d. Cameræ Apostolicæ applicatam, & applicatas, ac quæcumque pacta, & conuentiones super dictis officijs sine nostra, aut dictæ sedis licentia pro tempore inita, tamquam suspecta, & illicita, nulla declaramus. Adijcientes, quod si aliquam partem pecuniarum super officijs huiusmodi ad tempus nondum effluxum habentes, ac beneficio huius constitutionis, ad saluandum pecunias officialibus super eorum officijs mutuatas in euentum obitus eorumdem officialium, vti volentes modo præmisso soluentes, & supplicationes desuper signatas obtinentes, pecunias officialibus huiusmodi mutuatas in euentum eorum obitus de pretijs officiorum vendendorum recuperare debeant, præmissaque omnia in alijs officijs dictæ Curiæ ad Camerarium, Vicecancellarium, Pænitentiarium maiorem, & sacri Palatij Apostolici Auditores spectanda, dummodo ad hoc ipsorum, quorum interest, expressus accesserit assensus, locum sibi vendicare volumus, atque decernimus. Ac pro ipsorum officialium, & contrahentium indemnitate, motu, scientia, & potestate similibus etiam decernimus, quod in euentum, in quem contingerit hanc nostram constitutionem aliqua ratione, vel causa in toto, vel in parte extingui, seu reuocari, aut ipsos officiales, vel contrahentes, declaramus, quominus emolumenta, iuxta conuentionem inter eos factam, seu faciendam, percipere libere possent, quomodolibet impediri, aut molestari, nos, & successores nostros, & Cameram Apostolicam præfatam, & eius bona in vim validi, & efficacis contractus ipsis officialibus, vel contrahencibus pro tempore existentibus, obligamus. Si vero fuerit facta aliqua diminutio emolumentorum huiusmodi ad soluendum, & satisfaciendum ipsis de summa, quam eosdem contrahentes pro huiusmodi minutione amisisse constabit. Si autem præsentes litteras reuocari contigerit, ad restituendum, seu restitui faciendum eisdem contrahentibus, tunc pro tempore existentibus, totam illam summam, quam pro eisdem societatibus soluisse constabit, in quibus nullo modo, nullaue ratione, vel causa computari debeant, seu possint in toto, vel in parte emolumenta per eos interim percepta, sed eos, & eorum quemlibet, iusto, & legitimo titulo emolumenta percepta sibi acquirere, & vt sua retinere posse, & debere. Mandamus præterea prædicto Camerario, & Cameræ Apostolicæ, Clericis præsidentibus, quos super præfatis societatibus conseruatores proprios speciales, & ordinarios iudices deputamus, vt in huiusmodi concernentibus negocijs efficacis defensionis præsidio assistant. Decernentes, quod in præmissis Camerarij, vel clericorum prædictorum determinationi omnino stetur, nec cuiquam ab eorum decreto appellari, aut ipsos contrahentes ad aliud tribunal etiam vigore rescriptorum Apostolicorum trahere liceat, neque Clerici ipsi suspectibus alligati, etiam prætextu portionum, & officiorum per aliquem ex eis obtentarum, & obtentorum possint, cum verisimile non sit, iudicia tot præstantissimorum virorum, in quorum fidei, ac prudentiæ præfata

Ecclesiæ

Ecclesiæ patrimonium creditur, aliqua ratione à rectitudine declinatura, quatenus ipsi ad infrascriptarum, & supradictarum sententiarum, & pœnarum declarationem & executionem, summarie, simpliciter, & de plano omni iudiciaria tela postposita iuxta stylum, & morem Cameræ, sola facti veritate comperta, procedentes, cum effectu, quotiens requisiti fuerint, & id nouerint expedire, prædicta omnia, & singula obseruent, & alijs faciant, sub pœna eorum arbitrio imponendis, inuiolabiliter obseruari, scripturasque necessarias, & oportunas obligationes de super faciant obligationem per nos sic factam recognoscentes, & sequentes, eisque officialibus, vel contrahentibus super præmissis, & eorum plena, & inuiolabili obseruatione, quodcumque publicum instrumentum obligationis bonorum S.R.E. & Cameræ earumdem ad ipsorum contrahentium requisitionem, & in euentum prædictum absque alterius declarationis, seu mandati expectatione, de præmissis debitam, & integram satisfactionem faciant. Decernentes quicquid per Cameram ipsam super hoc sit actum, gestum, determinatumque fuerit, ac sententiatum, & iudicatum, perpetuo ratum, firmum, & inuiolabile esse debere, ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu ad prædictæ Curiæ iudicium trahi non possint, litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de inducto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta; effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda foret in nostris mentio specialis, quæ quoad hac eis nullatenus volumus suffragari. Vt autem præsentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, ac per omnes inuiolabiliter debeant obseruari: volumus illas in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & audientiæ litterarum contradictarum nostrarum, & in Camera Apostolica affigi, legi, & publicari, vt hi, quos litteræ ipsæ concernunt, seu concernere possunt quomodolibet in futurum, quo ad illorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, quominus eos arctent, perinde ac si eis personaliter intimatæ forent: nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare. Volumus etiam, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis vnius Notarij manu scriptis, & alicuius Prælati, vel personæ in dignitate constitutæ sigillo munitis, ea prorsus fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus nostris litteris adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, ordinationis, extensionis, statuti, decreti, mandati, declarationis, adiectionis, obligationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ. M. D. XIIII. Pridie Idus Ianuarij. Pontifici nostri Anno II.

SVPER

SVPER SOCIETATIBVS OFFICIORVM
ROMANAE CVRIAE



PAVLVS IIII.



AVLVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, inter cæteras curas, quibus ex ministerio Apostolatus nobis diuina gratia munere, commissi assidue premimur, illa nos maxime vrget, vt praua consuetudines, & abusus quos in hanc almam Vrbem nostram malitijs hominum irrepsisse cernimus, nostra diligentia tollantur. Cum itaque (sicut fide dignorum relatione nobis innotuit) diuersa vtriusque sexus personæ, tam ipsius Vrbis ciues, seu originarij, quam Romanam Curiam sequentes sub prætextu, quod in dicta Curia super illius officijs societates ad rationem duodecim, & quandoque plurium pro centenario passim fiant, & societates huiusmodi licita reputentur, propterea, quod officia ipsa fructus suos verisimiliter ad eandem rationem reddant, & pecunias ipsas in societatem recipientes, si illas dantes, aut singuli alij tunc ab eis nominati moriantur, sortem principalem pecuniarum per eos in societatem receptarum, lucrentur, & e contra si recipientes pecunias in societatem moriantur, eo quod officia, super quibus societates huiusmodi contractæ fuerint, ipsis morientibus deficiant, eorum hæredes, aut fideiussores sortem receptam restituere cogantur, pecunias suas sub nomine societatis, non tamen super aliquo eiusdem Curiæ officio mutuent, & duodecim, & quandoque plura pro centenario, nomine quidem fructuum ipsius societatis, sed re vera pro vsuris pecuniarum per eos mutuatarum, exigant, vsurariam prauitatem committendo, & diuersi præfatæ Curiæ officiales super officijs per eos tempore obtentis diuersas societates cum diuersis personis etiam vltra valorem ipsorum officiorum, & cum pactis aliquando minus licitis sæpius ineant, & singulis personis pecunias suas eisdem officialibus intra valorem eorumdem officiorum, absque eo, quod vna aliam sciat, eredentibus tam pro sorte principali, quam pro fructibus dictarum societatum fideiussionem præstent aliorum officialium, qui officia sua alijs pro maiori pecuniarum summa, quam ille valeant, obnoxia, & hypothecata habent, & exinde fiant, vt officia ipsa quandoque vltra decuplum eius, quo vendi possent, obligata reperiantur, & tam illi principales debitores, quam fideiussores non solum fidem fallant, & creditores suos pecunijs, quas illi eisdem officialibus eorum, & fideiussorum suorum fidem sequentes credunt, priuent, & frustrentur,

tur, etiam iuramentis per eos in societatibus huiusmodi præstitis temere contrauueniendo, verum etiam facilitate societates huiusmodi clam ineundi, seipsos, & suam familiam depauperent, suamque, & illorum substantiam dissipent, & anibilent, in animarum periculum, & eiusdem Curię ignominiam, ac complurium, qui in pramissis non delinquunt, detrimentum. Nos cupientes, quantum cum Deo possumus, animarum periculis obuiare, & alijs inconuenientibus prædictis occurrere, motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petionis instantiam, seu ex certa scientia, & mera deliberatione nostris per præsentes decernimus, & declaramus omnes, & singulas societates ad rationem certæ, & determinatæ pecuniarum summæ, quolibet mense, vel anno, aut alio statuto tempore soluendæ, etiam sub periculo mortis alicuius, alias quam super officijs præfate Curiæ de cætero faciendas illicitas, & iniustas fore, & vsurariam prauitatem continere, & ex eis alicui ius, aut actionem acquiri non posse. Et insuper hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, atque statuimus, & ordinamus, quod de certo perpetuis futuris temporibus, nullus tam in dicta Curia, quam in tota ditione Ecclesiastica officialis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & praeminentiæ existat, aliquam societatem super officio, vel officijs ad nostri seu sedis, vel Cameræ Apostolicæ, vel Camerarij, Vicecancellarij, Pænitentiarij maioris, & causarum Palatij Apostolici, Auditorum dispositionem quomodolibet pertinente, seu pertinentibus, quæ vendi consueuerint, per eum pro tempore obtentis cum aliqua, seu aliquibus, persona, seu personis, communi, collegio, vel vniuersitate, vltra dimidium valoris officij, seu officiorum huiusmodi, & nisi præcedente signatura a nobis aut Romano Pontifice pro tempore existente obtenta, in qua substantia rei ad hoc, vt discerni possit, an licita sit, vel illicita facere præsumat: & quod societates super officijs huiusmodi aliter factæ, non valeant, nec viribus subsistant, earumque prætextu uullatenus agi possit. Nos enim signaturas huiusmodi (quas absque aliarum litterarum expeditione, regula contraria non obstante, fieri volumus) per nostrum Datarium ad instar resignationem officiorum huiusmodi expediri, & pacta in his societatibus pro tempore apposita, ad hoc, vt licita tantum statuantur, examinari, ac societates ipsas, vt omnibus innotescere possint, nec vltra dimidium pretij ipsorum officiorum fiant, in aliquo particulari libro apud ipsum Datarium adnotari, & pro expeditione signaturæ, & adnotatione huiusmodi, dimidium vnius, pro quolibet centenario per partes ipsas præfato Datario solui; & vt fraudes, ac pacta illicita, non præmissis hactenus facta detegantur, ac illis in tempore occurri possit, societates hactenus factas, & adhuc vigentes eidem Datario, seu ab eo pro tempore deputatis cum opportuna specificatione eorum, qui illas tam actiue, quam passiue fecerunt, & officiorum, super quibus, ac pecuniarum, pro quibus, & temporis, de quo, & ad quod factæ fuerint infra tres menses a die publicationis præsentium, modo infrascripto faciendæ computandos, notificari volumus, & mandamus, ac nisi, vt præfertur, notificatæ fuerint, eas ijsdem tribus mensibus elapsis penitus, & omnino extinctas esse, nec ius aut actionem aliquam tribuere posse, sicque, & non alias in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque etiam Auditores præfatos, ac Cameræ huiusmodi Clericos, in quauis causa, & instantia

sublata

sublata eius, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & definiri debere, & si secus super his, a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem praesentes litterae ad omnium, quorum interest, aut interesse poterit, quomodolibet in futuram notitiam deducantur, nec vllus se aduersus eas excusare, aut ignorantiam praetendere possit. Volumus easdem litteras in valuis Cancellariae Apostolicae, & acie Campi Florae per aliquos ex Cursoribus nostris legi; & publicari, ac affigi, affixasque inibi aliquo temporis spatio dimitti, & postmodum tolli earũ exemplo cum originali collationato loco illarum affixo, & dimisso. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam nostri decreti, declarationis, sanctionis, statuti, ordinationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpsit indignationem omnipotentis Dei; & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romae Apud Sanctum Marcum Anno incarnationis Dominicae. M. D. LV. Non. Octobris. Pont. nostri Anno I.

Io. Barengus.



PIVS PAPA IIII.

MOTV proprio, &c. Cum sicut accepimus fe. re. Paulus Papa IIII. Prædecessor noster certis tunc expressis causis motus, quod nullus tam in curia, quam in tota dictione Ecclesiastica officialis cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & praeminentiæ existeret, tunc & pro tempore aliquam societatem super aliquo, seu aliquibus officijs ad tunc suam, seu sedis, aut Cameræ Apostolicæ, seu Camerarij, Vicecamerarij, Pœnitentiarij maioris, & causarum palatij Apostolici, Auditoris dispositionem quomodolibet pertinentibus, quæ vendi consueuerunt per eum, obtinendo pro tempore cum aliqua alia persona, seu personis communi Collegio, seu vniuersitate nisi præcedente signatura ab eo, seu Ro. Pont. pro tempore existen obten. in qua pacta, & conuentiones partium exprimi deberent pro cuius expeditione, & certa adnotatione medium pro centenario quolibet scutorum, seu ducatorum cogeretur soluere, inire præsumeret, & societates aliter quam sic initæ non valerent, & earum prætextu agi non posse, & forsan alia tunc expressa sua constitutione, motu proprio sub datum Romæ apud sanctum Marcum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, nonis Octobris, Pontificatus sui anno primo, statuerit, & ordinauerit, prout in ea latius continetur, & habetur. Nos considerantes sicut fideli relatione præcepimus, quod ex huiusmodi constitutione multæ, ac diuersæ tam nostræ Vrbis, quam dictionis Ecclesiasticæ, & extra eam personæ, quæ earum pecunias in societatibus officiorum huiusmodi contractare solitæ erant, ea prohibitione, vti re noua territæ earum societas, quæ in notabili numero, & ingeniti pecuniarum summa existebant statim dissidixerunt, & reuocarunt, ad extractionemque pecuniarum sic in societatibus datarum agere, & officiales, eorumque fideiussores cogere cœperunt, & enixe institerunt. Quo factum est, vt officiales ipsi, & eorum fideiussores, tum etiam ob mala tempora, quæ interuenerunt promptam non haberent, quam restituerent pecuniam, nec ab alijs propter huiusmodi constitutionis difficultatem pecunias in societatem reperirent, eorum officia, seu bona alia viliori etiam pretio vendere, & alienare, vel pecunias alias sub grauioribus etiam illicitis vsuris capere, vel potius, quod pluribus contingit decoquere, & ab Vrbe aufugere, & sic creditores defraudare omnino cogerentur, ob quod grauia damna, & incommoda tam Vrbi, quam ipsis particularibus officialibus, & personis illata fuerint, quæ etiam hodie sustinent. Cupientes, quantum cum Deo possumus, his malis obuiare pro tempore futuro, ac officiales ipsos, & alios interesse putantes ab huiusmodi grauibus, & damnatis vsuris condebitis exactionibus liberare, supplicationibus dilectorum filiorum nostrorum, Populi Rom. & conseruatorum almæ Vrbis nostræ super hoc nobis porrectis, inclinati, eisque instantibus, & cum eis more pij patris benigne agere volentes. Motu simili ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ vtilitatis plenitudine dictam

constitu-

constitutionem per dictum Paulum quartum, vt præmittitur, factam cum omnibus in ea appositis clausulis, cuius tenorum, ac si de verbo ad verbum insereretur, pro expressis haberi volumus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac pro cassatis, irritis, & anullatis haberi volumus, illamque viribus tempore futuro penitus euacuamus, volentes, & auctoritate nostra decernentes, quod de cætero ipsis officialibus, super tamen eorum officiales societates quascunque, cum pactis tamen licitis, & honestis, prout, & quemadmodum ante constitutionem præfatam solitum erat, etiam nulla a nobis seu Ro. Pont. pro tempore existen. Desuper expedita supplicatione, seu signatura non tamen vltra valorem officiorum, super quibus illas fieri contingit, ita quod ad requisitionem secum societates contrahentium teneantur in ipso contractu specialiter exprimere alias societates super eodem officio contractas, si quæ sint, & si eas falso negauerint, vel expresserint in toto, vel in parte pœnam priuationis officiorum ipsorum, super quibus societates huiusmodi contracta fuerint, sine tamen præiudicio creditorum, quatenus aliunde illis satisfieri non possit, ipso iure incurrant. Et nihilominus tam ipsi, quam fideiussores desuper præstiti ad satisfactionem societatum, & debitor, desuper contractorum teneantur, & obligati existant facere, & inire, ac pecunias recipere, & contractus desuper celebrare, qui alias tamen legitime initi, validi, & efficaces existant, & executioni demandari debeant, libere, & licite possint, & valeant licentiam, & facultatem concedimus per præsentes. Dicta constitutione cæterisque in contrarium quomodolibet facientibus, non obstantibus quibuscunque præmissorum omnium, & aliorum sic forsan necessario exprimendorum tenores pro plene, & sufficienter expressis habentes.



INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS IN FRANCISCI CASTRACANII TRACTATVM DE SOCIETATIBVS OFFICIORVM ROMANAE CVRIAE.



Con-

Creditor

E

Fide-

Infir-

Legislator

L

M

Mens

Mors

Obli-

O

Opinio

Renun-

INDEX.

Stipula-

Vende-

FINIS.



REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q.

Omnes sunt Quaterniones, præter Q, qui est Quinternio.












ALFREDO
ROMA
Legatore di Libri

